


18676169

R. 13. 890



MARTINI ABAZ

pilcueta Nauarri iuris  
cōsulti in tres de poe  
nitētia distinctiones  
posteriores com

*mentary...*



Adiectus est in calce libri  
locupletissimus index:

Conimbrice.

EX OFFICINA IOHANNIS AL  
VARI Et IOHANNIS BARREII.


ANNO. M. D. XLII.

Cū gratia et privilegio.



i 18676169 \*

R. 13. 890



MARTINI ABAZ  
 pilcueta Nauarri iuris  
 cōsulti in tres de poe  
 nitētia distinctiones  
 posteriores com

*Pertinet ad unum hunc scriptura  
 num 14 mentarij... de N. S. de Lorech  
 in anatege. fr. X. de vobis...*

Adiectus est in calce libri  
 locupletissimus index:

Conimbrice.

EX OFFICINA IOHANNIS AL  
 VARI Et IOHANNIS BARREII.  
 ANNO. M. D. XLII.

Cū gratia et priuilegio.

ORDO CAPITVL & §§. INTERPRETATIONE  
DONATORVM.

In distinctione quinta.

Principium Gratiani.	facie.	2
Tertia gloss. pars.	fac.	13.
Cap. 1. in princip.	fac.	27
§. De fleat.	fac.	74
§. Ingratus.	fac.	76
§. Animaduertere.	fac.	78
§. Ponat.	fac.	81
§. Semper.	fac.	88
§. Cautus.	fac.	90
§. Paueat.	fac.	96
§. Tanto.	fac.	98
c. Qualitas.	fac.	106.
c. Contrarium.	fac.	110
c. Si quis.	fac.	116
c. Falsas.	fac.	119
c. Negocium.	fac.	123
c. Fratres.	fac.	130

IN DIST. SEXTA.

Principium Gratiani.	fac.	161
Cap. primo in princip.	fac.	186
§. Laboret.	fac.	189
§. Sacerdos	fac.	193
§. Caueat.	fac.	207
§. Diligens.	fac.	215
§. Quibus.	fac.	119
c. Sacerdos.	fac.	222
§. Quod autem.	fac.	267
c. Placuit.	fac.	269

IN DIST. SEPTIMA.

Principium Gratiani.	fac.	322
Cap. 1.	fac.	322
c. Si quis. 1.	fac.	326
c. Qui egerit.	fac.	334
c. Si quis autem.	fac.	336
c. Idcirco.	fac.	377
c. ultimo.	fac.	380
§. Quod quamuis.	fac.	385
§. Si quis.	fac.	390

VERE INCLYTO SERE  
NISSIMOQVE IOHANNI EIVS  
NOMINIS TERTIO LVSITANORVM

Algarbiorumq; Regi Aphricano, A Ethiopico,  
Arabico, Persico, Indico, pio, felici, victori  
semp augusto Martinus ab Azpilcueta  
K. P. CHRISTiane administrare.



VAE, QVOD CELSITVDINI REX  
inuitissime, cōmentarios hosce meos in tres easdēq;  
posteriores de pœnitentia distinctiones cōsecrē, quibus  
ineptire videarar, bitror non desore: idq; duabus de cau-  
lis. Primū quod pœnitentiæ argumentū episcopis, abba-  
tibus, aliisq; monachorū pœfectis magis conueniebat, q̄  
regiæ dignitati, quæ humiles cellas, saccum abiectum, asperum cilicium, in-  
sipida olera, duras chameunias & id genus alia pœnitentis signa vsq; adeo  
refugit, vt dedecori & vitio illi vertatur non habere domū sublimibus colū-  
niserectam, purpuram preciosam, fulgentē auro & gēmis radiantē coronā,  
non edere varias variis de terris aduectas multoq; auro emptas dapes, non  
querere lectos multo bōbice molles, multo serū vellere nitētes aulæq; bar-  
bara nō serico tantū & argente, sed auro etiam intexta. Videbor deinde ine-  
ptire, q̄ monarchæ omni ex parte absoluto serenoq; hoc opus dedicem mu-  
tilum, tumultuarium & mente in alia grauiora, nempe in pœlectionē fun-  
ctionis primariæ distracta compositū, idemq; recens natum & parū castiga-  
tum Equidem horum opinionem adeo nō damno, vt facile ipse quoq; illi  
subscriberē, si te Rex serenissime nullo alio titulo, quam regis nossem, si te  
scirē mentē istā prope diuinā solū intendere in parandas classes, quibus quo-  
tānis vastum Oceanum, illac ad Indica vsq; regna, hac vero ad glacialis ma-  
ris accolas vsq; tam nomini CHRISTiano idq; profiteri volentibus paci-  
ficus, clemens ac lenis, quam Martius vindex & terribilis pagano deluso,  
Turcæ inmani & spurco Machometano, qui CHRISTO pergunt esse  
iniurii. Subscriberē etiā illi, si vel scirē te solū intentū in ea, quæ nunq̄ non  
queris de illis, tum in A p̄rica, tum in Asia trophæa omni admiratione di-  
gna. At qui nō solū hos, quibus maximus & admirabilis es, titulos nouerit,  
sed etiā alios, quibus optimus omnibusq; principibus plane imitadus efful-  
ges, mecum alta mente reputarit, facile hanc meā dedicationē æqui boniq;  
consulet. Qui enim perpenderit te CHRISTianū esse ac regē, haud gra-  
uate iudicet pœnitentiæ argumentum conuenire tibi, ac tanto magis, q̄ aliis

quanto in maiore periculo versaris altius, quam alii ac sapius cadēdi ob maiorem ac frequentiore in id ansam, quam regia sublimitas addita homini præbet. Facilius autē hoc argumentū tibi conuenire pronunciet, qui perspererit te non qualēqualem CHRISTIANū, sed qui nunq̄ non satagit suam CHRISTI voluntati subiicere. Cuius prima cura est illi placere & q̄ illi displicent omnia odisse, cuius tota vita pœnitentia est asperrima. An nō est pœnitentia durissima regem, quo regio munere Deo placeat, populo sibi cōmisso cognoscendo, audiendo, iudicando, consolando & illi tanq̄ patrē filio & pastorē oui consulendo duodeuiginti horas quotidie impendere, nullum tempus luxui, nullum venationi, nullum vanis exercitiis, nullū spectaculis nisi quæ pia ob pietatem pie exhibentur impartiri? A Equo animo aduersa ferre, sereno vultu turbulentos quosq; audire subditos ac lenire, iniuriis laçessi tum adeo animo temperare, vt tunc demū ad arma & vindictā recurrat quando nullum nō mouit, sed frustra lapidem, quo CHRISTIANA fieret satisfactio. Facilius præterea mihi consentiat qui meminerit regē illū magnum, magni Solomonis patrē pœnitentia non solum fuisse restitutum, sed etiam maxime illustratum. Qui etiam meminerit inter alias Ludouici Galorum regū pientissimi laudes non esse illam minimā, q̄ per peccatorū confessionē singulos Veneris dies doloris faceret essetq; illi flagellū quinq; cathenulis ferreis dissectū, quod eburnea pyxide ferebat, quo a sacerdote post factā confessionē detectis scapulis percuteretur. Quod autē opus hoc mutilum, tumultuariū, parū castigatū & dolatū tam absoluto, tam sereno emunctaq; naris principi parū conueniat fateor, si solā operis paruitatē & solā ei⁹ cui offertur maiestatem consideres. Aliud si animo verses candido manū illius esse opus hanc nostram Conimbricēsem, quæ in dies magis floret Academia terris magis omnib⁹ vnā ei dilectam eius primo & vnigenitā: quā nunc educat, perficit & omnibus numeris absolutā reddere conatur. Ob idq; persuasus, vt inam non omnino falsus, me in hoc aliquid posse Salmatica vocauit, sollicitauit & tandē euulsit nolente volenteq; illa viribusq; omnibus, q̄ illius in me materna fuit beniuolentia, repugnante, me quoq; volentē nolentem, quæ mea in illā debita fuit pietas, vsus ad id Caroli quinti & Augustæ, quæ ipsius regis fuit germana soror nulli non admodū chara & admirāda imperio & Francisci a Nauarra præfecti mei iussu: non tamen sine munificētia prægrandi, & præter alia munera stipendio nemini hactenus in Hispaniis prætituto, quo primariæ functiōis in iure Pontificio cathedrariū perpetuū agerē. Quin & si his adieceris hoc op⁹ qualequale est esse primū, quod meo æditur nomine, primū quod hæc Academia in iure Pontificio parit, vt alia p alios multos exactiora in hac & aliis facultatibus pariat, facile pronunciabis me adeo in hac re non ineptire, vt si cōtrariū præstarē, dignus viderer, qui ab Academia & regno ablegarer. Accipe igitur omniū regū multis nominib⁹

prime

prime, qui primus omnia literarum genera in Lusitaniam tuam inuexisti, qui primus hanc Academiā erexisti, hos illius primos in iure Pontificio qualesquales fructus, quos tibi offero Celtiberorum, siue Nauarorum omnium cis Pyrenæum montem natorum primus in ius Pontificium cōmentator, primus qui primæ fructiōis cathedram Salmanticensem ob aliā vllā reliquit, primus tuæ huius Academiæ cathedrarius perpetuus, primus cui forsitan in Europa tota mille aureorum stipendium perpetuum, quæ tua fuit munificentia constitutum est cum priuilegio post tredecim fere annos quorum iam quatuor prælegimus, vt dum vita manebit rude donati vacantesq; id mereamus. Accipe (inquam) eos, quo cætera omnia soles vultu sereno & in homine humili & externo animū tibi obsequendi agnosce neq; exterum, neq; abiectum: sed qui se felicissimū semper arbitrat, si tibi secūdū Deū sua studia placere possint.

VALE REX PIENTISSIME.

## Ad auditores antiquos: qui

autorem Salmanticae, Tholosae, vel Cathurci audiverunt iura Pontificia interpretantē.



**L**VRIMA ME AUDITORES MEI OLIM feruētissimi, nūc vero pro varia fortuna alii alibi in diuersos honorum gradus, quæ mea felicitas est, insigniter euecti, a componendis edendisq; in Ius Pontificiū cōmentariis retracebāt. Primū, q̄ Respubl. parum eis egere videretur: quādo plus satis cōmentariorum est iuris studiosis, & faciēdorū librorū, vt ille ait, nullus est finis. Deinde, q̄ res mea priuata nil eis prouehetur, siue nomen spectes & famā, quando illa notiora sunt orbi, quā mea eruditio poscat, vestra id, quæ supra modū est in me beniuolentia curante: siue honores respicias, quando vestra ope vestrisq; quas ad Deum Optimum Maxi. puris animis obtulistis preces, ad summos professorū honores primū Tholosae, ac Cathurci, deinde Salmaticæ, postremo Conimbricæ immeritū perueni: siue fortunas attēdas, quarum plus ditissimus ille IESVS, cuius amore meis omnibus renūciaui, concessit, quam mea hæc tenuis cōditio requirat. Et me nil amplius quod temporariū sit & caducū, iam desiderare nouit ille, cuius me misericordia in hoc proposito cōseruandū confirmandūq; spero. Et adeo quidem res mea priuata hoc exercitio nō prouehitur, vt multis nominibus impediri ac minui prudentiori cuius facile videatur. Nam primo quis neget multo vtilius, suauius & iucundius huic meæ, quæ in tāto discrimine veritatur, animulæ fore, si quod temporis his cōmentariis impendere p̄rgo, in arcana cum Deo colloquia collocarem? Quis item neget corpusculo huic iam senili & per viginti & amplius annorū laborē quotidie vnam duas, tres, quatuor & nonnūquam quinq; horas prælegendo macie, q̄ mortē referat, confectō & capiti iam omnino cano conuenire potius, vt quiescerē & laboribus antea exantlatis niterer & fruerer ac vitam in longiustēpus producerē in hoc Lusitaniæ occidente, quæ perpetuo vere tēpe plusquā Thessala sunt amœna. An non hoc mihi multi vere amici consulunt? Poterā etiam omnī in ius cōmentantiū mori iudex a nemine iudicandus. Quod multi viri eruditōe insigni & moribus ornatissimis prudēter felicitatis sue parti nō paræ, in Hispania præserti ascribūt. In quorū numero nostra ætas vidit Montes illos mihi semper maximos, Maiores, firmissimosq; Tapias diuina benignitate ad supos euectos, constātes Escuderos, perspicaces Peraltas viuentes adhuc & diu Deo victuros cum generoso illo domino Petro a Gōni Celtibero nostro rarissimoq; Tholosanorū, imo totius Europe Iuris Pontificii consultorum ornamento eximio. Hunc Aynciondus quoq; cum

multi

multis Tholosanis præceptoribus olim meis imitatur, vt etiam cōplures in his Lusitaniæ regnis & inter hos Gonsalos nostros primariæ functionis collegas assiduos nostrosq; præcessores Mōteros præstanti eruditione viros nō sine cana prudētia fecisse ac facere hætenus audio & cerno. Quin & aliquot vestrum, quos varia & egregia ornauit eruditio, cum nostris exactiora diligentius præstare possētis, hac de causa tamen nondum omnes præstatis tempore opportuno, cū gloriæ Dei opus fuerit nō sine gloria præstaturi. Ad hæc faciebat, quod termino vitæ iam instāte sarcinulæ potius iā migraturo erant componēdæ, quam gloriæ humanæ cōmentarii ædēdi. Postremo alta mētē reuoluebā, quod ore ac modis, quod aiunt, pleno me nunq̄ nō pro vestra humanitate laudatis nomēq; meū alioqui humile ad sidera subuehitis, iureq; verendū erat, ne horum cōmentariorum præsentia famā minuat sintq; vobis pro gratia inuidiæ, dum aliud illi, aliud vobis testemini. Quid enim possum nomine meo per vos adeo disperso dignū ædere densis negociis, quæ vitare nequeo, distractus geminaq; prælectiōe pressus, nec alterā, quā gratis lubeo fugere valens? Quoniā cum meū propositū præcipuū sit in canones forum interiustāgētes & parū hætenū enucleatos cōmiliti ordinariæq; prælectio aliis inferuiat, extraordinaria omnino est opus. Nam mea tenuitas, nisi prælegendi cura velut ignea pectus ad id calefieret, nil vel semicoctum promittere auderet. Hæc sunt viri cuiusq; ordinis ornatissimi, q̄ me ab hoc negocio retrahebant: nunc quæ contrariā persuasere sententiā, paucis accipite. Primū ob oculos versabatur me vt paruulum docuisse, cū prælegerē paruulus, multaq; tunc quamuis non sine graui autore, affirmasse, quæ per ætatē ac maturiorem discussionem inueni esse a vero aliena. Audiebā deinde ea, quæ de cathedra breuiter & quasi aphorismos dictabā multos ob auditorii frequentiam & cathedræ distantia longe aliter, quā dictabantur, excepisse. Ad hæc video me multa memoriæ non omnino indigna excogitasse, quæ nisi scriptis cōmēdaro mecum sint moritura. Neq; vos latet palam esse spiritalia & ad interius forum pertinentia, quæ bona sunt iuris Pontificii pars, adeo frigide a nostris antecessoribus tractata esse, vt parum prælegendibus, minusq; audientibus placeant. Accedit his, quod neq; semel neq; me præsentē tantum testati estis immerenti mihi datum esse per diuinam largitatem inuenire semitam, licet angustam, quæ in illas saporum vnas duceret, vnde colligi possent, quibus ea condiri valeant, condimenta, quibusq; prælectori & auditori sapida fierent simul & salubria. Proinde frequenter percipiui filum illud Ariadnæ quod ad ambages illas duceret & inde reduceret, parare sperans fore, vt vestram aliquis negociis minus oppressus illo ductus copiosiore in eis inueniret thesaurum, quem in vsus omnium studiosorum communes proferret & semitā, quam nos inuenim⁹, obliquam in iter mutaret rectam & de itinere actum, imo viam constitueret amplam. Considero tandē

f. iiii me cel

me Celtiberum in Lusitania peregrinum in terra degerē aliena in Academia recenti auditorium illustre ac doctissimum & quod vobis succederet dignissimum ingeniorum acrimonia in literas extra communem aleam quæ diuina est munificentia & mea felicitas, positum docere, idq; non sine ingenti præmio, impenseq; id rogabat & pro suo iure postulabat, vt quod facio facere pergerem. Postremo vix credatis, quam ex animo desiderem vestra consuetudine consilioq; vti & iuuari vicissimq; utilis esse, quando saltem aliis in rebus nequeo conficiendo aliquo veluti mnemosyno pignoreq; eorum relinquendo, quæ audivissime vestro ad id studio ad acti olim dignati fuistis audire. Memini enim, q̄ mihi fidi fuistis Achata, quā indiuidui cōmites, dum in Gallia alienigenam indigenis anteponebatis, cum Salmanticae alieni regni & alienæ Academiae alūnum propriis inquilinisq; præfererebatis & frequentissime nullo vos capiente auditorio etiam sæpe mutato & nonnunq̄ aucto stantes cum magnæ laudis gloriæq; vestræ auctario vestri veluti oblici audiebatis. Quo fit vt agnoscam nihil me vobis secundū Deum non debere. Quorum beneuolentia in hunc quem immeritus teneo gradū, subuectus sum. His & aliis, quæ tædii leuandi gratia taceo & vestra prudentia conicit, cōmotus ab hinc fere biēnio decreui duabus prælectionibus per triennium totum incubere quarum altera videlicet extraordinaria in distinctiones septem de pœnitenti. & quinque de consecratione cōmentarios componerem, altera. s. ordinaria primæ functionis in tres quos mihi Academia hæc suo de more delegaret titulos, aliquid cōmiseret, ne cui videret ideo super Decretum commētari, q̄ diuina ope vestrisq; precibus, vt soleo adiutus non possem idem & multo facilius in titulos quosq; Decretalium etiam interpretatu difficillimos præstare ac ita cōmenti Decretorum eleuator autoritas. Equidem biennio Domino IESV quæ ipsius pura munificentia fuit, dextro votis fecimus satis superq; dum anno superiore prælectione extraordinaria multo altius quam sperare licebat hos commētarios cum aliis longe maioribus in bonam partem distinctionis primæ de consecratione composuimus. præsentī vero in reliquam eiusdem distinctionis partem & fere in secundam totam fufius, q̄ sperabamus, scripsi. Dum itē ordinaria prælectione superiore anno titulos illos duos de cōfessi. & pbatio. ad umbilicū vsq; interpretati, dubiis doctorū grauioribus resolutis, cōmēto a doctissimo auditorio laudato illustrauimus Præsentī vero in titulū de præbendis ad postremū vsq; caput cōmētati sumus non sine Dei laude amicorū iudicio: quāq̄ ob prælorū penuriā & corrigēdi necessitatē, cui satis tps su peditare neqm̄ hi soli cōmētarii hoc āno sint excusi. Excudet pxim̄ mltō plures, si vobis nō videat cœptis desistēdū. Nā quo scripta castigem, & prælo subiiciēda paremus ab extraordinaria prælectione totum annum sequentem cessare decretum est in tertiū reliquarū distinctionum dilato cōmento.

Habetis consilii mei rationē viri pro vestra humanitate mei amantissimi, vestrū nūc esto iudiciū recte ne, an secus faciamus. Nā si me recti specie falli iudicaueritis, mox id abiiciā. Nulla enim vilius tēporariæ dignitatis & gloriæ appetentiā non mox perituræ famæ amore ad tantum laboris & tædii deuorādū nos impelli nouit ille Optimus Maxi. IESVS, cui soli posthac viuere ac mori decretum est. Foueat vtinam quod piū inspirauit propositum. Quamobrem singulos vestrū præsertim quos eruditio præclara illustrauit & dignitas alta exornauit, etiam atq; etiam rogo, vt in hinc cōmētariis meū vobis optime affectum animū agnoscat & me amice & CHRISTIANE admoneatis primū, quæ videbuntur vobis in hoc opusculo minus recte, vel parum exacte scripta: quo in editione, quam si opus est parabo secundā correctius exeat & exactius, monitorum cum videbitur causa honoris inertis nominibus. Deinde, an cætera potius premere, quā ædere CHRISTIANÆ Reipubl. expediat. Postremo an stilus displiceat Cum enim illum erigere pauum potuerimus, vt multis potius, quam paucis placerem ac prodessemus, vltq; ad plenā perspicuitatē illū deiecisse nos credimus a barbara voce ac phraſi quatenus per stilum scholasticum licuit abstinētes. Opinamur enī perspicuā sermonis mundiciē iuris peritiam tam decere, quā dedecet veteres illos iure consultos, quibus nil mundius inuenias, & illos proceres ecclesiasticos, quib⁹ nil tersius, in quas vis barbariei sordes detrusisse. Quibus vt minime nego adeo me a teneris assueuisse, vt cum bona illarum parte sim morturus: ita fortunatos illos æstimo quibus per ætatis nostræ felicitatē a pueris imbibitā mundiciē licet ad senectutem vltq; conseruare.

Vale.

# Illustrissimo viro ac reuerendissimo

Patri & domino meo .D. Francisco a Nauarra Roncis vallis

priori & Episcopo Ciuitatensi electo Martinus ab

Azpilcueta Nauarrus eiusdēq; Rōcis vallis

Canonicus Commendatarius.

S. P. D.



VLTA OCCURREBANT PRAESVL

amplissime, q̄ me ad cōsecrādos tibi hosce, qualesquales  
in tres de pœnitentia distinctiūes, cōmētarios incitabāt  
& tantū nō compellebāt. Primū illa plus minus triginta  
regum, qui perpetuo ductu in Celtiberia, siue Nauarra  
egnarūt series p̄longa, quā vt tua est origo antiquissi  
ma, ita & tu ac frater tuus Marchio Cortēsis Nauarrorū  
vnicus Maritanius illius in Hispania selectissimæ estis reliquiæ. Et par vi  
debat, vt quē admodū tuis p̄auis mei omnes dediti fuerunt, ita ipse tibi  
istorum reliquiis meos saltem labores, quando aliud te dignū non habeo di  
carem. Incitabat deinde tua illa Mariscallorū Nauarræ illustrissima domus  
cuius laus peculiaris est a regia nunq̄ defecisse, imo illā plurimū coluisse, ac  
iuuuisse, cui meorū plurimi sanguinē cum opibus, multi vitā cū sanguine im  
penderūt, tum in bellis ciuilibus, quando illis tota exarsit Celtiberia populo  
feroci diu in sua viscera dexterā conuertēte, tum in bellis, quæ inter monar  
chas p̄cipuos ibi nostra ætas cruentissima geri vidit. Et iustum videbatur  
vt quem admodū mei arma sua nempe bellica tempore bellorū tuis bellanti  
bus dederunt, ita ipse arma mea nempe pacis & pœnitētiæ tibi pacato ac pa  
cifico tempore pacistraderē. Quando superis gratia imortalis omnis illius  
regni magnates ab legata Tiūphonæ furia illa trauissima, spiritu illo cōcor  
diæ CHRISTI plene hausto in CHRISTianā ac omnino tranquillam  
conuenistis pacem. Quæ factionibus iam delites centibus speratur fore per  
petua, critq; proculdubio, si coryphæorū, quæ cognata vereq; generosa sūt  
corda, vt cœpit tenere veterū noua pœnitentia, ita plene possederit & noua  
rit ea voces simul & opera. Ad hæc non parū instigabat beniuolētia illa tua,  
qua me imerentē apud Tholosates in tuū delegisti p̄ceptorē eoq; vel no  
mine felicissimū fecisti. Quod in causa fuit, vt tuo suasu Gallias non parum  
op̄i atq; gloriæ promittentes relinquerē, quando te cum p̄sente, tum po  
tius absente postea in illa celeberrima & multis nominibus mihi suscipienda  
Tholosanorum Academia non sine mediocri nomine ius Pontificiū inter  
pretarer. Tuo itē deinde hortatu apud Rōcis vallē me Virgini matri, quæ  
illius fuit benignitas, per tuas manus penitus dedidi, dicaui, dicatum mox  
Salmaticū

Salmanticam nobilissimum totius Europæ literarum emporium abdu  
xisti. Vbi tuo iussu volens nolens candidatum in cathedris petēdis feliciter  
egi. Tuo deinde iussu nostri regum optimi IOHANNIS huiusnō  
ministertii primo, deinde Augustæ admonitu exacto potius, quam vltro  
neo in nostram Conimbricā migraui & in ea permaneo iuis, quas frequen  
tissimas easdēq; suauissimas ad me das literas, magnopere refocillatus. Tā  
dem illud tantū non compellebat, q̄ per sapientiā solidam, per magnā rerū  
gerendarū prudentiā, per egregiā heroicarū virtutum vltimū de discipule fa  
ctus magister omnia virtutū opera exemplo me docuisti pulcherrimo, dum  
pectus istud omnibus aliis penitus aperis, dum per eius cadorem ab omni  
næuo alienum & vndiq; nitentē nunq̄ non me prouocas ad animi mundicie,  
dum item per tuæ mentis istos intimos secessus castos, modestos & adeo cō  
positos & sibi constantes, vt nihil vel voce, vel gestu foras indecorū pariant:  
siue seria tractes, siue illis ioca liberali amisceas, nullius nō te p̄bes virtutis  
exemplar imitādū. Hæc profecto hæc & id genus alia multa, quæ innata mi  
hi non potest efferre infantia, tamen si ea non mediocriter agnoscat mens ho  
rum minima ignara, merito me incitabant & tantū non cogebant, vt qui me  
omniaq; mea tibi pridem tradidi quicq; omnia, quæ habere videor tibi acce  
pta fero, has meorū laborū primitias etiam tibi dicarē. Quod tamē duabus  
de causis non feci. Primū, q̄ te sciam in nostrum inuictissimū & regum om  
niū vere regis animæ dotibus summū tanto esse studio ac potius pietate, tā  
ti te illius maiestatem facere, tam te ipsius sapientiā & prouidentiā cū ma  
gnitudine animi ac mira constantia pariq; religione coniunctā suspicere, vt  
multo me malis ei, quam tibi obsequi & placere. Quæ quidem nō eo animo  
a me dicuntur, vt te etiam nū regū cum rege inuictissimo conferā, sed vt  
ostendam officiū erga te meū. Præterea q̄ multæ sint causæ, quarū aliquot in  
epistola nuncupatoria insinuo, quæ me ad id si quicq; sapio cogunt. Cōmen  
tarios igit̄ hostanto regi dicatos dignare tu quoq; regia proles lectione tuā,  
quādo tibi a grauioribus feriato cum hoc tuorum minimo colloqui placue  
rit. Et quod alios auditores antiquos p̄ceptores simul & collegas obnixè ro  
gavi & te cū primis antiquū & illustrē, te patrē & dominū meum etiam atq;  
etiam oro id ipsum vt facias, nempe quæ in hoc opusculo errata, vel minus  
diligēter excussa inueneris, moneas & qua parte stili displiceat & an satius  
fuerit ab aliis, quæ parabā adendis desistere, certiorē facias. Vale.

**NEQVID PER HVMANAM TYPOGRAPHOR**  
incuriam hæsitescandide lector paucas mēdas opera amicorū colle-  
ctas in ipsorum locis per sequentia castigabis: scito tamen bulam nos  
a bule Græca voce deriuare.

**F** A cie. s. versu vel linea. 22. lege: inmentē veniat. f. 6. v. 2. hexametra sunt:  
v. 9. ibidem. alias quatiēte. f. 10. v. antepen. censetur. f. 37. v. 4. specie. f. 39.  
v. 1. notus. f. 55. v. 22. actum. f. 58. v. 19. replicare. f. 87. v. 26. artic. 3. f. 89. v. 13. Quid  
ergo. f. 97. v. 8. quod quia. f. 102. v. 24. e cirbrō. f. 113. v. 7. q. 1. & c. Quoniā. f. 117.  
v. 28. n. 10. f. 118. v. 3. n. 1. v. 12. n. 2. v. 27. n. 4. f. 122. v. 28. n. 22. f. 123. v. 8. n. 24. v. 12. n. 25.  
f. 124. v. 32. n. 3. v. 33. psal. 52. faciat bonū. f. 125. v. 18. n. 4. f. 126. v. 1. n. 7. f. 128. v. 16.  
n. 20. f. 130. v. 27. n. 10. v. 32. detecto, v. 33. n. 17. & 22. f. 136. v. 15. n. 14. f. 137. v. 2. n. 19.  
& adi. leg. f. 141. v. 7. n. 34. v. 25. n. 37. f. 142. v. 20. n. 39. v. 31. n. 40. f. 143. v. fin. n. 46. f.  
144. v. 8. n. 47. v. 37. indispiscenda. f. 161. v. 1. Cui autē. f. 162. v. 5. alias stultus eui-  
tare noluit. v. 18. peccatum occultum est. f. 178. v. 20. aliqua esse pec. f. 192. Basi-  
liensis. f. 193. v. 1. ipsa. f. 208. v. 8. a fin. iaculādi. f. 213. v. 30. cognitionem. f. 229. v. 15.  
iuiolabilis. f. 241. v. 9. illa dist. 21. v. fin. q̄ nil. f. 243. v. 6. a fin. statū ille viu. f. 256. v.  
25. pœnitentē & patefecisse. f. 273. v. 4. a fin. n. 178. f. 274. v. 2. n. 182. f. 334. v. 12. c. 1.  
in princip. d. 6. n. 40. f. 375. v. 8. peccato. f. 341. v. 14. ff. pro socio. f. 347. v. 17. mitior  
f. 364. v. 23. l. Non debet. f. 371. v. 19. Sed hoc tēpore. Reliqua suo marte quiuus  
facile emendabit.

## GRATIANI PRINCIPIVM.

### IN QVINTAM DISTINCTIONEM

ad auditores præfatio & eorum, quæ in  
quatuor præcedentibus dicta  
fuere, sūmariarelatio.

#### SVMMARIA.

1. **GRATIANVS** egregia modestia.
2. **CONTRITIO** sine confessione actuali delet peccata,  
non tamen illa sine actuali vel virtuali confitendi propo-  
sito contingit.
3. **CHARITAS** habita frequenter amittitur.
4. **POENITENTIA** iteratur.
5. **PECCATA** condonata non ipsa in se redeunt, sed tanq̄ vna  
quædam circumstantia grauās.



#### B HINC DVOS CIRCIER ANNOS

viri ornatissimi iidēq; auditores feruentissimi, qua-  
tuor de pœnitētia distinctiones priores non omnino  
negligenter prælectione altera eademq; extraordina-  
ria vobis interpretati fuim⁹: & quæ instabāt Vulcana  
ia & studiorum feriæ, in causa fuerunt, quo minus, &  
hasce tres posteriores interpretaremur. Quamobrē,  
quādo id vobis placitū est, eas pro virili a quadragesimæ huius initio enu-  
cleandas assumimus, de consecratione distinctione prima tātisper inter-  
missa: quā altera eademq; extraordinaria prælectioe prosequeremur, ac  
postea Deo id dante psequemur. Tantoq; maiore animo id facio, quāto  
maiores ex eis vtilitatē nos omnes spero excerpturos per eū, cuius mi-  
sericordia seruati ac seruandi sumus **IESVM CHRISTVM** Deū  
nīm Optimū, Maxi. Ipsius tamē in primis, quæ vna est omniū magistra,  
Ecclesiæ. Rom. iudicio hæc, qualia q̄lia sūt subiicimus: nec, nisi, qua parte  
illa probarit, nobis placere protestamur. Ex longo igitur interuallo hanc  
quintā distinctionē aggressuris redeat in mētē, in prima tractatū fuisse:  
An sola cordis cōtritione sine oris cōfessione deleantur peccata siue quod  
maiores cū acunine pponas, a cordis cōtritione sine oris cōfessione cōtingat.  
Quandoquidem nullum peccatorum dolorē, quem diuina eadēq; gratū  
faciens gratia non comitetur, contritionē appellamus. neq; illa sine pecca-  
torū condonatione vlli conceditur. Quā quæstionē controuersam lectoris  
iudicio reliquit Magister f̄ ob eā, quæ ipsi egregia fuit, modestiā in. s.

Quib⁹



Quibus. posito sub. c. pen. illius. 1. distinctionis. Nos autē posteriores & receptam in ea re sententiam secuti conclusimus peccatorū contritionē sine oris confessione contingere posse eaq; sola sine confessione pctorū re ipsa facta remitti peccata, dum tamen confitēdi propositū actu vel virtute adsit per textū iuris optimū in. c. Magna & c. Dixi. supra. d. 1. Quod etiam allerit gl. postrema summæ illius distinctionis & tradit Thomas. 3. parte. q. 86. art. 2. & in Quarto dist. 17. q. 2. ar. 5. q. 2. quē Paludan⁹ ibi. q. 1. cū posterioribus sequitur, & sentit Panormita in. c. Deus. qui. de. pœnit.

In secunda vero distinctione diffinitū fuit charitatē semel habitā amitti posse & quotidie (quæ humana est fragilitas) amitti amicitiaq; dei rem in hoc sæculo nobis expetendam maxime leuissime a nobis perdi per ea, quæ allegat Gratianus in. §. Non est mirum, sub. c. Tribus supra. d. 2. & tenet gl. summæ illius distinctio. & Thomas receptus scda Scda. q. 24. art. 12. & Cardinalis in Cle. Ad nostrum de hæretic. opposit. 4.

In tertia vero pœnitentiā iterari posse probatū fuit. c. Quāuis sub finē cum multis sequentibus. Tradit gl. summæ supra. d. 3. Et Thomas. 3. parte q. 84. art. 10. & Pan. c. Vir autē. nu. 5. de secun. nupt.

In quarta conclusum est peccata semel cōdonata redire quidē tanq; circumstantiā nouā peccatū aggrauātē, non autē in se siue simpliciter: quid quid Magister in. §. fin. dist. illi⁹ dixerit. & Magister sententiā lib. 4. d. 2 subdubitauerit. & gl. in summa illius dist. inuoluat. Thomas enim & pleriq; omnes in illa. d. 22. qd dixi, tenēt. & Thomas. 3. parte. q. 88. art. 1. & firmis id fundamentis nos in glossa illa fulsimus.

In hac vero quinta distinctione proponit Magister utilē quæstionē, vi delictet, quæ in agēda pœnitētia peccatorē cōsiderare oporteat. Et omissa fastidiosa Cardinalis diuisione ea in quatuor partes diuiditur, secundū Iohānē de Fātusiis: prima modū pœnitentiæ ponit. Scda quæ incipit in. c. Qualitas. ponit aliquot, a quib⁹ is, quē pœnitet, abstinere debet. In tertia quæ incipit in. c. Fallas. ostendit, quæ falsa sit & q; vera pœnitentia. In quarta vero. i. c. Fratres. tractat: quis sit verus intelligendi modus illius Iacobi Apostoli. Qui peccat in vno, factus est omniū reus.

PRINCIPIVM DISTINCTIONIS QVINTAE.

In poenitentia autē: quæ peccatorem cōsiderare oportet Augustinus in lib. de poenitētia docet dicens.

SVMMA R I V M.

1 Liber de pœnitētia nōnullis videt nō esse Augustini. vt cūq; tñ sit viri est pii & eruditi. n. 3. Petrū Lōbardū Theologis, & Gratianū iurispitis eodem honoris gradu haberi. n. 2.

Ex hoc



X hoc principio colligas libellū illum, qui operib⁹ magni, & eruditione iuxta ac sanctitate incōparabilis viri patris nostri Augustini iā pridē miscetur & de vera & falsa pœnitētia inscribitur, esse ipsius. Cui conclusioni consentit etiā Petrus Lōbardus recētorū fere omniū Theologorū dux & auriga minime vulgaris Sententiā magister dictus. Qui hoc ipsum capitulū. qd sequitur, primū tribuit Augustino in quarto lib. sentent. dist. 16. c. 1. Et alia multa illius libelli extra distinctionē hāc Gratianus vir multis nominibus suspi-ciēdus eodē honoris & autoritatis gradu apud canonū ecclīasticorū pios habit⁹. quo apud Theologos ille habetur & extradistinctionē illā decimā sextā Petrus Lōbard⁹ ipsi Augustino tribuūt nemine fere multis sæculis reclamāte: Contrariū tamen asserūt atate nra Iohānes Trittenhē abbas Spanhemensis in libro illo pulchro, qui de scriptor. ecclesiast. inscribitur. Erasmus itē Roterodamus cū in aliis locis multis, tum in ipsius libelli cēsurā, tum in illa pulcherrima, quæ libris de ciuitate Dei præponit, præfatione idē censet, quos alii nō pauci egregia eruditione viri sunt sequuti, Neq; in merito. Nam preterq;, quod stilus illius libelli nō redolet phrasim Augustinianā, in. c. 17. eiusdē Augustinus ipse citatur, & ita citatur vt ab eo autor discedat. Qd fragmentū etiā a Gratiano inseritur infra. d. 7. in. c. postremo versic. Quod quis. Vt tamen res habeat: cōstat illius libelli ac bonæ proinde huius distinctionis partis autorē, quisquis ille fuerit, eruditū iuxta ac piū fuisse mltisq; sc̄is illi⁹ dicta viris vnde q; doctis siml ac piis recepta fuisse, ideoq; nobis interpretāda esse veluti diui Augustini oracla. Neq; adeo multū referre fuerintne ab ipso an ab alio scripta. Nā tamet si iudiciū illud Erasmi sagax & donū plane diuinū in discernēdo inter opa vni autori attributa, quæ illius q; ve alterius essent, suspiciamus & admiremur: tñ stomach⁹ ille ipsi⁹, quo libellū prædictū plus satis q; si parū dignū, qui Augustini operib⁹ inseratur deiicit, nō pōt omnino placere. qñquidē apud grauissimos quosq; autores multis sæculis in eo est honore habitus.

IN GLOSSAM PRIMAM SVMMARIA.

- 1 Confessio qua vtimur, sacramentalis non fuit in paradiso instituta.
- 2 Cōfessio sacramētalī nō est iuris naturæ nec fuit āte CHRISTVM passum. Sed neq; iuri naturæ repugnat.
- 3 Ius naturale quid noue finitum.
- 4 & 5. Pœniteat eum, qui peccauit, lex est naturæ & omni gēti comunis.
- 6 Confessio non est pars illius pœnitētiæ, quæ virtus vel actus virtutis est: sed illius quæ sacramentum.
- 7 Ius diuinum non omne est naturale.
- 8 Lex de baptizando diuina: sed non naturalis.

- 9 Gratianus male intelligitur in principio Decreti.
- 10 Achor trinominis
- 11 Confessio Achor iudicialis, nō sacramentalis.
- 12 Confessio non est inuentū Iacobi.
- 13 Petrus non Iacobus summus CHRISTI vicarius
- 14 Sacramētū aut illi⁹ pars substāialis a Iacobo vel alio puro hoīe insti.
- 15 Glossa digna, que de libro abradatur. (tui nō potuit.)
- 16 Erasmus pro confessione.
- 17 Colonienſe concilium nuperrimū laudatur
- 18 Confitenda esse peccata interna, etiā si quis nulla habeat externa.
- 19 Præcipere quis nō pōt id, cui⁹ trāsgressorē puniri nequit: et ideo, sicut nō pōt punire, ita neq; præcipe vllus homo purus pura interna. 20. hic cogitatio mala nō punit in foro exteriori. 21. etiā si p cōfessionē cogitātis de illa cōstet. 24. nā mētis occulta ecclīasticæ præti nō subiacēt. 23.
- 23 Confessio probatur præcepta.
- 25 Adrianus Paludanū nō satis expendit.
- 26 Occultam ob intentionē tantū malū non punit ecclesia.
- 27 Occultum nullatenus probabile castigatur contra Thom.
- 28 Concesso vno conceduntur non solū ea, sine quibus id fieri nō potest, Sed etiā sine quibus nō potest cōmode etiā in materia stricta.
- 29 Delegatus simpliciter absoluit ad cautelā contra gl.
- 30 Confessionē audiendi potestas data necessitatē induxit illā faciendī.
- 31 Sacramētū nullū ab eo, qui pur⁹ homo est institui valet sine cōmissiōne saltem ad id spēciali.
- 32 Cōfiteri tenet Papa scdm cōe, imo et se in āno scd; qsdā nouissimos.
- 33 Panormitā caute legendū in c. Omnins de penit. col. 5.
- 34 Papa ligari ab alio aliquando potest.



Glossam hāc in septem partes diuido: Primo pponit quinq; quæstiones de cōfessione sacramētali. Quarū prima est quis illi⁹ fuerit autor seu qn fuit inuēta. 2<sup>a</sup>. An necessario sit faciēda. 3<sup>a</sup>. qualiter. 4<sup>a</sup>. Cui. 5<sup>a</sup>. Quādo. Quinq; aliis partib⁹ soluit prædictas quinq; quæstioēs. In septima mouet aliā quæstionē necessariā Seūcda ibi Dicūt. 3<sup>a</sup>. Et traditio. 4<sup>a</sup>. Est autē. 5<sup>a</sup>. Et est. 6<sup>a</sup>. Est autē. 7<sup>a</sup>. Sed quando. Prima pars non indiget alia explanatione.

Ex 2<sup>a</sup>. parte colligunt quatuor opinioēs sup cōfessionis institutiōe: Quarū prima tenet eā institutā in paradiso terrestri per illa verba. Adā, vbi es? Genes. 3. c. Qd explicati⁹ factū fuit extra paradisu eis verbis qb⁹. Genes. 4. c. Dñs interrogauit. Cain: Vbi est frater tuus? Hæc tñ opinio falsa est. Quia primo, si hoc esset verū: sequerēt cōfessionē sacramētālē iuris esse naturæ: nōdum enim erat vlla lex alia, quæ nō esset naturalis, in illo statu, aureo

aureo lata præter illā, quæ de sciētia boni & mali arboris vesci vetabat, vt colligitur. ex. c. i. & 2<sup>o</sup>. Genesios, & in cōfessio est apud oēs. At legē de confessione faciendā esse naturālē, f. falsum est. Quia ius naturale est cōmune omnīū nationū, quod vbiq; instinctu naturæ, nō cōstitutiōe habet aliqua. c. Ius naturale. 1. d. At lex de confessione hac sacramentali faciendā nō est cōmunis omīū nationū. Imo apud nullā gētē est vel fuit, nisi apud CHRISTIANĀ. Ergo. 2<sup>o</sup>. quia, vt ius naturale animalū est, qd omnia animalia natura docuit. l. 1. §. Ius naturale. ff. de iusti. & iu. Ita naturale hominū est, qd omnes hoies natura docuit. s. ius, f. quod per se solū est notū hoī: aut ex per se notis infertur. Id qd late simul & clare mōstram⁹ in repetitione illius. c. Ius naturale. Id aut p se notū appellamus, qd sine vlla reuelatiōe, sine vlla doctrina est homini notū, iuxta illud: Signatū est sup nos lumē vult⁹ tui dñe ad cognoscendū. s. tā per se nota, q̄ quæ imediātē ac necessario illa cōtequunt. Sed cōfessionē peccatorū speciatim, tam occultorū, q̄ publicorū criminā faciēdā alteri adeo neq; p se notū est, neq; deduci necessario ex per se notis potest, vt nullū hominū genuseā in vsu habuerit. Ergo confessio hæc, de qua loquimur, sacramētalis nō est iuris naturæ. 3<sup>o</sup>. id clare mōstrat quoniā presbyteriū quo a CHRISTO passo sacrifici ptātē accipim⁹ tā sup corp⁹ CHRISTI verū q̄ mysticū nō fuit in illo statu aureo, sine quo nulla esse pōt confessio sacramētalis, vt in. c. 1. infra dist. 6. mōstrabit. Cui cōsequēs est hāc, q̄ hoc præsupponit, opinionē falsā esse. Cauēdū tñ, ne vel per somniū cuiq; in mētē inueniat qd quidā odio, quo sūt in sacramēta impotenti, cæcutientes dicere sunt ausi. s. eā contra legē esse naturæ.

Cōtra tñ hāc cōclusionē ē. qd ius naturāle videt esse vt qmcp suo⁹ erratū pæniteat. A pdoēs eni gētes neminē nō pudet errasse. Imo vero pcti meo riā oi pœna maiorē esse, et ipsi ethuici testati sūt. Ouid enī d Pōto. sic ait. Pœnitet o, siquid miserorum creditur vlli.

Pœnitet & facto torqueor ipse meo.  
Cunq; sit exilium, magis est mihi culpa dolori,  
Estq; pati pœnam. q̄ meruisse, minus.  
Vt mihi Dii faueant. quibus est manifestior ipse,  
Pœna potest demī, culpa perēnis erit.  
Mors faciet certe, ne sim, cum venerit, exul.  
Ne non peccarim, mors quoq; non faciet.  
Er Perſius satyra. 3.  
Magne pater diuū sauos punire tyrannos  
Haud alia ratione velis, cum dira libido  
Mouerit ingenium, feruenti tincta veneno,  
Virtutem vt videant intabescantq; relicta.  
Anne magis Siculi gemuerunt ara iuueni

Et Iuuenalis:

Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi  
Displicet auctori. Prima est haec ultio, quod se  
Iudice nemo nocens absoluitur, improba quamuis.  
Gratia fallacis pratoris vicerit vnam,

Et iterum:

Eualisse putas, quos diri conscia facti  
Mens habet attonitos & surdo verberare caedit  
Occultum quatiens animo tortore flagellum?  
Poena autem vehementis ac multo lauior illis,  
Quas & Seditius grauis inuenit & Rhadamantus  
Nocte dieque suum gestare in pectore testem.

Et Lucanus:

Heu quantum poenae misero mens conscia donat.  
Si ergo poenitere iuris est natura, cum confessio sit vna e tribus poenitentiae  
partibus. c. Perfecta de poenit. d. 1. Tradit Thom. communiter receptus, 3. parte  
q. 90. art. 3. & in 4. d. 14. ubi omnes eum sequuntur: ergo & confessio legiserit na-  
turae arg. l. Que de tota. ff. de rei v. d. c. Pastoralis. §. Item cum totum de off.  
deleg. Secundo facit, quod omne ius diuinum est naturale. i. d. in princip. Ius  
naturale est, quod in lege & Euangelio continetur. Poenitentia, prout est sacra-  
mentum iuris diuini est, ergo & partes eius, ergo & confessio, quae ipsi est  
vna pars. Ergo & confessio iuris est natura.

Ad horum argumentorum prius respondeo concedendo lege ipsa naturam  
nos ad erratum poenitudinem teneri & ita fatemur illam legem: Et qui peccauit  
poeniteat. esse naturalem. Et in hoc sensu concedo poenitentiam peccatorum iuris  
esse naturam. Cum autem subsumendo pergis poenitentia tres habere partes,  
quarum vna est confessio sacramentalis, distinguo. Aut loquor de poenitentia,  
vt est virtus aut virtutis actus, vt est apud Thomam. 3. par. q. 85. art. 1. & quaedam  
res lege naturae praecipitur, & nego illud. Aut loquor de poenitentia, vt est no-  
ua legis sacramentum, & sic concedo. At, vt est tale, nulla naturae lege praecipitur.

Ad posterius autem argumentum respondeo negando assumptum. scilicet omne  
ius diuinum esse naturale. Totum enim testamentum vetus ius erat diuinum. c.  
Moyses. 7. d. in illis verbis. Moyses gentis Hebraeae primus omnium diuinas  
leges sacris literis explicauit. Audis ibi, diuinas: Cui verbo nos pridem, cum  
illud Salmaticae interpretaremur, haec verba addidimus. Ergo non Moyses  
tulit Hebraeis legem, sed, quam Deus a se lata ipsi per angelos tradidit, illam eis  
prouulgauit scilicet Tho. prima Secunda q. 93. art. 1. & 2. Illarum enim legum etiam caeremo-  
nialium & iudicialium non auctor, vt quidam parum eruditi putarunt, sed purgator  
fuit Moyses vir eorum, quae a Deo accipiebat veridice ad populum nuntius. Oes  
ergo leges testamenti veteris erant diuinae. At quae caeremoniales quaeque iudiciales  
fuerunt,

fuerunt, non erant naturales. Quonia a passio CHRISTO expirarunt. 6. d.  
§. fin. c. 1. de purif. post part. Ergo falsum est omne ius diuinum esse naturale. Sic  
lex de baptismo sumendo diuina est, sed non naturalis. Non enim a mundi  
exordio capit, a quo naturalis omnis initium habet. s. d. in princip. Neque  
magister Gratianus in sui libri principio male a multis intellectus id intellexit. Eius  
enim mens fuit dicere solum, ius naturale omne in lege & in euangelio contineri.  
Non autem asserere, omne in lege & in euangelio continetur esse ius naturale. Aut  
certe voluit dicere ius illud naturale, quo quisque iubetur alii facere, quod sibi  
vult fieri & e contrario, in lege & euangelio contineri.

Secunda opinio a glossa relata tenet confessionem institutam fuisse Iosue. 7. c.  
cum illi misero. 4. Achor, seu Achā, seu Achior, nam trinominis erat, dixit.  
Fili mi da gratiam domino Deo Israel, & confitere ac indica mihi, quid feceris. ne abs-  
condas. Qui mox confessus lapidibus obruit. Sed haec opinio falsa est. Primo,  
quod illud. c. agit de iudiciali confessione, quae longe alia est ab hac, de qualoqui-  
mur sacramentali. Secundo quia illa non fuit omnium peccatorum sed solum vni, haec vero  
de quo loquimur omnium est. c. Ois de poenit. & remis. 3. quod nostra confessio ab illo felicis-  
simo CHRISTI aduentu incepit, quae Iosue multis annorum centuriis praecessit.

Tertia vero opinio habet confessionem institutam fuisse a Iacobo apostolo episcopi  
suae. c. 5. Per ea verba: confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem, vt sal-  
uemini. Pro qua opinione facit. c. fin. supra. d. 1. quod habet, sequenda insti-  
tutione a apostoli dicentis. Confitemini. &c. Pondera verbum instituere, quod  
significat nouam legem facere. c. In istis. 4. d. sed & haec opinio intolerabilis est.  
Primo. Quia non Iacobus sed Petrus erat supremus CHRISTI vicarius. c.  
Ita dominus. 19. dist. c. In nouo. 21. dist. c. 1. 22. d. Et ita non decebat Romanam ecclesiam,  
cui Petrus praefuit, a Hierosolymitana, cui Iacobus praerat. c. Iacobus de conse-  
d. i. ligari. Secundo quod haec opinionem consequitur confessionem iure prius humano in-  
ductam, & tali iure humano, quod inferior potestati supreme condidisset. Tertio  
quod confessio est, pars sacramenti poenitentiae substantialis. c. Perfecta de poeni-  
d. 1. Et Iacobus neque alius homo purus potuit neque potest instituere sacramentum  
scilicet sententiam in 4. d. 1. communiter a plerisque omnibus receptam, & a Tho. 3. parte  
q. 64. art. 2. Quarto hanc opinionem destruit ea, quibus sequens fundatur.

Quarta vero opinio est glossae nostrae, nepe confessionem ex ecclesiae vniuersae  
traditione inductam esse & nulla veteris vel noui testamenti auctoritate insti-  
tutam: & sentit glossa illam, de qua loquitur, traditionem esse consuetudinem ecclesiae ge-  
neralem. Quonia paulo post ait hac traditione omnes nos obligari. Pro quo  
allegat. c. in his. 11. d. Quod de consuetudinis virtute agit. Et doctoris dictum  
secundum l. ab ipso allegatam intelligit Io. And. c. Cum nuntius de testi. Bartol.  
in l. Non solum. §. Si liberationis. ff. de liber lega. Et glossa hac ita intellectam sequitur  
Panormita in. c. Ois de poenit. In quo preter collectarium neminem video, qui  
glossa huic repugnet. Quin & Decius cum eo concordat in. c. Sane. 2. de off. deleg.

Hæctamē opinio a plerisq; omnibus reprobatur in. 4<sup>o</sup>. d. 17. & in his a  
 15 Durado ibi, qui ait eam t̄ dignā, quæ de hoc aureo volumine tolleretur.  
 Parisiēses itē ibidē aiūt eā cū n̄o Panor. in. d. c. Omnis. nō solū parū eru-  
 dite: sed etiā delire loquūtā. Et multi, qui nostra ætate in Lutherāos scrip-  
 serūt viri eruditissimi eam dānāt. In quibus est & ille eloquētissimus Co-  
 mes siue princeps Carpenſis in respōsione ad epistolā Erasmicā fol. 4. Et i  
 margine respōsionis Erasmi fol. 5. Ipse quoq; Erasm<sup>9</sup> magis in cōmunē  
 16 sententiam inclināt. in diatriba contra Lutherū fol. 2. & in exomologesi  
 potius hoc, q̄ contrariū, sentit. Quē ideo tam solcite citare volui: quia m̄  
 ti ei opinionē. gl. n̄æ tribuerūt, alii quo suam causam meliorē redderent,  
 alii, quo ille impietatis haberetur reus, alii, quo ad clare ac aperte affirmā-  
 dā eā, quæ recepta est, sententiā inuitaretur, qđ doleo ipsum. nō fecisse. nā  
 et vel dubitare de hoc periculosum videt̄ post conciliū Florentinū & sum-  
 mopere gaudeo diligēter excussū esse a cōcilio Colonienſi tēpore quidē  
 17 nūperrimo, f̄ sed eruditione ac graui loquētia longe antiquissimo. fol. 145  
 & aliis sequentibus. Nos quoq; tribus, quæ solidæ videntur, machinis hæc  
 huius glossæ opinionē quatiemus, & qđ spero solo æquabimus.

Primū horum fuerit pbare hæc, de qua loquimur, confessionē sacramē-  
 talē eo modo, quo CHRISTIANIS mus ea vtitur nō potuisse iure huma-  
 no induci & præcipi qđ ita ostendo. Confessio huiusmodi nō solū de actis  
 18 externis est faciēda f̄ Sed etiā internis, q̄ neq; verbo neq; scripto, neq; fa-  
 cto foras prodierūt. Et nō solū ab eo, qui externa & iterna errata cōmisit  
 sed etiā, qui tantū interna. c. Ois. ibi, omnia pctā sua: & est sentētia cōis &  
 recepta: sed nulla humana potestas talē cōfessionē præcipere pōt. & ea præ-  
 cepta est. ergo diuina id potestate factū est. Quod aut̄ nulla hūana potesta-  
 te illa præcipi potuerit ex eo apparet, quod nulla potestas præcipit aliqd,  
 transgressionē cuius punire nequit. c. 2. de constit. lib. 6. l. fin. ff. de iurisd.  
 omni iudic. & innuit Iacobus. c. 3. ep̄læ suæ catholicæ illis verbis, Vnus est  
 19 legiflator & iudex, qui potest p̄dere & liberare. & Aristot. ethico. 4<sup>o</sup>. dū ait  
 Omnē legē habere vim coactiuā per p̄nā. At f̄ nulla potestas humana  
 punire potest hominē p̄pter acta interna, que nec verbo, nec scripto, nec  
 facto foras prodierūt. 1. ad Corith. 4. Nolite ante tēpus iudicare, quousq;  
 veniat dñs, qui manifestabit cogitationes cordiū. & i. reg. 16. Hoies vidēt,  
 quæ apparēt, Deus aut̄ intuetur cor. facit lex. Cogitatiois p̄nā nemo me-  
 retur. ff. de p̄enis. & c. Cogitatiois de p̄nit. d. 1. facit. c. Erubescāt. 32. d. &  
 21 c. Si oia. 6. q. 1. f̄ Nā & si p̄ cōfessionē, peccantis de huiusmodi maliciā in-  
 terna iudici constaret, non tñ eū ob eā castigare posset, id qđ singulariter  
 Palud. in. 4<sup>o</sup>. d. 17. q. 2. dicebat. Ergo nulla humana potestas potuit hæc, de  
 qua loquimur, cōfessionē, quæ fit de actis penit<sup>9</sup> internis, præcipere. Quod  
 22 autē cōfessio hæc sit præcepta pbat̄: f̄ quia in toto orbe CHRISTIANO  
 ea vti

ea vti sunt & vtuntur CHRISTIANI. Quod late probat conciliū Co-  
 loniense fol. 115. & sex aliis sequētibus incipiēs a Clemēte & Dionysio, &  
 percurrēs oēs eruditione illustres viros, tā Græcos q̄ Latinos. Et constat  
 omniū, quæ nos CHRISTIANI facimus, difficillimā esse hæc cōfessio-  
 nē. At, qđ difficillima sunt factu, vix facimus etiam, quādo sunt præcepta.  
 Nā & si vnus vel alter ea faciat, nunq̄ tamē omnes in talibus peragendis  
 conueniūt, vt experientia cōstat. Cui alludit illud verbū Euāgelicū. Non  
 omnes capiēt hoc verbū, Qui potest capere capiat Math. 19. Quis credat  
 Papas, Cardinales, Patriarchas & Episcopos cū toto clero: Impatores. Re-  
 ges, Duces, Comites cū omni ad vnū alio pp̄lo cōfessione hac p̄petuo vsu  
 ros fuisse: nisi eam nouissent præceptā? Præterea modus eius & tempus  
 determinata fuerūt & præcepta cōcilio Lateranēsi eodēq; generali sub In-  
 nocēt. 3. coacto anno. 215. supra millesimū. cap. illi<sup>9</sup>. 15. qđ ponitur in. c. Ois  
 sub titul. de p̄nit. & remis. Quod certe patres, qui eo cōuenerāt, nō præ-  
 cepissent: nisi antea præceptū cognouissent. Quoniā refrigescēte iā cha-  
 ritate moribus in peius declinatibus neq; ipsi tanti oneris præceptū nouē-  
 tulissent, neq; a subditis vnanimi fuisse acceptū assensu. Par ergo est cre-  
 dere illā fuisse præceptā. Imo id negare perfrecta fuerit frontis. Cū igitur  
 illa fuerit præcepta, neq; humana potestate præcipi potuerit: cōstat diuina  
 eā potestate ac lege factā.

Non obstat qđ Adrian<sup>9</sup> ait in 4<sup>o</sup>. q. 2. de cōfessioe. s. etiā occulta subiace-  
 re potestati eccl̄iæ per gl. quæ singulis putat̄ in Clemētina. 1. §. Verū sup  
 verb. eo ipso de hæret. q̄ habet, etiā solamēte hæreticū excōicātū esse ipso  
 facto, cui similis est in sūma. 24. q. 1. & in. c. Cogitationis p̄nam supra. d. 17.  
 huius tractat<sup>9</sup>. Quæ glossæ fere vbiq; a nostris receptæ sūt vt patet in illo  
 §. verū. Et p̄ pan. in. c. Extirpādæ. §. Qui vero col. 8. n. 21. repetit & in p̄-  
 mio Rex pacific<sup>9</sup> col. 3. Et Bald. i. l. Si quis nō dicā. C. de ep̄sco. & cleric. 2  
 Et Feli. i. c. Null<sup>9</sup> de sentēt. excōi. Non (in quā) hoc obstat f̄. Quoniā cō- 23  
 trarium tenet cōmunis sententia, in qua est diffuse Thomas prima scdæ  
 q. 100. art. 9. Et Palud. in. 4. d. 17. q. 2. col. 3. singulariter affirmās f̄ nō posse 24  
 illa humana lege nec ab vilo humano iudice castigari eū, qui cōfiteretur i  
 iudicio se superfaciendo qualicūq; crimine cōsensisse. si modo neq; verbo  
 neq; facto is cōsensus fuerit expressus. Cū Thoma sentit & diuus Anto-  
 nin<sup>9</sup>. 3. part. tit. 24. c. 4. & Angelus verbo, hæreticus. §. 2. & Prietas verbo hæ-  
 resis. q. 8. & verbo excōicatio. 7. §. 2. & verbo p̄na. §. 25. & Maior. i. 3. d. 25. q.  
 3. & Caietanus in summa verb. hæresis. Et pulchrius lōge. 2. 2. q. 11. art. 4. &  
 in paruis opusculis. q. 2. in materia cōfessionis. fol. 37. Neq; occurrit Theo-  
 logus aliquis purus, neq; canonū peritus, qui suæ facultati Theologicam  
 adiunxerit cognitionē, qui ab hac parte non stet præter Adrianū in illa. q.  
 2. f̄ autoritate Paludani non satis exp̄si ad hoc motū. Palud. enim in illis 25  
 verbis,

verbis, in quibus ab illo citatur de actu exteriori & de illius omissione occultis loquitur. Et paulo superius palam, docuit interiora hominis acta nulli humanae subiacere legi. Quin & Iacobus Almayn vir ingenio & eruditione clarus in libro de auto. ecclesi. asseruit f. ecclesiam nullam habere potestatem ad castigandum actum exteriorē suapte natura bonū, Qui sola relatione ad mentem esset malus. Qualis est elemosyna ob gloriam mundi mente sola concepta largita. Quin & Thom. Quolib. 4. art. 12. f. idem videtur sensisse de occulto suapte natura probabili hoc est de illo, quod vel verbo vel facto foras prodierit. cuius omnis oīno probatio deesset. Quod tamen asserere nimium arbitror. Quonia, ut ait Palud. in illa col. 3. Si, qui occulte omnino furatus est furtum cōtiteret iuste a iudice castigari non posset & ea, quae dicto aut facto extra prodierunt, quae sunt occulta, non tamen per se ac suapte natura occulta sunt, sed per accidens. ut eleganter Card. S. Xysti tradit in illa. q. 2. in materia confessionis. & in illa. q. 11. art. 4. Cum igitur frequentior & verior opinio sit haec, ut patet per supradicta, & probari posset per iura in glossa illius. §. Verū. allegata & alias roēs. Quas in c. Cogitationis supra. d. 1. alias adduximus: consequitur argumento nostro non obstare illam Adriani responsionem licet illa satis obstet alteri Scoti argumento. quod ante illum soluit Paludanus.

Secundū fundamentum quo probatur hanc, de qua loquimur secretarum quaeque auricularē vocat, confessionē non lege humana, sed diuina inductā esse tale est. Quicumque aliquam potestatem cuiuspiam concedere videtur etiā ea sine quibus illa exerceri non potest. I. Ad rem mobilem. I. Ad legatū ff. de procur. l. 2. ff. de iurisd. omni. iudi. f. Imo etiā illa sine, quibus potest quidem, sed non satis comode optimus text. in. l. Quicumque. §. Si ei quē. ff. de instit. actio & l. pen. ff. de usufr. per quos acerrimus Aretinus in. c. de testib. col. 3. dānauit. gl. 2. c. Solet de sent. excōi. lib. 6. q. dixit f. delegatū non posse quē ad cautelā absoluere, cōtra quā etiā docuit Decius in. c. Præterea de off. deleg. & c. Ut debitor. col. 8. de appellat. tenuit Iason etiā in illa. l. 2. Quo fit ut in mat. odiosa & restringenda disposito aliquo dispositū esse censeatur non solū id, sine quo illud nullius effectus esset, sed etiā illud, sine quo non esset sufficiens: ut interdicta ciuitate etiā sub vrbana censentur interdicta. c. Si ciuitas. de sent. excōi. lib. 6. Quāuis alias in materia restringi bili appellatione ciuitatis solum illud, quod murorum ambitu cōprehēdit cōtineatur. c. Rodolphus. cum ei annotatis. de rescript. Et licet aliud sit testamentū, aliud codicillus. I. Si idē. C. de codicil. Statuto tñ, ut vsurarii manifesti testamentū sit nullū, nisi antea cauerit eo modo, qui continetur in. c. Quāquā de vsur. lib. 6. statutū quoque cōsuetur, ut etiā codicillus non valeat: gl. memorabilis eadēque postrema. d. c. Quāquā. At Seruator noster Deus & homo diuina & humana prouidentia summā potestatem absoluendi a peccatis

a peccatis & ob ea condenandi Apostolis eorūque successoribus dedit Ioh. 20. callis verbis: Quorum remiseritis peccata remittentur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Ergo etiā dedit eis potestatem audiendi illa & cognoscendi, an ligari, an verō dissolui debeant. I. De qua re. ff. de iudic. quae habet. de illa re iudicare iudicē, de qua cognouit.

Neque argumenti vim franges, si dixeris eo tantū concludi potestatem audiendi accognoscendi de peccatis confessariis quidem esse: non tamen aliis necessitatem fuisse illis ea confitendi. Cui simile fuerit. quod de iudicibus. quos chartularios vocant, traditur a Bart. & aliis in. l. 1. ff. de iudic. Eos. I. audire posse causas eorum. qui coram ipsis elegerint litigare. Neminem autē. si noluerit ad litigandum coram illis teneri. Nō (inquam) hoc impedit vim argumēti, f. Quonia, si talē potestatem Seruator dedit frustra illa manere potuisset. Et illā concedendo non concessisset alia, sine quibus illa satis comode non potuit exerceri. Neque ea sine quibus potestas illa ridicula manere potuisset. Nam finge neminem velle confessario sua peccata dicere, quia non tenetur id facere: nonne ridicula videat illa confessariorū absoluendi vel ligandi potestas? Potestas (inquā,) quae tanta grauitate, tanta deliberatione, tanta cum insufflationis caeremonia data fuit. teste Iohanne in illo. c. 20. ubi ait. Haec, cum dixisset, insufflauit & dixit eis Accipite spiritū sanctū. Quorum remiseritis peccata, remissa sunt, & quorum retinueritis, retenta sunt. Cum igitur hoc dici nequeat, consequens est etiam aliis necessitatem imposuisse confitendi.

Tertium quo nostra propositio fundatur illud est. Quod nullū sacramentū a puro potest institui homine sine cōmissione saltem ad id specialiter. Quod late monstrō in. c. Sacrificiū. de cōsecrat. d. 2. post Thom. & alios in. 4. d. 1. & Thom. 3. part. q. 64. art. 1. & 2. Ergo neque illa pars sacramenti substantialis ab homine institui potuit arg. I. Quae de tota. ff. de rei vendi. Et. c. Pastoralis. §. Itē cum totū de off. deleg. Ergo neque sacramentū penitentiae, neque vlla pars eius ab homine puro: sed a Deo. I. Seruatore nostro instituta est. At confessio, de qua tractamus, secreta & auricularis pars essentialis est & substantialis sacramenti penitentiae. Non enim sine illa vllatenus illud consistere potest secundū omnes. Ergo etiam illa instituta est a seruatore Deo & Domino nostro.

Neque verō dicas, quod Thomas a vio ait in illo. c. 20. confessionē institutam quidem a Deo, non tamen praecipuam, neque aliud hoc argumēto probari. Quonia hoc eodem modo refellitur, quo replicam praecedentis fundamenti refellebamus dicentes: Datam quidem sacerdotibus audiendi confessiones potestatem, non tamen aliis impositam confitendi necessitatem. Addo hinc potestatem Sixti quarti Salmaticae ac in aliquot aliis Hispaniae locis Petrum ab Osma & quosdam ipsius affectas fuisse, qui dicerent confessionem ex instituto humano

humano & ecclesie traditione coepisse cum quibusdam aliis erroribus. Contra quos Toletanus presul per illi one sedis Apostolice processit, ac eruditorum collatione habita de vnanimi consilio & assensu magistrorum & doctorum declarauit illas propositiones, per quas ille Petrus de Osmi & eius sequaces predicti pertinaciter affirmare non verebantur confessionem peccatorum in specie ex vniuersalis ecclesie statuto non diuino iure comperta esse, & peccata mortalia, quoad culpam & penam alterius seculi, absque confessione sola cordis contritione, prauas vero cogitationes sola displicentia deleri. Et, quod confessio secreta sit necessario non exigi, & non per acta poenitentia confitentes absolui non debere, & Romanum Pontificem purgatorum penam remittere & super his, quae vniuersalis ecclesia statuit dispensare non posse. Sacramentum quoque poenitentiae, quantum ad collationem gratiae, naturam, non autem institutionis noui aut veteris testamenti existere falsas, sanctae fidei catholicae contrarias, erroneas & scandalosas ac a fidei veritate alienas ac sanctorum patrum decretis & Apostolicis constitutionibus contrarias esse, manifestam haeresim continere dictae permissionis & per illam sibi concessae facultatis vigore declarauit & pro talibus haberi & reputari debere decreuit. Quam declarationem postea ipsemet Sixtus cum Cardinalium concilio confirmauit: & eam pro indubitata voluit haberi, vt latius haec omnia continentur in quadam extrauag. cuius caput est Licet ea, quae fide digni auctores testantur.

32 Ex hac conclusione primo inferitur per Pontificem Romanum ad sua confitendum peccata teneri. Quia diuina lege obligatur. c. Sunt quidam. 25. q. 1. Quamuis verum sit non ligari per. c. Illud Omnis. de poenit. & ita non teneri absolute ad confitendum semel in anno. Quod etiam sensit Ioh. And in. c. Significasti. de foro. compet. & Fel. c. 1. de constitut. col. 9. Quod procedit tenendo illam, quam plerisque omnes Italos audio tenere, opinionem, quamque magnis viribus probare ac tutari conatur Thom. a vio. in lib. de primat. eccles. 1. Papam esse supra concilium. Nam si teneremus alteram sententiam, quam schola Parisiensis cum tota fere Gallia sequitur, concilium vniuersale supra Papam esse. Et adeo quidem sequitur, vt Iacobus Almayn scribens in hoc ipso articulo in 4. d. 17. col. 32 dixerit eum, qui contrarium assereret in Francia haeticum iudicatum iri. Diceremus (vt ait ille) Romanum Pontificem statuto conciliorum ligari, ac proinde ad illud. c. Omnis. de poenit. seruandum teneri, & vt quouis alium illius canonis vigore debere semel in anno eucharistiam sumere, & consequenter, si peccati mortalis esset sibi conscius, sua peccata confessario a se delecto confiteri nisi secum eo modo, quo cum alio posset, dispensaret. Neutri tamen harum opinionum subscribimus, nisi quatenus ecclesia subscribit catholica.

33 Secundo inferitur quiddam periculosum videri dixisse Panor. in illor. c. Omnis. col. c. f. precepto de confitendo, si iure fuisset positum inductum, non potuisse Papam ligari neque illum obligari nec illud. c. Omnis. in concilio generalium

nerali statuto: Et tamen, quia confessio ex generali quadam traditione & consuetudine ecclesiae esset inducta, eum illa ligari. His enim verbis Panor. indicare videtur in ecclesia dari posse potestatem aliquam inducendi legem, quae maior esset & efficacior, quam sit potestas concilii vniuersalis. Quod tamen, vt falsum & haeticum esse, ita puta eum id non sensisse: sed ipsius mentem fuisse dicere statuto ecclesiae ac decus & colore perditum iri, si Papa solus non confiteretur. Quod tamen etiam falsum est, & adeo quidem falsum, vt Io. And. & Fel. loco superius citato sentire velint, quod dictum est, eum non teneri annuatim confiteri.

Tertio inferitur casum inueniri planum, in quo per supremum CHRISTI vicarius ab alio in terris ligari possit & absolui, nempe a confessario sacramento, cui se subdiderit iuxta gl. 2. quae. And. Sicul. & Rauennati putat ibi singul. c. Sane. 2. de off. deleg. quae tamen similem habet in. c. Nemo. 9. q. 7. De quo plura in. c. Placuit infra dist. seq. in oppo. prima.

### IN TERTIAM PARTEM GLOSSAE ANNOTATIONVM SVMMARIA.

- 1 Confiteri tenentur Graeci contra gl. & confiteri sunt soliti. n. 3.
- 2 Praeceptum aliquod omnium Apostolorum abrogatum.
- 3 Confitentiae circumstantiae.
- 4 Confessio nunquam laico necessario facienda & interdum periculosae illi fieri.
- 5 Praecepta negatiua semper & ad semper obligare, affirmatiua vero semper, sed non ad semper. n. 7.
- 6 Lex de baptismo suscipiendo non obligat ad semper. Vnde non simul ac conuersi fuerunt & baptizati Martinus, Ambrosius & Constantinus, n. 28.
- 7 Peccat mortifere, cui peccatum mortiferum etiam praeteritum placet.
- 8 Contritio peccatorum semel contritorum vel, quae contrita esse probabiliter putantur, non necessaria. Imo neque nondum contritorum, quoties illa memoriae occurrunt etiam plenae ac ad proximam accomodanti. n. 12. nam neque contritionem se habere vllus nouit. n. 11.
- 9 Dauidis non omnia imitanda.
- 10 Peccat qui mortem interne manantem non vitat.
- 11 Mortuo non tenemur ilico exhibere, quo vitae restituatur, etiam si praestare id possemus.
- 12 Mori semper licet possimus, non tamen ideo semper in mortis articulo sumus.
- 13 Obligatus simpliciter statim soluere debet.
- 14 Confiteri non tenetur, qui venialia tantum habet. et ideo confiteri quidem poterat, sed non tenebatur Apostoli post haustum spiritum sanctum. n. 19.
- 15 Obligatio

- 20 Obligatio ex contractu secundū mentē contrahentiā ligat: obligatio vero legis secundū mentē legislatoris. Et contrahentiū quidem mēs in dubio ad præsens tempus refertur, n. 21.
- 22 Obligatus ex delicto interesse statim restituat, pœnam non item. Nā pœna etiam ipso iure debita in conscientie foro non debetur. n. 23.
- 24 Præceptū de inimicitia Dei deserēda nullum est speciale. Nam neq; meremur bene neq; male statibus vel habitibus. 25.
- 26 Statum placere non status sed actus est.
- 27 Contritioni aut confessioni nullū certū tēpus lege diuina præscriptū.
- 29 Contritio & cōfessio iam iam morituro necessaria: comunicaturo itē, quidquid Thom. a vio deuiet. n. 30. necessaria item danti & accipienti quodcūq; sacramentum. 32. Quare mortifere peccat, qui in mortali sacramenta suscipit aut confert. 33. Ideo baptizando adulto necessaria contritio vel saltem attritio. 34. Et confitens sine contritione vī attritione absolutionē suscipiens noue peccat. 35. Et qui nostra ætate confirmantur adulti fere omnes mortifere peccant, dum confirmantur. 36. Et ideo confirmantes episcopos difficile hodie a peccato excusari. 37. Et matrimonium contrahentes fere omnes noue peccare. 38. Hoc ipsum & fere omnes, qui minores ordines suscipiunt, admittunt. n. 39.
- 40 Ordines minores verum esse sacramentum tenere tutius.
- 41 Confessio solis duobus sacramentis necessario præmittenda.
- 42 Monitionem consilium, non præceptum, iuris peritis esse.

### EX HAC TERTIA PARTE GL.



Colligitur confessionem erratorum mortalium necessario nobis Latinis faciendam esse. Quæ conclusio clare fluit ex præcedēti, quam superius tenuimus nempe illā institutam & præceptam. & si non aperte & explicite, certe re ipsa & tacite ac implicite a Seruatore Deo ac Dño nro IESV CHRISTO.

Ex qua eadem infertur 2<sup>o</sup>. f. falsum esse, quod subiicit. gl. Græcos ad eādem faciendam minime teneri.

Infertur & tertio falsum esse illud aliud, quod nostra gl. subdit. f. per verba illa Jacobi. c. 5, Confitemini alterutrum peccata vestra: qua parte de confessione sacramentali accipiuntur, consilium inducere non præceptum. Quoniam verum continent præceptum. Non quidem ipsius. Jacobi: sed domini Jacobi nempe ipsius met. Seruatoris.

Addo quarto falsum item esse, quod gl. subdit, hoc præceptū. si fuisset Jacobi & ita puri hominis, non potuisse aboleri consuetudine contraria.

Quonia

Quoniam facile est dare f. præceptum nō tantū a Iacobo illo vulgo minore vocato, (quanquam semper magnus fuerit,) sed etiam a Petro & toto Apostolorum concilio inductum derogatum deinde consuetudine fuisse atq; ideo neminē eo ligari hodie. Actorum quidem. 1. c. statutum fuit a concilio Apostolorum toto, nequis suffocatum aliquid ederet. Et postea in cōcilio Gangrēsi renouatū, vt est videre in. c. Si quis carnē. 30. d. & iamē consuetudine vniuersū orbis CHRISTIANI abolitum est. & licite hodie gallinis, perdicibus & aliis multis suffocatis Christiani vescuntur, siue lex illa Apostolica consuetudine sublata fuerit, siue a Paulo in. c. 14. ad Ro. cuius dicta probata fuerunt per Petrū Ro. Pon. in fine scdæ eplæ. Qd voluit Tho. prima Secūdæ. q. 103. arti. 4. & Card. S. Xysti. c. Si quis carnem. 30. dist.

Addo quinto falsum item esse, quod subiicit gl. f. apud Græcos non fuisse in vtu hanc, de qua loquimur confessionem sacramentalem: fuit etenim vt testatur Scotus in. 4. d. 17. Et diffuse monstrat conciliū Coloniense. fol. 1. c. 1. §. Restat. cum multis sequentibus.

Neq; ob stare videtur. c. fin. quo se fundauit glossator supra. d. i. huius tractatus de pœnit. Quia non habetur ibi nullos Græcos illa vti: sed Græcos indefinite ait peccata Deo confiteri. Secundo quod ait totā fere sanctam ecclesiā ea vti. at ecclesia Græca quæ. 1. Græcis literis utebatur, magna erat tunc ecclesiæ pars. & ita implicite sentit, quod supra de Græcis indefinite dixit, non esse vniuersaliter accipiendum. Tertio quod quādo id dixisset Theodorus, qui fuit illius cap. autor & Anglus nō tāta erat ei fides adhibenda quāta illis, qui contrarium asserunt, quos cōciliū illud Coloniense citat multos & magnos cum eruditione, tum sanctitate viros..

### EX QUARTA GLOSSAE PARTE.

Colligitur f. peccatorum confessionē faciendā esse cum omnibus eorū circumstantiis. Quid circumstantia sit, & quotuplex & quot sunt circumstantiæ, & quæ illarum confessario aperiendæ necessario & quæ nō, in primo. c. dicemus.

### EX QUINTA PARTE GL.

Colligitur non nunq̄ laico esse confitendum, nempe quādo presbyter non adesset & articulus mortis instaret. Allegat pro hac conclusione text. in. c. Quem pœnitet. supra. d. i. quod parū probat. Sed text. iuris optimus est in. c. Qui vult. infra. d. 6. in illis verbis: Tāta itaq; vis est cōfessionis. & c. vt si deest sacerdos cōfiteatur laico. Vbi dicemus. f. Nunq̄ esse necessariū confiteri laico, interdum vtile, interdum inutile, imo perniciosum.

EX 6<sup>o</sup>

Colliguntur tria: primū teneri nos ad conterendū peccatū mortale statim, ac illud admiserimus. Secundum: teneri nos etiam confiteri si modo peccatū fuerit publicū. Tertiū publica peccata in hoc differre ab occultis. Pro duobus primis facit primo. c. Ille rex. supra. d. 3. Qd̄ habet regē illum ac tantum ac tā potētem nēpe Dauid, nec exiguo tēporis momēto penes se delicti passum fuisse manere cōscienciā: sed prēmatura cōfessione atq; immenso dolore reddidisse peccatum suum Domino.

Secundo quod Symmachus Papa relatus a Gratiano in sūma supra d. 83. ait. Non est grandis differentia an letum inferas an admittas. Mortē enim languētibus probatur infligere, qui hanc, cum potest, non excludit. Ergo paria videntur quod te formaliter occidas vel occisum, ab illa spiritali morte, cum possis, nō liberes. Sed quādo te spiritaliter occidis mortaliter peccas. c. Resuscitatus. c. Omnis de pœnit. d. 1. Ergo &, quoties te in peccato mortali esse meministi, ni te ipsius pœnituerit, mortaliter peccas.

Tertio facit, quod mors spiritalis peior est tēporali iuxta illud mors peccatorum pessima. text. vulgatus. c. Itāne. 32. q. 5. & iuris optimus in. c. Sacris. quod met. caus. ibi. Pro nullo metu quis debet peccatū mortale. & c. Ergo magis debeo vitare mortē spiritalē, quam corporalē. At qui non vitat mortem corporalem ab intrinseco saltem manantem, peccat. c. Pasce 86. d. iuncto. c. Si non licet. 23. q. 5.

Quarto Ecclesiastici. 5. scribitur. Ne tardes conuerti ad Dominū neq; de die in diem differas. At is, quem non statim ac meminit sui peccati, pœnitet: tardat ad Dominum conuerti, & ita transgreditur illud præceptum. Præcepti autē transgressio peccatū est letale regulariter. c. Nā de cōstitut. c. 2. de maiorit. & obed.

Quinto regula est iuris. ff. In omnibus obligationibus, quibus dies nō ponitur, præsentī die debetur. Habetur etiā in. l. Eum qui calēdis. §. Quoties. ff. de verb. obligat. §. Omnis institut. de verb. obligat. Sed qui mortifere peccauit conterere illud corde & confiteri ore sine die tenetur. c. Dixi. c. Quē pœnitet supra. d. 1. ergo statim debet id facere.

Sexto F præcepta negatiua semp̄ & ad semper obligāt Archid. in præsentī & in. c. Præcepta infra de cōsecr. d. 1. & in. c. Si peccauerit. 2. q. 1. Et Pā. & alii in. c. Nouit de iudic. licet affirmatiua semper sed non ad semper. Cuius diuersitatis rationē ponit diuus Tho. scda Scda. q. 33. art. 2. At negatiuo præcepto vetamur esse Deo inimici: ergo quoties agnoscim⁹ nos esse tales, & ilico non curamus ab ea inimicitia exire, denuo peccare videmur.

Septimo confirmantur hæc autoritate Thomæ in 4<sup>o</sup>. d. 17. q. 3. art. 1. qui ait. Ad contritionē tenetur homo, quando memoriā occurrūt peccata, cū præcipue

præcipue i piclo mortis existit aut i alio articlo. &c. Facit qd̄ ibidē Palud. limitatio i honre ipsius dicitū ait esse verā, qn̄ peccata occurrūt memoriā in materia practica. tanq; reicienda siue delectanda vel acceptanda.

Pro contraria tamen parte facit. Primo, q; F affirmatiua præcepta quāuis semper obligent, non tamen (vt dictū est) ad semper. i. pro quouis tempore obligant secundū Archid. & Pan. in locis in postremo argumēto pro altera parte citatis. Sed præceptum de conterendo mortali peccato & præceptum de confitendo eodem sunt affirmatiua: Ergo non ligant, nisi pro tempore determinato ab eo, qui potestatem id faciendi habet, vel tēpore naturali ratione determinando. At nulla lege determinatū est, vt ilico post peccatū admissum vel eius habitam memoriā sub noui peccati pœna excanuas a peccato. Sed neq; vlla id naturali ratione cōcludi potest. Ergo non tenemur ad id ilico faciendum.

Secundo facit q; lex de baptizando non obligat catechumenos ad ilico baptizandū. Imo iure nequeunt, nisi duobus anni temporib⁹, baptizari. c. Duo. de cōsecr. d. 4. Ergo neq; præceptum de confitendo vel conterendo. argumento a simili vel maio. i. desumpto.

Tertio facit, q; lex de comunicando non obligat, nisi pro certo anni tempore. c. Omnis de pœnit. & remiss. Ergo neq; lex de conterendo vel confitendo, siue occulta sint, siue publica peccata ad ilico id faciendum obligat.

Quarto pro hac parte facit. c. Quod quidam. de pœnit. & remiss. quod habet audiendam esse illius cōfessionem, qui confitetur quidem crimina sed ait abstinere non posse. Imo etiam tex. habet talē pœnitentiā admittēdam esse: quanq; vera non est. Ecce memoriā peccati & plenam & in materia practica sine contritione. quia nō est cum tali displicētia peccati, quæ propositum vitandi peccata comitetur.

Postremo dura res esset, quod toties nouo peccato peccarem⁹, quoties meminimus præterita peccata, siue placeant siue displiceant, sed adeo tenuiter: vt ad contritionē non sufficiat, siue neq; placeāt vllatenus neq; etiā vlla ex parte displiceāt. Durū item & molestū recolere, quoties id a nobis factū uerit. At Dominus apud Matthæū, 11. c. ait: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. & mox: Iugum enim meū suauē est & onus meum leue.

Pro resolutione omnium horū annotandū primo, aliquot esse in hac re oibus recepta: aliquot autē controuersa. Et de receptis quidē primū est, teneri nos ad cauendū ne vnq; quod admisimus, peccatū nobis placeat. Ois enim cōsensus in peccatū mortale mortalis est & letifer. c. Sicut tribus gradibus. de pœnit. d. 1. c. Sed pensandū. d. 6. Secundū non teneri nos cōterere peccata semel contrita argumento illius. Nā. 1. Non iudicat Deus bis in idiplū. Et habet in. c. Quid ergo. 23. q. 5. & c. At si. §. de adulteriis. de iudic.



Tertium, non teneri nos contere etiam illa peccata, quae nos existimamus iam contriuisse. Quamquam vere non fuerint contrita: siue, quia dolor ille nisi non fuit gratia illa, quam gratum facientem appellant, informatus: siue, quia forte non fuit sufficiens ex parte nostra, quamquam probabiliter sufficiens estimari potuisset illi praesertim, qui eam habuit. Probat hoc, nam si contrarium dicitur sequeretur omnes, qui unquam peccarunt, semper teneri ad contritionem omnium peccatorum qualibet bene contritorum & confessione detectorum. Nemo enim, nisi superne id sibi reueletur scit, an sit odio vel amore dignus. Ecclesiastae. c. 9. c. fin. de purg. cano. Ergo qui semel capitaliter peccauit, cum nescierit: an unquam vere fuerit sibi peccatum condonatum, sequitur nunquam non tenendum ad conterendum illud. Quartum est, quod non tenemur contere, quando non occurrunt memoria. Quintum, quod neque etiam, quando transeunt & aliud agenti occurrunt. ut fit quando, aut doctori docenti, aut verbum diuinum facienti, aut orationem in concione habenti vel disputanti memoria peccati alicuius occurrat, ad illud tunc conterendum non tenebitur. Quoniam in agendis ordo est seruandus. §. Nihil inordinatum auctor. de haered. & falcid. c. A d hoc. §. 9. d. At si aliud agentem oporteret contere peccatum, cuius incidit memoria, actiones diuersae confunderentur. Sextum, quod neque sufficit, ut plene & nihil aliud agenti occurrat huiusmodi memoria: sed oportet, quod practica vel ad practica seu praxim directa memoria occurrat, puta quia memini plene peccatum: Non ut disputem quale vel an sit peccatum, sed quo illud abominer vel amplectar & placeat. Hanc conclusionem affirmavit Palud. in. 4. d. 17. q. 1. col. 3. vers. Secunda conclusio & probatur. Quia non tenetur quis plus ad conterendum peccatum, quam ad diligendum Deum. At si, cui Deus occurrat speculatiue, non tenetur ipsum tunc diligere. Ergo neque peccata speculatiue occurrentia tenetur conterere. Quia similitum idem est iudicium. c. Dudum. 2. de electio. l. Illud. ff. ad leg. Aquil. Hec dicta sex plerisque omnibus recepta sunt. Septimum autem inter auctores controuersum est: quando plene ac practice peccatum memoriae occurrerit, abominandum videlicet sit siue detestandum aut amplectendum, an tunc noue peccetur: si contritio non habeatur. In qua re nobis ea opinio videtur verior quae habet non esse sub noui peccati poena illius contritionem habendam: sed satis esse, quod peccatum non placeat, licet neque displiceat, vel etiam displiceat ita tamen, ut illa displicentia non perueniat ad illum, quem contritio exigit, gradum & statum. Hoc septimum efficaciter videtur probari quarto fundamento & aliis tribus absurdis, quae contrariam opinionem consequerentur. Quorum primum est, quod satius esset populum a parochis & concionatoribus non inuitari ad confessionem peccatorum generalium. Quonia verbis illius confessionis generalis multis veniunt in memoriam peccata sua practice tanquam detestabilia. Et tamen maior pars populi, imo fere

totus non usque a deo dolet, ut ad contritionem perueniat ille dolor: & ita peccaret mortaliter nouo peccato. Secundum absurdum, quod consequeretur, est eos, qui contritionem adornant et se ad illam faciendam parant, cum id facere incipiunt, peccare mortaliter, ut plurimum. Quia ut plurimum non est eis ab initio dolor contritionis, sed solum attritionis. Tertium autem, quod consequeretur absurdum, est omnes, qui peccatum mortiferum nondum contritum atterunt, mortaliter peccare. Quibus quid a vero alieni? Quod autem haec sequerentur patet, quoniam in temporis momento contritio haberi potest iuxta illud Ezechielis. 33. In quacumque hora ingenerit peccator omnium iniquitatum eius non recordabor. c. Ponderet. so. d. si ergo quam cirissime comode potes ad contritionem peccati memoriae occurrentis habendam sub nouo teneris peccato: & triplex genus hominum praedictum recordatur peccata mortalia nondum contrita, & temporis momento ea conterere potest. Sequitur profecto eos praecipui transgressores esse eo, quod ea non contriuerunt, & per consequentem mortaliiter peccare. Et ita primis malum fuisse generalem confessionem fecisse, malum secundis peccata sua reminisci coepisse, malum tertiis attritionem habuisse.

Neque mihi dicas scandalum hoc esse acceptum non datum. &c. quia nolo concludere inducentes ad attritionem peccare. sed eos, qui inducuntur. Quia & facile fuerit concludere inducentes ad attritionem primum, quo paulatim ad contritionem inducantur, peccare. quod vix pius audiat. Hanc conclusionem in specie asseruit Adrianus Papa huius nominis. 6. vir plane pius in. 4. de consensu. q. 3. col. 2. & Thomas a viro quolibet. 7. quod in paruis opusculis est. fol. 54. Vbi subtiliter hoc probat. Idem tenet etiam in. q. 3. de confess. et ante illos vir plane pius Thomas ille Aquinas secunda Secundae. q. 14. art. 2. cum ait. Finalis impenitentia dupliciter capitur: vno modo pro proposito non penitendi, & sic est speciale peccatum. Alio modo pro permanentia in peccato, quia non dolet: & haec est circumstantia peccati & non speciale peccatum. Ecce quod permanere in peccato mortali non auget numerum peccatorum. Nam secundum hunc grauissimum auctorem numerus non est peccati circumstantia ut mox in. c. sequenti trademus. Facit ultra praedicta quod, nisi hanc opinionem teneamus, tenere oportebit nunquam aliquem de solo vno peccato puniendum. quando quidem semper aderit aliud, quod in non conterendo illud admisit.

Non obstat, quod per contrariam parte allegata fuere. non primum: Concedo enim Dauidem a monitione Natanae prophetae statim habuisse contritionem: sed dico non esse necessariam illationem: Et Dauid hoc facit, ergo & nos id facere tenemur. Nam & Dauid media nocte ad laudandum Dominum surgebat. Media nocte (inquit) surgebam ad confitendum tibi. Psal. 118. At non quivis rex & quilibet alius eius conditionis, cuius erat Dauid ille rex tatus, tenebat id facere. 2o. quod suum illud peccatum non contriuit Dauid statim ac illud admisit: sed postea quod fuit monitus. Et

tamen non legimus Dauidem poenituisse, quod non poenitisset statim, sed tãtũ: quod poenitisset adulterii & homicidii. Et ita ex Dauidis facto fortius pro nostra, quam pro cõtraria parte colligitur, quo soluitur prima .s.c. Ille rex. supra. d. 3. huiustractatus.

- 14 Ad secundum cõcedo f. peccare illum, qui non liberat quũ potest a morte corporea interne saltem manante puta fame, antequã illa mors eueniat iuxta illud Symmachi. 83. d. in summa. Sic etiã fateor eũ, qui se vel aliũ a morte spirituali, nempe mortali peccato liberare potest anteq̃ moriatur, 15 debere illum liberare. At sicut f. iam mortuũ non tenetur ilico resuscitare corporaliter, etiam si potest: quod suo frequenter exẽplo docuit IESVS Ita etiã, qui se vel alium spiritualiter mortuũ videt, nõ tenetur ilico sub nouo peccato suscitare vel facere, quantum potest, quo suscitetur.

Ad tertium eodem modo respondeo, quoad secundum.

- Ad quartum respondeo illud sapientis Ecclesiastici. 5. Non tardes conuerti ad Dominũ neq; differas de die in diem. consiliũ, non præceptum, vtilitatem, non necessitatem continere secundum Alexandrum Alensem quarta parte. q. 77. mēbro. 4. art. 1. Et si quis vrgeat: vnde scit Alexãder id esse potius consilii, quam præcepti? Respondeo id posse colligi ex ea, quã sapiens subiicit ratione. s. subito enim venit ira illius. &c. Hec enim ratio demonstrat dictũ, quod per illã cõfirmatur, non ligare necessario. quoniã non concludit periculum necessario timendum. Quamuis enim ira Dei qnq; subito adueniat: vt plurimũ tamen non ita euenit. Et ita licet quolibet momento perire possimus & mori: f. non tamen ideo dicimur in extremis vel ipso articulo mortis constituti. Quia probabiliter putamus non instare mortem. Hinc est quod si quis letali culpa infectus subito moriatur dãnabitur quidẽ & castigabitur ob eã culpã: non tamẽ ob illã, quã cõtraxit eo, qd̃ in periculo moriẽdi cõstitutus sibi nõ cauit secundũ Adrianũ. q. 3. de cõfess. col. 4. Secũdo potest ad hoc argumẽtũ respõderi dictũ illud Ecclesiastici necessitatẽ quidẽ significare vitãdi periculi, qd̃ moriens incurrere posset, nõ autẽ nouũ peccatũ vitãdi. Qd̃ fere in priorẽ solutionem recidit.

- Ad quintum concedo eum, qui sine die & sine conditione promittit, præsentis die debere, & regulariter f. oēs, qui ex aliquo cõtractu simpliciter obligãtur, teneri ad statim soluendũ: ita tamẽ, vt nõ veniat veluti cũ sacco paratus. l. Ratũ. l. Quod dicimus. ff. de soluti. sed cum quodã moderamine & cum quodã competenti spatio, quod iudex arbitret. gl. memorabilis in. §. fin. Instit. de inutil. stipul. & ibi Angel. qui & oēs alii hoc ipsũ tenent in. §. Omnis. Instit. de verborũ. quãuis cõsuetudo iã fere vbiqu; declarauit illud moderamẽ decem dierũ esse vt dixit. gl. in. l. Si debitori. ff. de iudic. & facit. l. Promisor. §. 1. ff. de cõstit. pecu. Qui decẽ dies dat cõstituẽti se p̃ alio soluturũ. At nõ tenemur nos cõterere peccata ex nrã pmissiõẽ: sed ex

lege diuina & naturæ id disponente.

Contra tamen hoc opponat aliquis: primo, quod eadem ratio videatur in obligatione, quæ ex lege descendit, & in ea, quæ ex contractu. Secundo, quod obligatus ex delicto ad statim satisfaciendũ tenetur. Nam & fur semper dicit in mora esse. l. In re furtiua & l. fin. ff. de condi. furt. & nos ex delicto tenemur conterere ac confiteri. Quoniã, qui non peccat, non tenetur conterere ac confiteri secundũ omnes in. 4. d. 17. Vbi recte quidam antequã notarunt vanum esse putare virginẽ matrem solitã confiteri Iohanni suo filio IESV substituto. Quin & recepta sententia est etiam, f. qui tantũ venialiter peccat, non teneri ad conterendum vel confitendum iure saltem comuni. Quod forte in causa fuit quod de nullius Apostolorum cõfessione vllus quidquã prodiderit. Quippe quod nullus eorũ ab hausto spiritu sancto saltem mortifere peccauit: & neminem eorũ oportuit cõfiteri, licet potuisset vel venialia vel mortalia prius admissa, quã ad CHRITVM se conuertissent, aut cœlitus die Pentecostes confirmati fuissent. Igitur, cũ ex delicto, & non qualicunq;, sed mortifero ad contritionẽ & confessionẽ teneamur: sequitur nos ad eam statim faciendã teneri.

Ad horum prius respondeo longam esse differentiã inter obligationẽ ex contractu & obligationẽ ex lege descendentẽ. f. Quia contractus secundum propositum contrahentium obligant. l. 1. §. Si conuenerit. ff. de posit. & c. Contractus de regul. iur. lib. 6. Lex autem secundum eam ferentis mentem. Quæ vero mens sit contrahentium in dubio, lege declaratũ est nepe vt, qui obligatur, ad statim soluendum teneatur. Quæ vero mens sit legislatoris per eius ipsam legem vel alias leges apparere potest, Apparet autẽ per plurimas leges & rationes naturales affirmatiua præcepta pro quouis tempore non obligare. Quibus illud Ezechielis addi potest. Nolo mortẽ peccatoris: sed vt magis cõuertatur & viuat. Dedit enim Deus clemētissimus, quæ ipsius maxima est clementia, totum vitæ spacium, quo nos erratorum poeniteat. c. Nemo. c. Nullus infra dist. 7. cum tamen contrariũ de contrahentiũ animo experientia constet. Secũdo q̃ per cõtractus ita obligamur, vt constituamur quasi alieni detentores. l. Qui actionem habet, rem videtur habere. ff. de regul. iur. Qui vero per legem affirmatiuã, non ita: sed ad opera virtutis peragẽda, quæ loco, tempore, modo, fine debitis sunt facienda. Tho. secunda Secunda. q. 33. arti. 2.

Ad posterius autem respondeo ex delictis duas vt plurimum obligationes nasci: vna qua damnum passo tenemur damnũ a nobis illatum restituere. altera, qua Reipub. vel iniuriam passo tenemur, nõ pro bonis, quæ abstulim⁹, sed pro iniuria illata satisfacere. Concedo ergo f. eũ, qui ex delicto tenetur, teneri ad restituendũ statim dãnũ, qd̃ intulit, iuxta leges illas in argumẽto allatas. & iuxta. c. Saep̃ de restit. spoliat. & scripta per vtrũq;

Thomá secunda Secundæ. q. 60. art. fin. Nego tamen vllum pro delicto teneri statim, quoad alteram obligationem. s. quoad pœnam pro iniuria exoluendam: siue illa corporea fuerit, siue pecuniaria. Imo a plerisq; omnibus recepta est. gl. putata. sing. quæ postrema est. c. Fraternitas. 1. 2. q. 2. quæ habet. Neminē in conscia donec condēnetur ad pœnam exoluendā teneri. Quā etiā in pœna ipso iure incurſa locū habere alias probaui: in c. 1. de cōstit. contra Pan. & Feli. ibi col. 1. 2. secutus. in hoc multos & in his Tho. a vio omniū subtilissime in hac re loquutū in illa. q. 6. 2. Obligatio aut hęc conterendi vel confitendi non tangit restitutionē alicuius ablati, sed satisfactiōē iniuriæ a nobis Deo illatæ: Idcirco nō tenemur ad statim illam faciendā. Quāquā statim teneamur, quod damnū alicui dedimus, restituere.

Ad sextum respondeo cōcedendo illum, qui Dei amicus est, teneri præcepto, non quidem speciali: sed generali, ne fiat inimicus eius. Concedendo item eū, qui est inimicus Dei, teneri, ne fiat magis inimicus eius. Et cōcedo eum, qui fit inimicus Dei vel inimicior, quam erat, peccare quidem nouo peccato contra illud præceptū generale & contra aliud aliquod particulare. Nego tamen esse vllum præceptum negatiuū, quo vetemur manere in illa inimicitia cōtracta. Et ita, licet concedam malū quidem esse manere in inimicitia tali, quia malus est status, sicut & malum est habere habitū vitiosum: nego tamen male fieri. Quia id non est actus sed status. Et constat neq; bene neq; male nos de Deo mereri statibus vel habitibus bonis vel malis: sed actis recte aut torte pfectis per ea, quæ tradit Aquinas secunda Secundæ. q. 183. art. 1. & q. 184. art. 4. Actio tamen est etiam si talis malus status placeat. quod peccatum esse nemo negat. Sed aliud est statū, in quo quis est, malū, ipsi placere, aliud eum simpliciter in malo illo statu manere neq; abominando illum neq; mente vel verbis laudando.

Ex his ergo perspicuū fuerit primo tanta esse in nos Deum clemētissimū clementia, vt nolit nos noue peccare nō conterendo peccatū letale, etiā si memoria versemus illud sine dolore, modo nullatenus placeat, quāquā periculo proximū videtur plene ad vsum meminisse peccatū & illud neq; placere neq; displicere, quod aliquos in diuersam partem mouere potuit, Sed hoc primo, vt verū est in peccatis carnis, ita non est in aliis multis. 2º. tantū periculi est in contritis, ac in non cōtritis. Tertio displicere possunt citra contritiōē & dolorē ea dignū. Consiliū tñ lōge saluberrimū & omni affectu amplectendū fuerit de omnibus peccatis siue contritis siue non cōtritis, quoties ita memoriæ occurrerint, dolorē cōcipere p virib⁹ egregiū. Perspicuū fuerit & 2º. nō teneri nos ad statim peccata, quæ admisimus, letalia confitendum. Nam si, quod magis videtur inesse non inest, neq; id quod min⁹. gl. c. Cum in cunctis. de electio. in princip. text⁹ in. c. Si paulus. 32. q. 5.

c. Quali

c. Quilibet. 40. dist. At magis est necessaria contritio, quæ sola sine cōfessione actuali iustificat animā. c. Dixi. supra. d. 1. q. cōfessio actualis, q̄ sola id non efficit. Et ita magis videmur ad eā, quā ad cōfessionē teneri. Ergo si non tenemur statim conterere, neq; statim cōfiteri obligabimur.

Suboritur tamen quæstio necessaria. s. quando igitur tenebimur ita cōterere, aut cōfiteri, vt nisi hoc fecerim⁹, noue ac capitaliter peccaturi sim⁹?

Ad hoc respondeo primū attenda sola diuina lege, nullū tempus contritioni vel confessioni faciendæ determinatū esse. Primo enim hoc nulla lege diuina cautū inuenias, & erubescendum sine lege dicere aliquid lege difinitū dixit Imperator in. §. Consideremus Auth. de trient. & semiss. collat. 3. facit. c. Legatur. 24. q. 2. Deinde, quia lex de conterendo ac confitendo affirmatiua est, neq; magis astringere videtur, quam lex de baptizādo, quia de similibus idem iudicamus. c. Dudū. 2. de elect. At lex de baptizando iure diuino nullū tempus habet determinatū, vt sentit Thomas 3. part. q. 68. art. 3. Quod clari⁹ ibi alter Thomas affirmat. Nam & Martinus octo annis mansit catechumenus. Et Ambrosius longo tempore. Constantinū aut Imperatorē in obitū vsq; suum distulisse baptismū autor est Ambrosius in oratione de morte Theodosii. Tertio, quia præcepta negatiua ex parte temporis tunc demū ligāt, quando tempus necessitatis articulū adducit. Tho. in. 4º. d. 17. q. 3. art. 1. At præceptū de conterendo ac confitendo affirmatiuum est. Ergo ex parte temporis tunc ligabit, quando tempus necessitatis articulū induxerit.

Ex hac postrema ratione sequitur primo in mortis articulo constitutum ad conterendum & confitendū teneri. Quoniam talis articulus necessitatem concludit faciendi, quod illius præceptis affirmatiuis iubetur. Nā ille articulus indicat verisimilē huius vitæ terminū adesse. Et contritio cū confessione durante hac vita facienda est: ergo tunc oportet illa facere. Et in hac conclusione omnes conueniunt.

Ex eadem ratione sequitur secundo toties quem ad conterendū & ad confitendum peccata teneri, quoties occurrit ei actio aliqua, quæ necessario exigit, vt se contritio & confessio præcedat: qualis est illa dulcissima Eucharistiæ sacramenti assumptio. Illud enim post letale peccatū admisū nemo percipere debet, nisi contritus antea fuerit, & cōfessus. gl. in iure vnica. c. De homine. de celeb. miss. quam totus mundus seruat. Quæ omni dubio procul tenenda est & seruanda, vt ibi alias late ostendimus: quāquam Thomas a vio in summa verbo. Comunio, & latius. 3. parte. q. 80. art. 4. & 1. ad Corint. 11. c. asseruit non peccaturum mortaliter, qui habita contritione ante confessionem eucharistiam sumeret. Quamuis id nemini sit conulendum. Quæ opinio licet meo iudicio difficile repelli possit per solas sacras literas aut per solam naturalem rationem aut sola iura

b iiii Pontificia

32 Pontificia: satis tamen mea sententia exploditur per consuetudinem. Quā  
doquidem<sup>F</sup> consuetudo vniuersalis perinde ligat, ac lex vniuersalis, & cō  
suetudo particularis, ac lex particularis. c. fin. de cōsuetud. l. De quibus. ff.  
de legib. tex. iuris optimus in proposito. c. Ecclesiasticarū. 11. dist. At cōsue  
tudo ecclesiæ vniuersæ iā inde ab Apostolorū tempore habet: nequis, nisi  
confessus, ad sacrā admittatur comunionē, si est copia confessorii. Ergo  
illa lex consuetudinaria obligat. Per quā cōsiderationē nostra, quā glossa  
illa sing. olim asseruit, fundatur propositio, & omnia Thomæ a vno argu  
menta soluuntur quippe, quæ in eo fundantur, quod nullo iurē Pōtificio  
nostra probatur positio. Satis enim superq; est eandem totius CHRIS  
TIANISMI consensu mille quingentos annos seruatum. Quando  
& multo minus temporis ad huiusmodi legem inducēdā suffecisset iuxta  
quæ in illo. c. fin. & in illa. l. De quibus. disponuntur & concluduntur.  
Facit, q; maiorē ad hoc sacramētū suscipiēdū preparationē voluit Ap̄tus  
fieri, vt sentit in illo. i. ad Corinth. c. 11. quam ad alia sacramēta suscipiēda  
De illo enim solo dixit: Probet autē se homo. &c. At in aliis quoq; sacra  
mentis suscipiendis exigitur contritio: ergo ad hoc suscipiēdū desideratur  
cōfessio. Facit et quod cōsuetudo est legum interpretis optima. c. Cū dile  
ctus de cōsuetu. l. Minime. ff. de leg. etiā iuris diuini dubii, quod asserit  
Pan. recept<sup>9</sup> ab aliis in. c. At si de iudi. col. 13. & illud Ap̄ti probet autē. &c.  
de probatione per confessionem interpretata est cōsuetudo mille quingē  
torū annorum: ergo de illa est intelligendum.

33. Inferitur<sup>F</sup> reitio<sup>F</sup> necessariā esse contritionē quodlibet aliud sacramen  
tum danti vel accipienti, quoniam illa sacramenti datio vel acceptio neces  
sitate inducit adimplendi præceptum illud affirmatiuū de conterendo.  
Quia sacramenta neq; accipi possunt iuste neq; dari ab eo, qui saltem nō  
est contritus vel se nō existimat contritū. De accipiēte quidē videt text.  
in. c. Per Esaiā. 1. q. 1. vers. sacrificia ibi. Tale cuiq; fit, quali corde ad acci  
piēdū accesserit. Sed quia ibi solū de eucharistia loquitur aptiora sunt  
proposito verba illa. vers. Hoc pene ibi: Omnia sacramēta profunt digne  
sumentibus. quæ a contrario innuūt indigne sumentibus obesse. textus tñ  
mea sententia iuris optimus est in. c. Illud. 9. dist. In quo Innocentius de  
sacramento vnctionis extremæ agens ait. Non pœnitentibus istud fundi  
non potest. quia genus est sacramenti. Quæ ratio concludit nullū sacramē  
tū impœnitenti esse dandū. Facit & ratio necessaria: Sacramēta instituta  
sunt a Seruatore nostro & data, quo per illa gratiā primā vel eius augmē  
tum consequamur: qui ergo agnoscens vel agnoscere debens se in eo esse  
statu, qui gratiæ consequendæ repugnat, nēpe in peccato mortali: scit aut  
scire debet in vanū & frustra se illud accipere. Ergo irreuerentiā erga sacra  
34 mentū comittit<sup>F</sup>, quod peccatū esse grāde nemo ambigit. Est enim sacri  
legiū

legiū, argumento eorum, quæ scribit Thom. secunda Secūda. q. 99. art. 1.  
Quod vero dans sacramētū, ni prius se per cōtritionē probauerit, peccet  
probat illud. c. Per Esaiā. 1. q. 1. vers. Hoc pene. in illis verbis. Omnia sacra  
menta indigne tractantibus obliunt, prolunt tamen per eos digne sumentī  
bus. Quāq; dici posset, quod quidā vir grauis aiebat dante vel recipiēte  
sacramētū in mortali non ideo peccare, quia non conteritur: sed quia irre  
uerens & indispositus ministrat sacramētū vel recipit. Sed quia hoc effe  
ctu cū eo, quod dixi & dicā, idem fere (quāq; subtilius) est: comuniorem  
loquendi modū sequar.

Quarto sub inferitur<sup>F</sup> adultum, qui baptismo contritione peccatorum 35  
vel certe attritione tali quæ sacramenti accessione fiat contritio non præ  
habita suscipit, peccare. c. Firmissime. 15. q. 1. c. Omnis. c. A gūt. de cōsecrat.  
d. 4. tradit Thomas. 3. parte. q. 6. 8. art. 6.

Quinto sub inferitur<sup>F</sup> eū, qui sine contritione vel attritione prædicta, 6  
sua peccata confitetur cōfessario & ab eo absolutionem suscipit, peccare.  
Accipit enim in malo statu sacramētū. c. Quod quidam. de pœnit. & re  
missi. quod habet cōfessionē illius, qui nō est contritus, admittendā quidē:  
sed eū non esse absoluendū. Quot ergo (bone Deus) iracundi & infensi  
peccant confitentes & absolutionē irreuerentissime accipiētes antequam  
e suis pectoribus similitatē odiū & vindictæ appetitum eradicent: Quot  
concupinari & alii vitio carnis infecti, & in his etiā sacrifici nonnulli hor  
renda peccāt, dum anteq; concubinas & peccandi occasiones propinquissi  
mas integre relinquunt, vel sine firmo nunq; ad eas redeūdi proposito die  
bus vel hebdomadis singulis confitentur & comunicant vel celebrant ter  
horrende peccātes: Primo quod cōcupinas vel occasiones peccandi non  
dimittant. Secundo, quod absolutionē impudentes accipiant, Tertio, q;  
impudentius comunicant. Quot itē magnatum obsequiis deputatorum  
confitentes peccant, dū sine firmo ac integro proposito nunquā suis heris,  
cum offensa diuina parendi se absolui patiūtur: Et tamen huiusmodi pec  
catorū nec pœnitent eos, imo nec meminerunt.

Sexto sub inferitur, q; quod dolor simul ac pudor est dicere, omnes fere, 37  
qui ad discretionis ætatem, antequam confirmarentur, peruenerunt, peccā  
casse aut peccare mortaliter, dum cōfirmationis sacramentum accipiunt.  
Vix enim quenq; reperias, qui sacramētū illud sacrosanctissimū susce  
pturus suam magis verrat conscientiam, quam si pransurus esset, aut tan  
tum Episcopū alloquuturus. Et tanto meo iudicio grauius in hoc pec  
catur, quanto id sacramētū est maius ac tale, quo sine nullus est perfectus  
CHRISTIANUS. c. i. de cōsecrat. d. 4. f. Quin. & ausim, dicere me nō in  
38 telligere satis, quomodo a peccato excussem Episcopos pueros grādiuscu  
los & alios maiores confirmantes nulla prius, quo per cōtritionē animos  
Deo

Deo parent, monitiōe prēmiffa. præfertim quod in. c. Vt ieiuni. de cōsec. d. c. statutū video monendos esse, qui confirmandi sunt, vt confessionem faciant peccatorum.

36 Septimo inferē, qđ multis lachrymis erat deplorādū. oēs fere, quot quot contrahūt matrimonia cū sanctissimo sacramēto fædissimū letaleq; peccatū contrahere. Si quidem pauci sunt, & collatione aliorum vnus vel duo vel (vt ille ait) nemo, qui ad eam rem, tanq̄ sacramentū, accedat. sed potius, tanquā ad rem quādā voluptuosam & pecuariā. Quod corollariū ante nos Diuus Antoninus et omnes alii posteriores asseruerunt.

Octauo inferitur, vt honestū & sanctum, ita necessarium esse, quod ordine insigniēdi sacro faciunt: nempe, quod animas suas ad eam rē saltem per contritionē peccatorum suorum præparant. Ordo enim vnū e septē noui testamenti sacramentis est gl. putata sing. in. c. Veniens. de transact. Probat late in quarto. sentēt. d. 24. Probat neruose consiliū Coloniēse nuperrimū. fol. 190. §. Cū aut. Quæ me ipsa rō antehac mouit, vt affirmare eum, qui minoribus ordinibus aut certe vno ex illis insigniēdus est, necessario debere suorū peccatorū contritionē præmittere. Quoniā frequētior docentiū opinio est proprie quēlibet minorē ordinē sacramentum esse: quanquā postea, quia magnæ apud me autoritatis viros cōtra sentire vidi & conciliū Coloniense id indefinitū reliquit. fol. 198. pag. 2. prope finem, paulū in eo asserendo cessauit. Nunc tamen id ipsum assero. Quia primo donec aliud ecclia iudicet i ea sum opinioe, vt putē illos a CHRISTO Seruatore institutos: atq; ideo sacramentū esse. quanquā circa illorū ministrū video quædā specialia. Secundo quod nemo, qui contrariū tenuerit, negare potest hanc rem nō esse dubiā, donec aliud ecclesia determinet. Ergo, qui eis insigniēdū se in peccato mortali exhibet, piculo se subiicit in statu dānato suscipiendi: cui consequēs est ipsum letaliter peccaturum. Quia, qui periculū amat peribit in illo. Ecclesiast. c. 3. c. Ad audientiā. de homicid. Quod late tradam in. c. Si quis autē. infra. d. 7. Non sum tamen nescius respōderi mihi posse cessare hoc argumentū in eo, qui contrariā partē bona fide crederet esse verā iuxta glo. sing. c. Capellanus de fer. & alia multa que in illo. c. Si quis autē. citabuntur. Quod tamē prædixi, vt tutius, amplector.

41 Nono inferitur non esse præceptū vllum, quo sub damnatione perpetua teneamur prius confessi alia sacramēta suscipere, præterq̄ eucharistiæ ac pœnitentiæ. Nulla enim lege naturaliter vel superne a Deo data id vsq; reperitur præceptū. Nulla item humana lege id iuberi comperias.

Contra quæ tamen facit primo. c. Vt ieiuni de consecr. d. c. quod habet confirmationis sacramento insigniēdos ad confessionem esse monēdos. Secundo facit quod Palud. in Quarto. d. 7. q. 2. col. 2. dixit ad sacramētum confir-

confirmationis, ordinis & extremæ vnctionis suscipiendū necessariā esse peccatorū confessionē actualem Tertio Thomas quolib. 1. art. 11. ait ate ordinem sacrum suscipiendū præmittendā esse confessionē. Quod & canō 26. consilii Coloniēsis nuperrimi attestatur: & multorū habet cōsuetudo.

Ad horū primū respondeo. Verbum monitio iuris peritis consiliū & exhortationē significare, non præceptum. gl. fin. in. c. Cum nr̄ is. de cōcess. præbend. quæ asserit etiā illa verba moneas & inducas non inducere compulsionē. Quod regulariter esse verū late firmat per plurima iura Feli. in c. 2. de spotal. col. c. Fortiori ergo ratione nō inducit verbū moneas. Facit quod illud etiā, quod de confirmatione a ieiunis suscipienda paulo ante id cap. habet, cōsiliū est. secundum Syluest. verb. Confirmatio. q. c. Quod tamen in presentia neq; probo neq; reprobo: sed ad ea, quæ ibi latius sano proxime sequenti dicam, me remitto. Quoniā Cardi. ibi & Palud. ac alii alibi contra sentiunt. Quare prior respōtio multo est literæ germanior & iuri consonantior.

Ad secundū respōdeo illud Paludani soli. c. Vt ieiuni præallegato inniti: & ideo ita illi ac capitul. in quo se fundat respondendum.

Ad tertiū respōdeo primū sanctū quidem esse illud Thomæ: nequis ab Episcopis ordine insigneret, nisi pri⁹ cōfessus, idq; noue statutū fuisse in prædicto concilio Coloniēsi: tamen nullo iure Romano comuni hactenus esse cautū, nisi quando in ordinis sacri assumptione fuerit comunicandum, quod de more fit in presbyterio.

Ex vltima parte. gl. colligitur dilationem confessionis vltra debitum tempus peccatū quidem esse vnū, sed non plura: & quo diuturnius, eo grauius esse, at non multiplicius, quod declarabimus super capit. quod sequitur primum.


C. 1.  
PRINCIPIVM.



Consideret qualitatem criminis in loco: in tempore: in perseverantia: in varietate personae & qualitate peccati: in repetitione & in ipsius vitij multiplici executione. Oportet enim poenitere fornicantem secundum excellentiam sui status: aut officij: aut secundum modum meretricis. Et in modo sui operis: et qualiter suam turpitudinem peregerit: si in loco sacro: aut cui debuit excellentiam fidei: vt sunt domus dominorum aut aliorum multorum. Si tempore orationi constituto: vt festiuitates sanctorum & tempora ieiunij.

Consi-

Consideret quantum perseverauerit: et defleat quod perseveranter peccauit. et quanta virtus fuerit in pugnatione. Sunt qui non iam vincuntur: sed ultro se peccato offerunt. Nec expectant tentationem: sed praue nit voluptatem: et pertractant secum, quam multiplici actione vitii delectabiliter peccauerint. Omnis ista varietas confitenda est et deflenda: ut cum agnouerit: quod peccatum est multum cito inueniat Deum propitium. id est cognoscendo augmentum peccati inueniat se cuius aetatis fuerit: cuius sapientiae et ordinis. et statum omnem alterius non peccatis. Immoretur in istis singulis et sentiat modum criminis parzans lachrymis omnem qualitatem vitii.

 SUMMARIA.

- 1 Circumstantia quid.
- 2 Peccata multa ob circumstantiam solam.
- 3 Circumstantiam quaeque substantiale actui esse in quantum ille peccatum est.
- 4 Circumstantiae septem & quare tot.
- 5 Circumstantiam non esse numerum peccatorum.
- 6, & 13. Circumstantiam, quae grauat & non mutat speciem peccati, non necessario confitendam. neque grauare infinitum. n. 7. & quae dicitur grauare infinitum. n. 9. & quae mutat speciem. n. 14. & 52.
- 8 Poena inferni infinita extensione non intensione.
- 10 Circumstantiarum anxietas nimia confessioni forte nocuit.
- 11 Circumstantias quocumque modo grauantes confitendas doctum quidem facile, sed factum difficile.
- 12 Peccata in hac vita nec exacte nec propter se puniri in foro exteriori & minus in interiori. 17.
- 15 Circumstantia loci sola sanguinis & seminis effusionem malam frequenter efficit.
- 16 Peccati speciem confitendam, quando ut plurimum est nota. n. 18.
- 19 Circumstantiam loci sacri confitendam, quando lege speciali prohibetur malum, quod in eo fit. n. 20. & ideo raro. n. 21.
- 22 Circumstantiam temporis confiteri utile, sed non necessarium, nisi duobus casibus. n. 33. & 39. & 40.
- 23 Opus omne seruile manuale est: & mechanicum: & ideo mentis solius opus nullum vere seruile. n. 24. neque peccator vere seruus. n. 25. sed solum metaphoricis, sicut omnis, qui se recte regit est rex. n. 27.

- 28 Praecepti finis non praecipit, nisi in praecipitis super charitate latis. n. 29.
- 30 Praeceptum de colendo die Dominico laxius CHRISTIANO, quam Iudaeo de colendo Sabbato.
- 31 Festis diebus contritionem non habendam necessario.
- 32 Franciscusa Victoria cum aliis duobus sui ordinis laudatur.
- 34 Praeceptum de colendo die Dominico mystice generale, ad literam speciale, mystice quietem a peccatis, ad literam ab opere seruili iubet.
- 35 Peccatum mortale rerum dominia non tollit.
- 36 Praecepti festorum fini magis contrarium mortale peccatum, quam aliud opus seruile, non tamen ipsum praepcepto.
- 37 Festo cur peius seditiosum agere, quam texere vel arare.
- 38 Peccat minime faciens tutum, quod credit esse tutum, tutiore relicto.
- 41 Circumstantiam numeri potius peccati multiplicatio est, quam circumstantia, & ideo confitenda & quomodo. 42.
- 43 Frequenter fit, quod bis fit.
- 44 Usuram, qui decies voluit sibi solui, decem peccata confiteatur, & si semel tantum pecuniam dedit.
- 45 Circumstantia numeri a meretrice & ab eo, qui iam pridem non recitat preces horarias, quomodo confitenda.
- 46 Peccatorum numerum augeri voluntate interiori tantum multiplicata nisi quando exterius opus non interrumpitur. n. 48.
- 47 Peccati numerus augetur a fure furtum pluries correctante, quoad forum interius non quo ad exterius.
- 49 Circumstantia personae auget peccatum, sed non est confitenda necessario, nisi quando cum voto vel statu peccantis directo pugnat. n. 50.
- 51 Circumstantia conscientiae necessario confitenda secundum Adrianum, sed temperatur. n. 64.
- 53 Conscientiam etiam erroneam ligare.
- 54 Circumstantia dubietatis animi confitenda secundum Adrianum, sed temperatur. n. 64.
- 55 Peccat mortaliter, qui quod dubitat esse mortale, facit.
- 56 Peccant bis multi, dum se putant tantum semel peccare.
- 57 Peccat omnis aut scit aut praesumitur scire se peccare, dum peccat.
- 58 Circumstantiae manifestatio implicita sufficit.
- 59 Qualitas, quae iure comuni inest, non exprimenda.
- 60 Circumstantia nota confessario non confitenda, quamuis peccatum sit etiam notorium. n. 61.
- 62 Confiteri homicidium non expressa occidendi voluntate satis.
- 63 Gratia, in qua monachus genere nobilis se monachum & nobile exprimit ob hoc non inualida.

- 64 Circumstantiã conscientie cõtrariam fers semper implicite cū peccato aperiri: nisi erronea sit conscientia. n. 65. & idem de circumstantia dubietatis animi. n. 66.
- 67 Circumstantia specialissima non semper exprimenda.
- 68 Circumstantia conscientie vel dubietatis disiunctim expressa sufficit.
- 69 Circumstantiã minuentē tacere non esse mendacium, sicuti neq; tacere, quæ expressa iuuisent, gratie officiūt.
- 72 Circumstantia scientie grauat, ignorantie vero minuit: sed neutra speciem mutat. quamuis altera frequēter excuset & ideo vnus speciei peccata esse quæ scientes & ignorantes peccant. n. 73.
- 74 Lex generalis non addit maliciam peccato speciali lege prohibita: & ideo nec lex de conscientie non contraueniendo. n. 75.
- 76 Speciei derogat indiuiduum.
- 77 Conscientie contraueniens legi diuinæ naturali cõtrauenit, licet nõ ita legi superiori repugnās. n. 78.
- 79 Consuetudo legi consona nil obligationis nouæ illi adiicit.
- 80 Circumstantia modi auget peccatū, sed raro mutat speciem. & ideo raro confitenda. n. 81. & quomodo id faciendum. n. 82.
- 83 Circumstantiam concubitus vxorii tangentiã duo singularia.
- 85 Peccandi causa minor maius efficit peccatū: & ideo carnis peccata minoris culpæ sunt, licet maioris infamie. n. 86. Et minus qui cū formosa, quam qui cū deformi. n. 88.
- 87 Ignorantia probabilis excusat: non probabilis minuit, auget affectata.
- 89 Peccat magis cæteris paribus maritus adulterās, quam vxor, licet ea non accuset virum adulterii criminaliter. n. 90.
- 91 Circumstantia tentationis non confitenda, nisi quæ de fine malo manat, talis aut frequēter. n. 92. licet frequētissime omittat vulgo. n. 93.
- 94 Medendæ animæ cura parua: corporis vero curandi magna.
- 95 Lex minor maiori concurrenti secum cedit.
- 96 Circumstantia, per quam reuelatur tertia persona secundum omnes quando confitenda & quando non secundum veriorē opinionem contra comunē. n. 104.
- 97 Confiteri habitu & voce simulatis licet: nã sufficit confessario ex relatione pœnitentis scire illum sibi subesse. n. 98.
- 99 Præceptum de non ladendo alium potentius præcepto de confitendo circumstantiam.
- 100 Circumstantia, per quam apertam fieret periculum alicui non confitenda: neq; illa, per quam reuelaretur tertia persona illi, qui nõ creditur profuturus. n. 101. & 104.
- 102 Confessarii facultatem non habet, qui sine periculo confiteri nequit & ideo

- & ideo confessione non facta comunicat. n. 103.
- 104 Circumstantiam per obliuionem omittam sine peccato, quod antea iam confessus es, fateri licet.
- 105 Gratia reformatoria valet tacitis, quæ oportuit exprimi, si ea in reformatã expressa fuerunt, etiam si corã alio Rom. Põtif. reformatio facta fuerit. n. 106.
- 107 Confitens actū suo genere bonū in genere & circumstantiã, quæ malum illum reddit, in specie satisficit.
- 108 Confiteri quis vno verbo centū peccata potest & altero centū alterã & circumstantias eorum eiusdem speciei alio vnico verbo eidem confessario. n. 109. imo & alteri. 110.
- 111 Circumstantiarum per obliuionem omittarū facile & necessariū confitendi remedium.
- 112 Circumstantie sacrilegii omnes in specie specialissima non videntur necessario confitendæ præsertim, quando vt plurimū nõ sunt notæ & parū referat: an huius sint, an illius generis. n. 113.
- 114 Luxuria plures, quã sex, species vulgatæ. & illarum specialiores inueniuntur species.
- 115 Circumstantiam scandali omittam confitendi remedium.
- 116 Circumstantia scandali saltem formalis cõfitenda expresso peccato, in quod alium inducere intendebat.
- 117 Actus ab objecto & etiam a fine sortitur specie in genere morum.
- 118 Circumstantia deformitatis mulieris non necessario confitenda, licet culpam augeat.
- 119 Fornicationē simplicem non esse mortiferum dicere hæreticū. nam contra ius est nature.
- 120 Copulã, tam ordinariã, q̄ extraordinariã coniugū & aliorū longe differre. n. 4.
- 121 Fornicationē ob continuatã etiam hodie deponi clericum.
- 122 Peccandi voluntas vnus horæ vel diei maior, quam horæ vel diei dimidiati.
- 123 Peccatum dum continuatur non idem, quod peccatū pridem factum & hoc leuius illud grauius.
- 124 Intellectus. l. Si diutino. ff. de pœnis.
- 125 Homicidium pridem factum non esse morte dignum.
- 126 Peccata antiqua ob antiquitatem aliquando impunia, quod non procedit in foro conscientie. n. 127. neq; exteriori spirituali. n. 128.



Ap hoc, Consideret diues est & diuiditur in nouem partes. Prima circumstantias peccatorū & dolēdas & cōfiteēdas determinat. Secūda ibi: Defleat virtutē. de virtute, quā quærere potuimus, non parta dolendū continet. Tertia ibi: Defleat etiam. declarat illud. iacobi. Offendēs in vno factus est omniū reus. Quarta ibi: Animaduertere. subdit dolēdum de scandalo alijs præstito. Quinta ibi: In his vero, cōsultit, quid pœnitenti cōuenit fugere. Sexta ibi: Ponat se subiicit nos debere arbitrio cōfessarii stare, quoad satisfactiōē. Septima ibi: Cautus: confessiōē integrā esse oportere ponit. Octaua ibi: Paueat monet comunicaturum. Nona ibi: Tanto: pœnitentem a vomitu iterum deuorando dehortatur.

EX principio colligo primo multas esse peccatorum circumstantias. quod ipsum probat. c. Aut facta. supra. d. 1. & 1. Aut facta. ff. de pœnis. & c. Sicut dignū. de homicid. Tradidit Tho. in Quarto dist. 16. vbi etiā alii Diu<sup>9</sup> Anto. tertia parte titu. 17. c. 17. §. 4. et alii alibi, & Iohānes Gerlon. 2. part. fol. 170. Neq; solum peccatorum sunt circumstantia, sed etiam omniū aliorum actorum hominū: vt Arist. in tert. Ethic. & Tho. prima Secūda q. 7. tractant.

Dicam ergo breuiter: quid circumstantia sit & quotuplex & qualis sit illa, quā consistere tenemur. Et quidem circumstantia actus in genere diffiniri potest esse accidens actus humani secundum Thomā in illa. q. 7. art. 1. Et per consequens circumstantia peccati accidens quoddā ipsius erit peccati. Quæ vera esse cōstat ex eo, quod quæ circumstant aliquid, licet ipsum attingant, tamen nō sunt de ipsius substantia & essentia, vt ad sent. am patet. Cum ergo circumstantia ideo sic appelletur, quod peccatū vel alium actū circumstet: consequitur ipsam non esse substantialem vel essentialē actui humano, neq; per consequentiōem illi actui, qui peccatū est. Quod enim rei constituendæ seu substantiandæ, vt ita dicam, non est necessariū, sed etiam constitutæ ac perfectæ siue substantiatæ aduenit accidens est vt Bald. cuius verbis vtor, ait in l. in vendentis. q. 4. C. de contrah. empt. quod potuit ille desumere ab Aristotele vel Porphyrio.

Contra quod tamen pōssit opponi, quod multa quidem sunt peccata, quæ suo quidem genere vel bona sunt vel certe non mala, imo ad bonū & ad malum indifferentia: Sed ex sola circumstantia sunt mala & peccata. c. Venerabilibus. §. fin. de sent. excōi. lib. 6. Qualis est elemosyna propter vanā gloriā data, qualis est duplicatus, sed alioqui moderatus, die ieiunij esus. In priore quidem exemplo circumstantia finis efficit illam elemosynam esse peccatum, qua sublata non esset: & in posteriore circumstantia temporis efficit illum esum esse malum, qua sublata potius esset virtus. Facit quod Arist. 3. Ethic. c. 1. ait studiosum quidē operari, quod oportet, & secū

& secundum alias circumstantias. Ergo vitiosus operatur secundū quod nō oportet & quando nō oportet, & secundū alias circumstantias. et per consequentiā aliquid est malum ob malā tantum circumstantiā. Cui consequens est illam esse de illius peccati substantia.

Ad hoc respondeo circumstantias quidem dici accidentia peccati, in quantum peccatum est quædam actio & quoddam ens naturale simpliciter consideratū: quamuis, qua parte actio illa peccatū est, frequenter contingat aliquā circumstantiā esse de illius peccati essentia in hunc sensum: q; actio illa non esset peccatum, nisi adesset illi ea circumstantia. quod Alexandro A lensi in 4. parte. q. 77. art. 2. col. 2. placuit.

Diuiditur autem primo circumstantia in septem species. quæ illo versiculo antiquo a Paludano relato concludit. Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando. Dicitur per quos loco, quibus auxiliis, quod ponit Thomas in prædicta. q. 7. art. 3. Qui non addit illā particulā, quoties ea ratione, q; numerus peccatorū neq; ab Aristotele neq; a Thoma pro circumstantia ponitur. Et merito: quoniā circumstantia circa eundem actū sunt, vt docet Thomas in dicta. q. 7. ar. 1. Numerus autē operationū nō circumstat vnā & eandē operationē. Non enim secundū furtum est circumstantia primi, aut econtrario, neq; tertium secūdi. Ex quo sequitur, quod mox dicam, non minus quæ teneri ad confitendū secundū, q; primū, neq; minus centesimū, quam secundū. Harū circumstantiarū tres tangunt actum veluti metientes ipsum, tempus, locus, & modus. Vna tangit actum ex parte effectus. s. quid. Tres ex parte causæ vna. s. ex parte agentis principalis, q; signat illa dictio, quis. Altera quæ se tenet ex parte causæ instrumentalis, quæ signat illa dictio: per quos vel quibus auxiliis. Tertia, quæ tangit finalem causam, quæ designat illa dictio: cur. Et ita illa dictio: quoties, quæ a Paludano & a Diuo Antonino in locis prædictis ponitur, potius explēdi carminis causa posita est. q; ob aliā necessitatē, nisi dicamus ideo positam: vt memineribus numerū peccatorum eiusdem speciei aperiendum esse confessario, quamuis non sit circumstantia. Vnde aptior in se videtur versiculus ille Thomæ. Quis, quid, vbi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. quoad circumstantias actorum sciendas. Sed quoad confessionem faciendam vtilior alter versiculus propter illa, quæ de numero confitendo monere videtur.

Rursus diuiditur circumstantia in quinque membra: Quædam enim neq; grauatur culpam neq; leuatur, qualis est dextera manu vel sinistra furari. Alia leuatur, qualis est finis bonus vel ignoratiā. c. Sicut dignū. de homicid. Alia vero grauatur culpam, sed non mutat in aliam speciē, qualis est magnitudo rei furto sublata. c. fin. 14. q. 6. Alia vero mutat, sed non in infinitum, qualis festinatio superaddita esui non oportuno, quæ alia gula species est.



c. Quinq; de consecr. d. 5. Alia vero grauat & mutat in aliam speciem, & in infinitum: qualis est anticipatio notabilis horæ in die ieiunii addita esui præproporo secundum Paludanū in Quarto. d. 16. q. 3. cōiter receptū. De cuius dicti veritate dicā p̄ximo āno hac eadē extraordinaria prælectione in. c. Solent. de cōsecra. d. 1. Sed cōmuni opinione retenta merito dicatur mutare in aliā speciē & infinitum grauare. quia efficit ex vna specie gulæ veniali aliam mortālē.

**QVAE HARVM CONFITENDAE.**

Et primi quidem generis circumstantias non tenemur confessario aperire neq; præcepto, neq; consilio, imo melius est eas tacere. Secundas possumus aperire, sed non tenemur: imo perfectionis fuerit non aperire. Locus enim ille accusationi & non exculpationi est deputatus. c. Omnis. de pœnit. & remiss. At circumstantiæ secundæ pœnitentem excusant. ergo apti⁹ tacētur, quā dicuntur. Omnia enim suis locis & temporibus cōuenire debent. c. Si ecclesia. 23. q. 4. facit. c. In primis. 2. q. 1. & c. 3. 28. distinct. Quod tñ intellige verum, nisi timeretur scandalū in audiente: vt si quis confiteretur se carnes in Quadragesima comedisse, & non aperiret se id ob agrotationē fecisse: vel fateretur se polluisse aut a fidei articulo aliquo se dissensisse, & non aperiret ea dormiētē in somniis potius passum fuisse, q̄ fecisse. Tertiū vero generis circumstantias, quæ videlicet augent culpā, licet in aliā speciem nō transferant, confitendas esse tenent multi, quorum de numero sunt etiam nouissimi Parisienses in Quarto. d. 17. q. 3. sub finem. Pro quib⁹ est primo hic text. his verbis: Omnis hæc varietas cōfitenda est. Innuat enī omnes circumstantias in ipso contentas confitendas esse. Et constat multas illarum esse huiusmodi: puta, quæ tangitur in verbo tentatione, in verbo status & officii & alias similes. Secundo facit, quia secundū mensurā delicti debet esse plagarū mod⁹ Deutero. 25. & c. Nō afferamus. 24. q. 1. Ergo grauitas peccati detegenda est confessariis. Ergo & huius generis circumstantiæ, quæ culpā efficiunt grauiorem. Tertio facit, quod alicubi excōmunicatio maior incurritur pro magno furto, & nō pro paruo. At necessariū est confessario scire, an cōfitens sit excōmunicatus arg. c. Excōmunicat⁹. c. Rogo. 11. q. 3. Ergo necessariū erit scire an furtū fuerit magnū an paruum.

6 Contrariā f̄ tamen opinionē arbitror veriorē. Moueor primo, q̄ in illā est gl. nostri, cap. in verbo. oportet & Thomas in Quarto. d. 16. q. 3. artic. 2. q. 5. & d. 32. artic. 5. q. 2. & d. 41. q. 1. artic. 4. q. 1. argu. fin. Quem bona doctorū pars probat, in quibus est Paludanus in illa d. 16. q. 3. artic. 3. et etiam Gabriel. q. 1. col. 9. Vbi etiam Iacobus Almayn col. 24. idē asserit. Et Diuus Antoninus Tertia parte titulo. 17. c. 17. §. 5. Et Adrianus in Quarto de cōfessione. q. 3. col. 4. vers. Venio nūc, & Thomas a Vio id ipsum dicit & præsu-

præsupponit in prima Secūdx. q. 18. art. 1. & in paruis opusculis quolibet; 10. fol. 55. et in summa verbo dies festos. Et Prieras, cū in multis suæ summe locis, tū in Rosa aurea casu. 63. pro quibus facit primo, q̄ illa circumstantia tantum est necessario confitenda, quæ in infinitū grauat, alioqui quælibet circumstantia venialis esset confitenda: qd̄ tamen omnes negant. At f̄ circumstantia, quæ non mutat in aliā speciē peccati, nō grauat infinite culpā. Quod patet. Nā solū grauat intentione, qua. s. dolor pœnæ fit maior. At nunquā infinite intēdetur. Quia nunq̄ ille dolor erit infinitus. Quo argumento Paludanus & Antoninus nitūtur Quibus tamen respōderi posset, negando primo, quod assumunt. s. nullā circumstantiā, quæ non grauat infinite esse confitendam. Et aliā quidē rationē esse de circumstantia veniali aliam de circumstantia mortali. Secundo negari posset huius tertii generis circumstantias non grauare in infinitū. Quoniam magnitudo rei direptæ dici posset grauare in infinitū, non quidē quoad intētionē neq; quoad extētionē. f̄ quia, cum omni peccato mortali pœna debeatur infinita extēsiue 8 1. quoad durationē & finita intensiue, quoad doloris magnitudinē: nulla circumstantia etiam in aliam speciem mortālē trahens potest augere culpā in infinitū ad sensum prædictum. Nā, quæcunq; illa fuerit, pœnam extēdere, quoad durationē, non potest neq; intendere, quoad dolorē, infinite. Quia propter nullā peccatorū multitudinem neq; magnitudinē cuiuspiam incutietur dolor infinite intensus secūdū omnes, At solum efficere potest vt tempore infinito pro illa castigetur. Et in hoc sensu quælibet circumstantia grauiorē culpā efficiens potest dici in infinitum grauare. quia tempore infinito pro ea punietur dānatus secundū omnes. Ergo, cum vel nulla circumstantia debeat dici grauare immense, vel quælibet debeat eiusmodi appellari: consequens videtur vel nullas vel omnes grauantes cōfitendas. Argumentū tamen Paludani corroborari potest & hæc solutio dilui ea cōsideratione, q̄ dicere possumus f̄ ideo aliquam circumstantiam appellari 9 in infinitum grauantem, quod ipsius sola deformitas ad infligendā pœnam infinitæ durationis sufficeret, etiam si aliunde peccato illi non deberetur infinitæ durationis punitio. de quo paulo post dicemus.

Secundo moueor ad hanc comunem opinionem tuendam argumento ab absurdo, quod validum est iuris peritis. c. Dudum de præbend. lib. 6. l. Nam quod absurdum, ff. de oper. libert. At, si contraria opinio esset vera, sequeretur quod vix vlluseorum, qui semel tantum in anno confitentur & multa peccata mortalia cōmittunt, daretur, qui sua peccata foret legitime confessus. Quis enim (te rogo) tam sollicitus est, vt non solum peccata ipsa operis & oris & cordis ad memoriam reuocet & numerū illorum meminerit: Sed etiam quantam in quocunq; malo proposito moram traxerit, quantam in dicendo, quantam in faciendo: Quoties c̄ ii potuit

potuit illā voluntatē abigere & non abegit, quanta cum aduertētia, quāto iudicio & animi vigilantia. Quis deniq; locū sacrū, publicū, tempus orationis, ieiuniorum, tentationis in vnoquoq; magnitudinē vel exiguitatē satis vnquā expressit, qui multis letalibus infectus fuerit. Tertio moueor q; hęc nimia circumstantiarū anxietas & hęc conscientiaē tortura in causa forte fuerūt, quod multi abiecerint hęc, de qua loquimur, Sacramētalem confessionē rem piissimā & diuinū inuētum.

Quarto moueor, q; hęc opinio altera molestā videtur & dānosam occupationē inducere CHRISTIANIS. Cuius rei testimoniū ferūt, qui ea sunt vsi in cōfessionibus generalibus multorū annorū reiterādis, quo Iobis lais aptiores fierent. Quorū de numero & nos aliquādo fuim⁹. Molestissimā enim esse illā & scrupulis plenissimā & viā, qua nunq; tibi videre satis confessus, noto est notius. Eam vero inutile esse patet ex eo, q; paulo plus tuus status a cōfessario cognoscitur per illā nimīū anxīā narrationē, q; per aliam bona fide pectore simplici factā. Quod autē dānosa sit eiusmodi occupatio illinc constat: quia quod illi opera tribuis, illud amādo Deo & dulciter ei fruēdo dare potuisses. Postremo adducor, q; vix vllus, qui ea vti opinionē, quieta mente & amore Dei ornata ad sacrosanctā comunione accedit. In gēti enī scrupulorū turba a trāquillitate deturbatus totus est in timēdo, nequa circūstantia exciderit. Quod frequenter expertus attestor. Quae fufius scribere nō sum grauatus: nequis tā facile arbitretur facere, sicut est dicere, oēs circūstantias quolibet culpā maiore efficiētes esse cōfiteādas.

Non obstant, quae pro contraria parte fuere allegata. Non primū, s. hoc cap. quia, vt a docentibus declaratur in illa. d. 16. multa cōsultiuē ponit nō praeceptiuē. Nō obstat secūdū: quia nego in hoc secreto cōscientiaē iudicio parem oīno poenā pro delicti satisfactiōne ponendā. Quia imo, vt postea dicemus, poenitēs, si noluerit assumere poenitētiā a cōfessario taxatā, non tenet. Imo q; neq; in iudicio penitus exteriori huius seculi culpas exacte ac ppter se castigādas late ostēdit Thomas a Vio, 2. tomo. de cōfessio. q. 3.

Nō obstat tertiū: quia eo casu non ideo est pandenda circūstantia, quia culpā augeat, sed q; causa est, quare excōmunicatio incurta sit. cuius absolutiōne praexigit pctōrū dissolutio argumēto p locū afortiori. c. Duob⁹. de sēt exc. & c. Si celebrat. de cleri. exc. minist. Hęc de tertio circūstantiaē gñe.

Hęc tamen conclusio limari posse videtur, Marsilio in quarto lib. sententiarū. q. 12. art. 1. col. iii. ne procedat in circumstantiis, quae non solum grauius simpliciter reddunt peccatū, sed quadā notabili ac omnib⁹ euidenti grauitate longe deformius efficiunt. Cuius rei pono aliquot exempla, quibus probetur simul & declaratur vtiliter hęc limitatio quotidiana. Quorum primum est in eo, qui cū matre coiuit & ita incestum admisit. quia consanguineam cognouit. c. Lex illa. 36. q. 1. gl. in authent. de incestis nupt.

nupt. in princip. & Pan. in. c. 1. & 2. de eo, qui cognouit cōsang. vxoris suae. Sed quia is incestus longe ac omnibus euidenti grauitate deformior est, quam alii multi, eam circumstantiam confitebitur. Quāq; in hoc exemplo dici potest huiusmodi circumstantiā speciem ab aliis incestibus efficere differentem, & quod alia species est incestus, quae in linea cōmittitur ascendentiū & descendentiū: alia, quae in linea collateralis. Facit, quod alia est cognatio spiritualis, quae paternitas dicitur, alia, quae compaternitas, & alia, quae fraternitas secundum Thomā in Quarto dist. 42. comuniter receptū. Vbi pulchre Palud. q. 1. artic. 1. conclus. 4. 5. & 6.

Sed replicari etiam potest cum, qui cognouit matrem, non videri satisfacere, si dixerit se cognouisse vnam ex ascendētibus: neq; qui cognouit filiam, se cognouisse vnam ex descendētibus: neq; qui neptem ex fratre cognouit, si dixerit se cognouisse vnam ex collateralibus. Et tamen videtur peccatum in specie vltima confiteri.

Sed etiam hęc replica tolli potest, si dixerimus non solum cum consanguinitatis vel affinitatis linea mutari speciem incestus, sed etiā cū gradu.

Secundum exemplū poni potest de illo, qui odium forte proximi totū annum vel mensem continuauit. Nō enim sufficere videtur huic fateri: odio habui proximū. nisi & tēpustā longū, quo illud habuit declarat.

Sed & in hoc exemplo dici potest per huiusmodi continuationem numerum creuisse peccatorum. Et, quia numerus est confitendus, vt postea dicam, hanc continuationem confitendam quidem esse nō, prout est circumstantia quaedam aggrauans peccatum, sed prout est manifestatiua numeri peccatorum. Quāq; & replicari potest de illo, qui totū annum impendit opera, qua proximū occideret alio tempore alio iens cum interruptione quidem operis interioris, non tamen exterioris. quod in multis quoq; aliis peccatis contingere potest. Nam is, vt postea dicemus, solum vnum admittit peccatum. Et tamen quis dicere audeat cum satisfacere, si dixerit: proximū occidere volui?

Tertiū exemplū poni potest de illo, qui mille ducatos vel aliud quid magnū furto surripuit. Non enim videtur satisfacere dicēdo se tantā quantitatem furatum esse, vt ad constituendum mortale sufficiat. Et quanquā hoc exemplū euitari posset, admittendū tamen videtur primo, quod fere nullus est, qui quantitatem verosimilem rei furto vel violenter subtractae non fateatur. Secundo, q; quaedam occasio daretur mentiendi ei, qui furatus est, si liceret quantitatem tacere. Nam si (quod fere semper fit) interrogaretur a confessario quantitatem, occasione haberet veritatem negandi, cū id fateri nō teneatur. At nulli est eiusmodi occasio danda. c. fin. de iniur. l. Qui occidit, ff. ad. l. Aquil. Et quis hęc quoq; ratio facile vitari posset, tamen placet exemplū ea ratione potissimū, q; semper & ab omnibus ita

fieri arbitror & vt ita fiat, omnes persuadere debemus, praesertim, quia hoc facile factum est & omnibus notum simul & certum eiusmodi furtum per magnitudinem illam egregia gravitate deformari.

Quartum exemplum dari potest in eo, qui vna mala voluntate mille homines occidere voluisset. Non enim videtur satis is facturus, si fateatur se voluisse occidere hominem vel etiam homines. Neque hoc exemplum tolli potest, si dicatur eiusmodi voluntatem & si, quoad suam essentiam vnum sit peccatum, effectu tamen tam metis, quam morum genere multiplex esse, imo mille peccata. Sicut & tot sunt effectu stipulationes, quot sunt res, quas stipulamur, etiam si eas omnes vno verborum contextu petamus & promittantur. l. Scire debemus. ff. de verb. obligat. Non (inquam) ita tolli potest hoc exemplum, quia id verum est, quando res exprimitur, non quando sub nomine vno petuntur & promittuntur omnes. l. Quod dicitur cum gl. & comuni. ff. de verb. Quin & Archidiaconus communiter receptus in c. Inter caetera. 22. q. 4. tenuit vnum esse iuramentum, licet plura iurentur, etiam si speciatim illa exprimentur.

Quintum exemplum dari potest in eo, qui ferro tricipiti alium percuteret triaque illi vulnera graua infligeret. de quo sententia comunis, vt Alexander in illa. l. Scire testatur, habet vnam quidem eo casu esse percussorem, sed multa vulnera. Quis enim ausit dicere eiusmodi percussorem non teneri ad dicendum ea se percussione tria aequae graua vulnera inflixisse?

Posunt & alia multa id genus exempla tradi: quale est illud, super quo antehac fui rogatus de illo, qui totam fere noctem foede ac turpiter cum foemina concubuit, & se mille modis foedauit, copulam tamen carnis cum ea semel habuit confessusque fuit se cum quadam foemina semel coisse. respondi certe non videri mihi latifecisse. Tunc autem non tantum in peccati magnitudine, quantum in numero meum fundabam responsum. At quia potuit esse vnum tantum peccatum, per hanc limitationem videri possum vere respondisse etiam sola magnitudine attendita.

Pro limitatione & exemplis praedictis facit, quod vbi eadem ratio iuris inuenitur, idem quoque ius statuendum est. l. Illud. ad. l. Aquil. c. Dudum. 2. de electio. At eadem ratio confitendi videtur inueniri in circumstantia, qua tam insigniter & notabiliter augetur peccatum, sicut in ea, qua de vna specie in aliam peccatum transferitur. Nam ratio, quare circumstantia mutat speciem peccati confitenda est, non nascitur ex illa Metaphysica consideratione, qua in genere morum alius videtur actus: sed quia noua malitia inuenitur, cum qua praecedens coniuncta multo & insigniter est maior. Quae ratio sibi locum vendicare videtur in ea, de qua loquimur, circumstantia.

Ex quibus infertur intentionem siue intensiorem & feruorem illum voluntatis peccandi non esse confitendum, quippe qui difficile comprehenditur

vel

vel certe non facile neque cuiilibet est nota neque tam insigniter, vt praedictum est, peccatum augere videtur. Quamquam negari non potest fieri posse, vt tanta cum intentione aliquis vellet furari vnum ducatum, quo tantum peccaret, quantum alius, qui remissus vellet furari mille.

Neque negari potest gravitatem huiusmodi aliquibus eruditis ad eam & plus notam esse, quam quantitatis magnae vel alius circumstantiae aliter & insigniter grauantis est aliis rudioribus. At durum videtur vtilos homines ad intensiorem voluntatis malae vilo casu confitendam obligare. Quamuis arbitrer eum, qui hanc limitationem tenuerit, teneri quoque ad concedendum id frequenter faciendum esse praesertim docto & acuto.

Secundo sequitur eum, qui hanc limitationem asseruerit, oportere fateri non posse dari regulam, qua dinoscatur, quanta grauitas sufficiat & requiratur, vt circumstantia grauias & non mutans confitenda sit. Quoties enim aliquid faciendum esse statuitur nec determinat quantitas, boni viri arbitratu determinandum est gl. l. i. ff. de iure de lib. & c. De causis de off. delegat.

Ex quo infertur vniqueque oportere suorum actorum in hoc iudicem esse. Quod consequitur occasio plurimorum scrupulorum in bonis metibus oriturorum, quibus tranquillitas animi tota pereat. Quandoquidem vix etiam doctissimus in particulari determinet, quae grauitas fuerit necessario confitenda & quae non.

Quod si mihi non credas, exemplis agamus: ponas mortaliter peccare, qui centum furatur, qui duos centum furabitur, licet grauius peccet, tamen certum est apud hanc limitationem tenentes non teneri ad illam circumstantiam confitendam. Imo, vt aliquos audio dicere, neque qui centum furatus fuerit, qui autem centum aureos tenebitur. Dicat hic, qui potest rationem efficacem, qua tam diuerse in his iudicat.

Pone item voluisse aliquem alium occidere hominem subitanea quadam voluntate, sed deliberata, is mortaliter peccat, si continuauit paulum illam, certum est apud hos nondum teneri ad illam extensionem confitendam, sed neque, si continet vnam horam vel duas vel tres, licet grauius peccet. Si tamen octo dies vel mensem continet, tenebitur. Quis (te rogo) audeat determinare temporis illam quantitatem, postquam tenetur et citra quam non tenetur? Iam qui peccauit loco sacro grauius peccat, quam qui in profano. At vt supra in annotatione probabamus, non tenetur necessario confiteri quis circumstantiam loci, nisi quando contra libertatem vel sanctitatem loci peccatur. At qui sacratiore loco peccat, grauius delinquit & qui sacratissimo in loco, grauius. Quis (te rogo) audeat determinare in sua praesertim causa, quanta sit illa sanctitas, citra quam non tenebitur confiteri circumstantiam loci & quanta illa, ultra quam tenebitur?

Hoc tertium corollarium, & quæ illud sequuntur, magnopere mentio-  
uent, vt arbitretur facilius esse, quam supra posuimus conclusionem sine hac  
limitatione defendere, quam cū illa. Mouent me itē q̄ nullatenus dānare  
auium cum, qui non vteretur illa, quamuis vtenē plurimū cōmendarem.  
Valde item ad idem me mouet, quod in primo corollario diximus. neq̄  
parum, quod Aquinas ille doctissimus cum suis affectis has conscientia  
torturas sensisse videtur & arbitratus candido illi CHRISTI pectori cō-  
formius esse confessionem omniū peccatorū trāquillo animo sine huius-  
modi circumstātiis bona tamen fide factam, quam, quæ cum his fieret aīo  
scrupuloso & inquieto scrupuloq̄ scrupulū anam veluti ansa trahente.

Neq̄ obstat ratio prædicta. Quia nego causam finalē & integrā confi-  
tendi circumstātiā, quæ mutat speciem, esse illam. quia per illam peccati  
augetur malitia: Sed quia & augetur malitia & numerus peccatorū & te-  
nemur omnia peccata confiteri. Quæ ratio tota in ea, de qua loquimur, cir-  
cumstātia non inuenitur.

Non obstant præfata exempla: quia dici potest necessarium esse in illis  
fere semper circumstātiā eiusmodi fateri, nō ideo solum, quia grauat,  
sed quia vt plurimū peccatorum numerum auget, & per illius circumstātiæ  
confessionem explicite vel implicite colligitur numerus verosimilis pec-  
catorum. Quia item, & si non augeat numerum peccatorum, auget tamē  
restituendi obligationē. Et ita vt restitutio iusta præcipiatur & determinā-  
ta, fit quoq̄ inquisitio & manifestatio illati damni. Nam raro aut nunquā  
contingit in illis casibus vnum tantum peccatum peccari & restituēdi obli-  
gationem non augeri. Et lex, quæ populo magno datur, non respicit rara.  
I. Nam ad ea. ff. de legib.

Quarti vero generis circumstātiæ nempe, quæ mutant actionem in aliā  
speciem peccati venialem, non sunt necessario confitendæ. Sola enim mor-  
talia peccata tenemur confiteri. d. c. Omnis. cū ibi annotatis. At huius ge-  
neris circumstātiæ solū veniale efficiunt actionē. Ergo propter malitiam  
ex illis orientem illa culpa solum est venialis. & per consequutionē nō ne-  
cessario aperienda confessario.

Quinti vero generis circumstātiæ. s. quæ mutant actionem in aliam  
mortiferæ culpæ speciem, necessario sunt secundum omnes confitendæ.  
Exemplū in furto rei sacræ, in sanguinis iniuriosa, quæ in ecclesia fit, effu-  
sione. Nam omne peccatum speciatim confitendum est, vt niox dicemus  
declarando textū in verbo qualitatem criminis. At nisi, qui furatus est rē  
sacram, dixerit se rem sacrā abstulisse, non cōfitetur peccatū in sua specie.  
Ipse enim sacrilegium admiserat & solum simplex furtum fatetur. Sic &  
qui solum confitetur se aliquē vulnerasse nec addit illud in ecclesia fecisse  
tacet, quod admisit, sacrilegium.

Opera

Opera precii tamen fuerit seire, quam dicemus circumstātiā huius-  
modi, q̄ actionē de vna in aliam trāfferat speciem. Ad quod Thomas ait in  
Quarto. d. 16. q. 3. art. 2. q. 3. illam esse talem dicendam, que vltra malitiam  
actus: principalem specialem cum ratione repugnantia habet, vt in duo-  
bus exemplis prædictis.

Ex quo infertur magnitudinē quantitatis rei furto ablatae nō inducere  
nouā peccati speciem. Quoniam non addit specialē cum ratione repugnā-  
tiam, quia furari ea ratione peccatū est, q̄ capiatur alienū inuito domino.  
Et siue multum capiatur, siue parū, modo res sit notabilis, eadem est cum  
ratione repugnantia. Quia ideo solum id malum est quia inuito domino  
capitur alienum.

Alii vero cum Scoto dicunt illam circumstātiā de vna in aliam speciem  
mutare peccatū, quæ speciali prohibitione vetatur, vt in exemplis prædi-  
ctis. Nam per secundū secundæ tabulæ præceptum vetatur occidi homo &  
vulnerari Exodi. 26. c. Si non licet. 23. q. 5. At speciatim prohibetur: ne in  
ecclesia id fiat. c. Ecclesiis. cū aliis sequentibus infra de cōsecrat. d. 1. c. Pro-  
posuisti. de consecr. ecclesiæ vel alt. Parisienses aut nouissimi in illa. d. 17. q. 4.  
eam appellant circumstātiā mutantē de vna specie in aliam mortalem,  
quando actio, etiam si alio respectu mala non esset, ratione tamen illius  
circumstātiæ fieret mala. Exemplū de circumstātia loci in effusione san-  
guinis vel seminis in ecclesia facta. Quamuis enim illa seminis vel san-  
guinis effusio extra ecclesiam non esset mala: quia inter maritum & vxorē  
habita esset vel, quia iudicis alioqui iuste iudicantis autoritate quis in ea  
occideretur vel vulneraretur: Quia tamen in loco sacro fiunt, iniusta sunt  
& mala per ea, q̄ late cōtra gloss. scripsimus in c. Ecclesiis. infra de cōsecrat.  
d. 1. Et omnes tres hi declarandi modi satis conueniūt: & secundū videtur  
exponere primū & tertius secundum. Ideo enim circumstātia videtur ha-  
bere specialem cū ratione repugnantia, quia specialiter prohibetur aliquo  
præcepto. Et, quia specialiter illa prohibetur, ideo efficit, vt actio sit mala  
quamuis aliunde nullam haberet malitiam.

### Text. Qualitatem criminis.

Colligo secundo ex hoc verbo, qualitatem criminis esse cōfessario ape-  
riendam hoc est, species peccatorum esse aperiendas. Pro quo facit, q̄ nō  
sufficit peccatum in genere confiteri sic: decem peccata superbia feci, decē  
peccata luxuriæ admisi, decies præceptū de non occidēdo sum trāsgressus  
& ita de reliquis: Sed speciatim tot fornicationes, tot adulteria, tot homi-  
cidia perpetravi. Extat enim illa faceta cuiusdam sacrifici absolutio. Cum  
enim pœnitens sese accusasset contra primū præceptum totum possibile  
peccasse, cōtra secundū item totū possibile & sic de aliis, nec vellet specia-  
tim se alicuius criminis accusare, dixit confessarius. Age igitur totā possi-  
bilem

bilé pœnitentiã & absoluo te tota possibili absolute. Secũdo facit, q̄ confessio fit sacerdoti, vt ille de pœnitentis statu diiudicet, & iuxta delicti quantitatem taxet ei satisfactionem. c. Qui vult col. 3. ibi. Caueat spiritua-  
lis iudex. iũctis, quæ paulo post subiiciũtur, videlicet, Iudiciaria enim po-  
testas hoc postulat: vt, quod debet iudicare, discernat. Optim⁹ casus in ex-  
trauag. Quia quorundam Ioh. 22. de verbo. signific. col. 6. Sed hoc facere  
nequit, nisi, qui nouerit delictum pœnitentis argumento. l. De qua re. ff.  
de iudic. c. Iudicantem. 30. q. 1. l. Vbicunq; ff. de interrog. actio. Tertio pro-  
bat. Quia vel omnes peccatorũ species exprimere oportet aut nullas, aut  
quasdam sic & quasdam non. Non secũdũ alioqui, sufficeret dicere: decies  
mortaliter peccauit: licet vnum peccatũ fuisset homicidii aliud adulterii,  
aliud sacrilegii, aliud alius modi. Non tertiu. nulla enim ratio reddi posse  
videtur, quod quasdam species cõfiteri teneamur, quasdam vero nõ tenea-  
mur. Ergo dicendum est primũ. s. teneri nos ad confitendum omnes.

Contra tamen hanc conclusionem facit primo, q̄ hæc discussio molesta  
et melioris boni præpeditiua videtur. Molestia expertis patet. Quod sit  
inutilis concluditur. Quia ad eundẽ modum puniet confessarius eũ, qui  
superstitione, vsus est per geomantiã & hydromantiã, sicut per aeromantiã  
vel pyromantiã. Quas tamen species superstitionis diuersas esse constat.  
c. 1. 26. q. 2. Quod autem sit impeditiua maioris boni colligitur etiam ex-  
perientia. nam & confessarii impediuntur a multis audiendis, & pœniten-  
tes minus deuote confitẽtur, dum illis tricis intricantur. Secundo contra  
conclusionẽ hanc facit. q̄ comunis confitentiu & confessariorum cõsuetu-  
do contrariũ habet. Tertio, quod iudicium hoc pœnitẽtiale dicitur medi-  
cinale & salutare & pertinet ad aduentum Dei primũ, secundũ quẽ nõ ve-  
nit iudicare sed saluare iuxta illud Iohannis. 3. Non enim misit Dñs filiũ  
17 suum in mundũ, vt iudicet ipsum: sed vt mundus saluetur per ipsum. Et  
ita iudicium hoc pœnitẽtiale non est propter semetipsum, sed propter  
aliud: scilicet propter salutem & medicinã eius, qui peccauit, Sicut neq;  
cætera iudicia exteriora propter semetipsa sunt, sed vt per ipsa castigent  
alii peccantes. l. 1. ff. de iusti. & iure. c. Irrefragabilis de off. ordi. Et ita, nõ  
tam exacta cognitio exigitur in hoc iudicio, sicut in illo diuino ac tremẽ-  
do. In quo exacta & æqua culpæ pœna ad amissim imponetur.

Ad horum primũ respondeo conclusionem huius textus temperandã  
18 esse, ne procedat in illis peccati speciebus, quæ non sunt vt plurimũ notæ  
& quibus non expressis confessarius perinde condẽnaturus sit vel absolu-  
turus pœnitentẽ, ac si ea expressisset. Facit. c. Postulasti. & c. Super literis.  
de rescript. cum ibi annotatis. Quæ habent illam taciturnitatẽ obesse im-  
petranti, quæ causa fuit concedendi aliquid, quod non fuisset concessum  
expressa veritate. Hanc conclusionem eleganter non sine magno mentiũ  
bonarũ

bonarum & Deum timentiu cõsolatu defendit Thomas a Vio de cõfess.  
q. 3. in paruis opusculis.

Ad secundum nego eruditorum confessariorum & confitentiu cõsue-  
tudinẽ aliud habere, q̄ conclusio nostra modo prædicto temperata.

Ad tertiu respondeo cõcedendo in hoc iudicio nõ esse necessariã exa-  
ctam omnino malitiæ peccati cognitionẽ, dum vice versa concedatur ne-  
cessariã esse illam, quæ sufficiat ad morbi hominis ægroti curandi cogni-  
tionẽ. Et ideo supra diximus, non omniu circumstantiarũ, etiam augentiũ  
culpam, confessionẽ esse necessariã: sed earũ tantũ quæ speciem mutant, &  
nouã addunt cũ ratione repugnantia, Et ita quædam media via (quam cõ-  
clusio nostra, vt dictum est temperata, docet) eligenda est & tenenda.

### ¶ Tert. In loco.

Tertio colligitur ex illo verbo. loco. adiunctis illis verbis, q̄ postea po-  
nuntur, loco sacro, & illis aliis. Omnis hæc varietas confitenda est: circũ  
stantiam loci sacri esse confitendã. Pro quo secundo facit, quia omnis circũ  
stantia, quæ de vna in aliã speciem mortale transfert peccatũ confitẽda est  
vt in prima colligebamus annotatione. At circũstantia loci est huiusmodi.  
Nam si quis furetur rem nõ sacram e loco non sacro, simplex furtum est.  
Si autem e sacro, sacrilegium est. Quia violatur locus sacer per irreuerẽ-  
tiam illi factam. c. Quisquis. 17. q. 4. Si quis item extra ecclesiam aliũ vul-  
nerat, simplex vulneratio est. Si quis autem id intra ecclesiam faciat, sa-  
crilegium est propter irreuerentiã loco sacro factã. Facit. l. Si quis in hoc  
genus. cum authent. quæ sequitur. Sed nouo iure. C. de episco. & cleric.

Contra quam tamen conclusionem facit, quod illã cõsequeretur omnẽ  
malam voluntatẽ solo animo in ecclesia conceptã esse sacrilegiũ & in cui-  
uslibet talis voluntatis confessione aperiendam esse loci circumstantiam,  
quod & durum videtur & raro fieri arbitror. Secundo facit, qd nulla lege  
speciali prohibitum videtur, vt nullus inuideat in ecclesia. Item nullã spe-  
cialẽ cũ ratione repugnantia videtur habere eiusmodi inuidia intra ec-  
clesiam concepta: Non certe magis, quam furtum maius respectu mino-  
ris. Neq; illa inuidia esset mala ratione loci, nisi aliũde malitiam haberet.  
Ergo secundũ nullam considerationẽ ex tribus in annotatione prima rela-  
tis potest dici circumstantia mutans de vna in aliam speciem mortalem.  
Ergo non est necessario confitenda.

Pro resolutione horum dicendum est omnẽ illã & solam circumstantiam  
loci esse necessario confitendam, quæ specialiter repugnat cum aliqua lege  
speciali, qualis est sanguinis vel seminis effusio, vel voluntas ea in illo loco  
effundendi. qualis item omnis actio, quæ cõtra libertatem & immunitatẽ  
est ecclesiasticã: vt ad ecclesiam confugientis extractio contra. c. Inter alia  
de im

de immunit. eccles. & l. Præsenti. C. de his, qui ad eccles. cōfug. Confirmat per illud Thomæ a Vio prima Secū. q. 7. art. 1. Circumstātia (inquit) loci sacri, quæ omnia peccata per accidēs grauet, illa tamen sola in sacrilegium conuertit, quæ loci sanctitati directe opponitur, aut his, quæ annexa sunt imunitati: vt est effusio sanguinis vel leminis humani, qua diuinus impeditur cultus, ad quem habendū ecclesia sanctificat. & violentæ extractiōnes, quæ imunitati aduersantur, & his similia. Corroboratur per illud eiusdem in opusculis. 2. tomo respon. 12. fol. 67. versic. Secundum: vbi ait tūc demū loci sacri circumstātia esse confitendā, quando actus peccati directo est sanctitati loci cōtrarius. id est ei, ad quod locus est sanctificatus, vt, quia est contra sepulturā, vel contra diuinū cultum, vel contra libertatem ad illum confugientū, & depositarū rerum & aliarū huiusmodi.

21 Ex quibus infero primo eum, qui inuidiā, negligentīā, superbiā, auaritiā, gulā, periuriū & his similia in ecclesia cōmissa confitetur, nō teneri necessario ad confitendā loci sacri circumstātia.

Secundo infero idem esse de illis, qui cū intra ecclesiam sunt cupiunt percutere vī occidere aliquē vel rē habere cum aliqua, extra tñ locū sacri.

Tertio infero voluntatē, quā quis extra ecclesiam habet faciēdi prædicta intra eam, circumstātia loci necessario confitendā habere inuolutam.

Quarto infero verum esse, quod interrogatus antehac respondi ei, qui cum esset in ecclesia cupiuit rem habere absolute cum aliqua forte, quæ in ipsius erat conspectu, non tamen descendit ad considerationem loci sacri vel non sacri. Memini enim me respondere non inuoluere huiusmodi circumstātia, nisi forte illa mente fuit: vt data ei turpitudinis peragenda oportunitate intra ecclesiam ibi eam peregisset. Eo enim casu non haberet absolutam voluntatem. Facit. c. Cum voluntate ac proposito maleficia distinguantur. de sentent. excōi. l. Qui ea mente. ff. de furtis.

27 Quinto infero circumstātia loci raro esse necessario cōfitendam.

### **Text. In tēpore. & rursum: In tempore orationi constituto: vt festiuitates sanctorū & tempora ieiunii.**

QUARTO colligo ex illo verbo tempore: circumstātia tēporis esse confitendā. Pro quo facit secundo, quod paulo post ait: si in tempore orationi constituto, vt festiuitates sanctorū & tempora ieiunii. Facit tertio, qd omnis illa circumstātia est necessario confitenda, quæ specialem cū ratione repugnātia habet, vt probatum est in annotatione prima. At circumstātia hæc temporis sacri specialem videtur habere repugnātia cum ratione. Rationi enim repugnat vt, quod tempus laudādo Deo est dicatū, in offēdendo ipso impendat argumēto. c. Ad nostrā. de appellat. & l. Legata inutiliter

tuliter. ff. alimē. legat. c. fin. de verb. signif. Quarto facit, quod omne peccatū mortale est opus seruille iuxta illud Ioh. 8. Qui facit peccatū, seruus est peccati. Opus autē seruille prohibetur fieri die festo. Exod. 20. iuncto. c. 23. Leuit. Et per cōsequēs speciatim phibet fieri peccatū mortale die festo. Cui consequēs est circumstātia diei festi esse prohibitā specialiter: & ideo necessario confitendā. Quinto facit, quod magis aduertatur obseruantia diei festi peccatū mortale: quā alia opera manualia. quod asseuerat Thomas secunda Secū. q. 122. art. 4. vers. Ad tertiū. Et si forte Thomā neges, audi Augustinū lib. de decē cor. dicentē: Melius faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile, quam si in theatro seditiosus existeret, & melius fœminæ eorū in die sabbati lana facerent, quam quod tota die neomeniis suis impudice saltarent.

Sexto facit, quod in dubio parstutior est eligēda. c. Iuuenis de spōsal. c. Ad audientia de homicid. at tutius est prædictā circumstātia cōfiteri. Septimo facit, quod circumstātia sacri loci confitenda est, vt prædictū fuit in annotatione: 3. Adde qd Alexander A lensis in tertia parte. q. 32. mēbro. 5. art. 2. aiebat eum, qui mortaliter peccat in die festo, vnum quidē peccatū peccare, quantū ad actum: duo vero, quantū ad reatū: sicut is qui virginē deflorando necat. Et Nicolaus Lyranus Exodi. 20. c. hanc partē asseruit. quē sequitur Diuus Antoninus tert. part. titut. 17. c. 17. §. 5. col. 2. quē rursus Angelus secutus est. Et idē tenet Maior in. 4. d. 17. q. 4. Adriañus etiā in Quarto de confess. q. 4. col. 4. vers. Venio nunc. Postremo facit, quod Ambrosius super illis verbis: Archisynagogus indignās, qd sabbato curasset Luca. 11. ait. Lex, non hominē in sabbato curare, sed opera seruilia facere peccatis grauari prohibet. Quod ipsum Augustinus tradit in Epistola ad Ianuarium centesima decima nona Quibus consentit Theophilaactus super Iohanne. c. 5.

Histamen non obstantibus contrariū videtur dicendum primo, quia nullo speciali præcepto prohibetur fieri peccatum mortale in die festo. Si enim aliqua talis prohibitio esset maxime foret illa: Non facies omne opus seruille. quod colligitur. ex. c. 20. Exodi iuncto. c. 23. Leuitici. Sed per illam solum prohibetur opus manuale mechanicū. Solum enim illud dicitur seruille secūclū Thomā in Tertio sent. dist. 37. art. 5. q. 2. Ad secundū. Ergo peccata mortalia, quæ alioquin non sunt opera manualia, non prohibentur per illam prohibitionem festo die fieri. Secundo facit, qd multa peccata mortalia sunt penitus mentalia & quæ nullatenus inter manualia connumerari possunt. c. Testamentū. c. Sed pēsandum. 6. dist. c. Sicut. de pēnit. d. 1. Ergo per illa non violatur festa. Tertio facit, quod e sacra scriptura nō colligitur argumentū efficax, nisi iuxta sensum literalem secundā Thomā receptū prima parte. q. 1. art. final. Ad primū. At secundū literalē & propriū sententium

sensum appellatiōe operū seruiliū sola veniūt mechanica manualia iuxta  
 Thomā receptum in illa. d. 37. Quarto facit, q̄ lex p̄nalis restringēda est  
 & nō debet extra propriū casum trahi. c. P̄næ. de p̄nit. d. 1. L. Interpre-  
 tatiōe. ff. de p̄nis: sed lex illa. Nō fiat omne opus seruile in Sabbato. p̄e-  
 nalis est, quippe quæ p̄nā aternā infligit transgressori. ergo non est extē-  
 25 denda ultra quā propria significatio verborum patitur. At sicut existēs  
 in peccato mortali non est proprie seruus, sed tantū metaphorice siue simi-  
 litudinarie apud Ioh. c. 2. appellatur seruus: Vt in simili auaritia nō est ido-  
 lolatria, quā methaphoricos ab Apostolo vocetur idolorū seruitus. c. 5. ad  
 Ephes. quod declarat Thomas secūda Secundæ. q. 113. arti. 5. Ad quartū.  
 26 Ita seruile proprie dicitur, quod ad veros seruos pertinet. quāuis meta-  
 phorice dici possint etiam ea, quæ ad eos, qui sunt serui methaphorice, per-  
 tinēt. At non omnia peccata mortalia pprie pertinet ad eos, qui vere sunt  
 serui. Quæ enim peccata in gubernandis regnis & regendis populis, in bel-  
 ligerando & id genus aliis fiunt, ad liberrimos pertinet. l. Barbarius. ff. de  
 off. p̄tor. §. Verū. 3. q. 7. quamuis dici valeāt methaphorice ac per simili-  
 tudinē serui. Ergo etiam non dicentur vere ac proprie seruilia. Cui conse-  
 quēs est ea nō prohiberi per illā legem p̄nalē de opere seruili nō faciēdo  
 27 in Sabbato. & per cōsequēs neq; in alio festo. Facit in simili F̄ quod metha-  
 phorice omnis, qui se suosq; affectus recte regit, rex dicitur: qui vero id  
 non facit, minime. c. fin. 2. q. 1. Cum tamen multi vitiis seruientes vere sint  
 reges, & e contrario multi virtuti studentes vere serui. Nec de his, sed de  
 28 illis accipiendæ sunt leges de regibus statuētes, Quinto facit F̄ quod finis  
 p̄cepti non est in p̄cepto Thomas receptus prima Secundæ. q. 100.  
 art. 9. vbi per hoc concludit modum virtutis non cadere sub legis p̄cep-  
 tis. Et secunda Secundæ. q. 44. art. 1. aiebat finem p̄cepti charitatē esse  
 29 iuxta illd̄ Pauli. 1. ad Timoth. 1. Finis p̄cepti charitas. Et ideo F̄ sola ipsa  
 de charitate p̄cepta dari de fine aliorū p̄ceptorū, nō autem alia. Facit  
 c. Vides. 23. q. 6. vbi ait Augustin⁹ neminē quidē inuitū fieri bonū. at oēs  
 debere cogi ad subeunda media, quibus tandē volentes boni fiant. Igitur  
 & tertium Decalogi p̄ceptum nō p̄cipit finē illius. s. quietem in Deo  
 per gratiā: sed id, quod est mediū, quo ad illatū perueniamus quietē nem-  
 pe corpoream & exteriorē quendā cultum, quo in interiorem inducamur  
 Sexto facit, quod quē admodū omni populo festa sunt ad orandū depu-  
 tata, ita clericis omnes dies: & tamen nemo dixerit clericū bis peccare sin-  
 gulis diebus, quibus semel mortaliter peccat. Neq; obstat, si dicatur totus  
 dies festus populo ad quietem esse deputatus, non autem omnes dies to-  
 ti clericis ad orandum. Non (inquam) hoc obstat: Quia primo diebus  
 festis in qualibet illarum parte non tenemur orare. Secundo, quia potest  
 peccare vnus clericus, quādo alij clerici matutinis, primæ vel alijs p̄cib⁹  
 horariis

horariis incūbūt & incūbere debēt. At quis dicat ipsū ob hoc bis peccasse?  
 Septimo facit, q̄ p̄ceptū de colendo die Dñico & alijs festis nō est.  
 CRISTIANIS arctius, q̄ Iudæis p̄ceptum de Sabbato colēdo.  
 Imo laxius. vt testatur Thomas secunda Secundæ. q. 122. art. 4. Ad quar-  
 tum. At Iudæis solus exterior cultus & quies imperabatur externa. ergo  
 CHRISTIANIS nō est p̄cepta vtraq; quies corporis. s. & animæ. Alioq;  
 sequeretur quēuis mortali peccato infectum, quouis die festo sub p̄na  
 noui peccati ad peccatorū contritiōē teneri. Qd̄ nō sine maximo cōsciē-  
 tiarum scrupulo aliqui pia quidem mente, sed leuiter asseruerūt. quod tñ  
 ridet Thomas a Vio secunda Secundæ. q. 122. art. 4. Facit, q̄ ibi Aquinas  
 doctissime de more dixit. s. p̄ceptū illud Decalogi de colēdo Sabbato  
 solū de cultu exteriori fuisse datū: non de interiori. Quia (vt inquit) ad  
 cultū interiorē, qui oratione ac deuotione constat, magis inducitur homo  
 ex interiore Sancti spiritus instinctu. & ideo p̄ceptum legis dandū fuit  
 de exteriori cultu secundū aliquod sensibile signū.

Octauo moueor per textum ipsum. Exodi. 20. qui habet: Sex diebus  
 operaberis & facies omnia opera tua: Septimo autē die Sabbatū Dñi est.  
 Non facies in eo omne opus. &c. Per quæ verba non obscure ostendit illa  
 scriptura ea solum opera ibi, ne die festo fiant, prohiberi, quæ alijs diebus  
 facere licebat. Cum igitur peccare mortaliter nunq̄ liceat. c. Itane. 32. q. 5.  
 sequitur per illud p̄ceptū, quatenus speciale est, sola illa opera prohiberi  
 quæ alijs diebus licite fieri possunt: quod confirmāt verba illa oīa quæ se-  
 quuntur: inter quæ est illud. Iumētū tuum. Quod etiā repetitur. Deutero.  
 5. c. additis alijs in hæc verba: Bos & asinus & omne iumentū tuū. post quæ  
 subsequuntur & illa: & peregrinus, qui est intra portas tuas, vt requiescat:  
 seruus & ancilla tua sicut, & tu. Per quæ verba postrema facile intelligas de  
 quiete corporis, & non animæ disponere. Deniq; in hanc partē moueor,  
 quod inter recentiores hæc incipit esse frequentior opinio. Nā & eā F̄ Frā-  
 32 ciscus a Victoria vir cū primis in Theologiæ facultate & doctus & resolu-  
 tus Salmanticæ tutabatur, quando nos ibi, antequā ad cathedram canonū  
 primariā ascenderemus, hunc ipsum locum interpretantes hanc opinionē  
 affirmauimus. Quam etiam duo insignes viri ex ipsius auditorio, & ante  
 illos tertius omnes ex eodem sodalitiō, nempe illo splendidissimo Domi-  
 niano, qui in hac Academia lauream in sacris literis supremā susceperūt,  
 publice defenderūt. Quā firmavit Thomas a Vio prima Secundæ. q. 7. art.  
 1. secūda Secundæ. q. 122. art. 4. & in summa verbo: Dies festos. & in opu-  
 sculis quolib. 10. fol. 55. & ante illum Prieras verbo Circūstātia. q. 3. & ver-  
 bo Dominica. q. fin. & late in Aurea rosa casu. 63. vbi refert super hæc quæ-  
 stione doctissimos quosq; ordinis Dominicani cōuenisse ac definisse hæc  
 temporis sacri circūstantiam neq; necessario confitentam esse neq; illud.  
 doctrinæ

doctrinæ Thomæ congruere, Tandem & ad redundantiam facit, quia illa dicitur circumstantia mutans peccatum in aliam speciem, quæ faceret actionem letalem etiam si alioqui non esset, ut supra ex Maioris & aliorum mente concluditur. At circumstantia festi non facit vllum actum capitalem, nisi aliunde talis fuerit. Ergo eiusmodi circumstantia non est de illarum numero, quæ speciem mutant. Cum hac parte transit etiam Iacobus Almayn in Quarto. d. 17. col. 24. Sed & in libello concordatarum & oppositionum dictorum Thomæ Aquinatis in dub. 348. hoc idem determinatur Cuius conclusionis veritas ex solutione eorum, quæ pro contraria parte sunt adducta clarius apparebit.

Ad primum igitur eorum & secundum respondeo Augustinum aut quisquis is fuit in nostro capit. multa consulendo dixisse. quorum de numero sunt ea, quæ de temporis circumstantia constituenda colligi possunt. Fateor enim cæteris paribus grauius esse peccatum die festo & die orationi vel ieiunio deputato admissum propter quandam irreuerentiam. Quæ licet præter intentionem & propositum consequitur peccatum: non tamen in aliam transfert speciem. Et ita verbis illis: Omnis ista varietas confitenda est. superaddi potest, de bono consilio, non autem de præcepto. nisi varietas illa talis sit, quæ peccatum in aliam speciem letalem transferat. Dixi supra, præter intentionem & propositum. nam si quis eo animo, quo violet festum vel frangat ieiunium vel orationem ipsam deputatam reddat inutilem, mortaliter peccet, proculdubio tenetur illam circumstantiam confiteri argumento. c. Cum voluntate de sent. excõmu. & l. Qui iniuriæ. ff. de furtis. Is enim plane violat diem festum.

Ad tertium vero nego peccatum mortale in festo die admissum speciale cum ratione repugnantiam habere. nego item speciali præcepto id prohibendum esse. Nam illud præceptum de Sabbato colendo, quatenus secundum sensum mysticum continet ab omni peccato abstinentiam, & mentis in Deo quietem, generale præceptum est: & cum præcepto illo de declinando a malo & bono faciendo conuertitur, ut ipse Thomas, qui pro altera parte allegatur, ait in illo artic. 4. prædictæ quaestiois. 122. quatenus autem est speciale, quale est secundum literalem sensum, tantum occupationes prohibet exteriores, ut ipsemet Thomas ait. et non qua ratione occupatio illa est peccatum: sed qua ratione est manuale opus mechanicum & vere seruire.

Ad quartum nego omne peccatum mortale opus esse seruire, sed solum illud quod opus est mechanicum. Et illud Iohannis. 8. Qui facit peccatum, seruire est peccati. debet intelligi de seruitute methaphorica ac similitudinaria & non vera & propria. Alioqui nullus existens in peccato mortali haberet verum rerum suarum dominium: quod est incidere in illam opinionem penitus falsam Arnachani, quam posuit. c. 10. lib. 4. ad Armenos, quam late confutant Parisienses in secundo Sentent. d. 44. q. 9. quamque veluti hæreticam concilium dånauit Costantiense, quæ est. 15. inter articulos Iohannis V videlicet dånatos ibidem.

Et, vt

Et, ut peccans mortaliter est seruire methaphorice: ita peccatum mortale seruire opus non proprie, sed metaphorice. Cui consequens est illam legem grauem & pœnalē de non faciendo seruili ope in die festo ad illud non extendendam.

Ad quintum concedo peccatum quidem mortale magis aduersari fini, in quem illud præceptum tendit, quam opus aliud mechanicum. quoniam finis illius præcepti & cuiuslibet alterius est charitas. 1. ad Timoth. 1. Charitati vero maxime repugnat peccatum mortale, quod de lege ordinata incompatibile penitus est cum ea. c. Charitas est ut mihi videtur, coniuncto. c. Si enim. de pœnit. d. 2. & aptior text. in. c. Qui natus est ex Deo, non peccat, & c. Omnis, qui non diligit, in morte est. supra. d. 1. Nego tamen peccatum mortale magis repugnare præcepto ipsi, quam opus mechanicum: quandoquidem hoc ad literam eo prohibetur. Et inter omnes conuenit aliud esse, quod præcipitur, aliud finis, in quem præceptum tendit iuxta illa, quæ supra ex Thoma prima Secunda. q. 100. art. 9. excerpta citauimus. Quando saltem præceptum traditur non de fine, sed de his, quæ ad illum ordinantur: qualia sunt omnia præcepta præter ea, quæ de charitate dantur, secundum eundem Thomam secunda Secunda. q. 44. arti. 1. Qua ratione præcepta de charitate dicuntur maxima secundum ipsum ibidem. & ita intelligitur, quod ait Thomas secunda Secunda. q. 122. art. 4. peccatum mortale magis aduersari præcepto de colendo Sabbato, quam opus manuale. quia eius fini magis aduersatur.

Illud autem Augustini lib. de decem chord. ut est verum, ita nostro proposito non repugnat. Quis enim neget minus malum esse arare bobus & fodere ligonibus die festo, quam seditionem in populo tumultuariam excitare? Quis item non videat minus malum esse filare, aut texere die festo, quam lasciuie saltare? Quandoquidem seditionis malæ excitatio & impudicitia præcepto diuino naturali sunt contraria: arare vero vel fodere festo die in lege noua contraria sunt tantum legi humanæ. Et in veteri tantum erant contraria legi diuinæ supernæ, & non naturaliter date. 1. ei quam multi appellant legem diuinam positiuam.

Ad sextum nego primo in hoc casu rem esse dubiam. Quoniam, quando aliquid creditur esse verum per legem, rationem & auctoritatem sufficientes, non censetur res dubia, etiam si contrariam partem maior docentium pars teneat: text. qui multis putatur sing. in. c. Capellanus de feriis. Cui similis aut certe aptior neque a paucioribus putatus sing. in l. 2. §. Sed neque. C. de veter. iur. enucle. facit text. pulcherrimus in. c. Nicæna. 31. dist.

Respondeo secundo negando semper tutiorem partem eligendam esse Quoniam satis est eligere tutam, ut crudite & vtiliter declarat Antonin<sup>9</sup> prima part. tit. 3. c. 10. §. 10. col. 6. & facit gl. recepta, quæ secunda est in. c. Capellanus de feriis. quam dixit sing. Alexander consilio primo lib. 2. col. 4. Quamquam verum est cum peccare mortaliter, qui facit aliquid dubitans, an sit

d peccatum



peccatū mortale nec ne iuxta illud Ecclesiast. 3. Qui amat periculū, peribit in illo. Sed aliud est dubitare, an tale quid faciendū sit, aliud credere ratioe probabili & autoritate alicuius illustri doctoris admonēte, vt pulchre in loco præcitato declarauit Diuus Antoninus. & nos latius & magis ad viuū disputabimus in c. 3. infra. d. 7. sup illis verbis: Tene certū & relinq̄ incertū.

Ad septimū nego in omni peccato circumstantiā sacri loci confitendā esse: sed tunc solum, quādo peccatum speciatim in sacro loco fieri prohibetur iuxta illa, quæ supra in annotat. 3. sunt declarata. Sic nego in omni peccato circumstantiā festi esse confitendam: sed tantū in illo peccato, quod speciatim die festo fieri prohibet. quale est arare, serere, vel metere die festo illa prædia, quæ scis esse aliena. In cuiusmodi peccato saluari posset de terminatio illa Alexandri A lensis in argumento citata, quāuis forte eius proposito non congrueret saluatio. Lyranus autem deceptus videtur ex verbis Thomæ in illo artic. 4. q. 1 2 2. secunda Secundæ, qui primo aspectu in ea videtur esse opinione. Quod tñ ipsius scholæ viri cōstanter negāt & cōtrariū monstrare magnis viribus contendūt. Adrianus autē leuiter id tetigit. Maioris vero autoritas in hoc nō est magni facienda. Quoniā in ea est ipse opinione, vt dicat omnē circumstantiā augentē culpā esse confitendā. Cui opinioni cōsequēs est circumstantiā festi, etiam si non mutet in aliam speciē, esse cōfitendā. at nos cōtrariā & comunē sequimur sententiā. Deniq; non exēplis, sed legibus iudicandū est. l. Nemo. C. de sent. et interlo.

Ad vltimū respōdeo illa dicta Ambrosii, Augustini & Theophilacti procedere secundū sensum mysticū illius præcepti de Sabbato colendo. quoniā secundū sensum literalē falsa essent & intolerabilia. Quis enim audeat dicere per illud præceptū. Nō facies omne opus seruile in Sabbato. non fuisse opera manualia, etiam de se non mala, prohibita Iudæis? Quis neget ita eos vbiq; & semper intellexisse, & in hunc vsq; die intellegere? Quis item non affirmet præceptū de Dominico die colendo esse, quo ad prohibitionē operū attinet, conforme præcepto illi diuino de Sabbato colendo, nisi quia parte aliqua est laxius? Et tamen constat per hoc præceptū de Dominico die colendo multa nobis opera manualia, & quæ alioqui nō sunt peccata, esse prohibita. ergo & illis illa prohibebātur. Quod tamē vident illi tres p̄ceres negare. & ita claret eos secundū sensum mysticū loqui.

## EPILOGVS.

40 Igitur<sup>r</sup> circumstantia temporis non est necessario confitenda, nisi quādo peccatum ipsum esset opus manuale prohibitum fieri die festo, vel nisi ea mente quis peccaret, vt festum ipsum violaret. & idem dicendum est de circumstantia diei, qui ieiunio vel orationi est deputatus.

Tert.

## Tert. Multiplici executione.

Colligitur quinto numerum peccatorū confessario aperiendū esse: quod omnes necessario faciendum ore vno affirmant. Pro quo facit secūdo text. ibi: quantū perseuerauerit. Facit tertio, quia non est maior ratio, quare potius primum confiteare periurium, quam secundum & quam tertium vel decimū vel centesimū: & constat vnum illorum confitendū. Ergo alia omnia etiam sunt confitenda argumento. c. 2. de trāslat. prælat. l. 1. C. vnde vi. Quarto facit quod decretalis. Omnis de p̄nit. & remiss. ait omnia peccata. sed vt supra in princip. annotauimus, numerus peccatorū non est circumstantia, sed additio peccati ad peccatum. & ita non est confitendus numerus, tanquam circumstantia peccati, sed tanq̄ quid principale ac per se consideratum.

Ad do tamen primo<sup>r</sup> q; non oportet cōfidentē nimiū esse anxīū in exa<sup>42</sup>cte cōfiteō numero: sed sufficit bona fide exprimere certū, si recolit: alioq; verisimilē. puta. 20. plus minus duo vel centū plus minus decē & sic de similibus, vt erudite de more docuit Thomas a Vio. q. 3. de confess. in paruis opusc. fol. 38. & ante illū Angel. verb. Interrogationes in confessione. §. 6. & verbo Confessio sacramentalis. §. 23. Ad do secūdo, quod non sufficit dicere frequenter, siue (quod aiunt) multoties hoc feci. quod mōstrat etiā idem Thomas ibidem, quamuis Archidiaconus hic illud senserit, & clar<sup>9</sup> expresserit in c. Imitare. 6. q. 1. neq; reprobare voluerit eum Angel in illo §. 2. Sed male mea sententia per prædicta, & quia eum reprobauit Alexandrinus ibidem. et quia<sup>r</sup> verbum frequenter siue multoties in duobus<sup>43</sup> actis verificatur. gl. 1. c. Monasteria. de vita & honest. cleri. recepta per omnes & cōmēdata p̄ Georg. in repetit. Clem. Sape. de verb. signif. in princip. col. 1. & ita sequeretur, q; qui centies fornicatus est, satisfaceret dicendo tantum, quantū qui bis: quod nulla ratio admittit. Et constat: quia non satis aperit suum statum, qui hoc non facit. Hinc ait Maior in Quarto. d. 15. q. 29. vlurarium, qui decies voluit aliquid vltra sortem vi mutui capere etiā circa eandē pecuniā, non satisfacere, si dixerit se semel pecuniā dedisse ad vluram, nisi exprimat etiam id decies facere voluisse. Ad do tertio suffice<sup>44</sup>re sine illo numero suum statum explicare. vt si meretrix parata fuit decē annis sui copiam facere tam laicis, quam clericis: tam non religiosis quam religiosis: tam virginibus, quam non virginibus, nunc tandem cōuersa cōfitetur. Satis enim fuerit confiteri tanto se tempore tam facta turpitudine sic mansisse paratam, vt Thomas ille ibi concludit. Pro quo pondero hic esse textum, dum paulo inferius ait: Consideret, quantum perseuerauerit & defleat, q; perseueranter peccauit. Ex quo item sumenda praxis confitendi illam peccatorum Iliadem, in quam merguntur infelices

46 illi diuino mancipati officio, qui tempore multo nil minus egerūt, quam preces horarias recitare. Ad do quarto f. augeri numerū peccatorum quoties peccatū vel voluntas peccandi interrupta iteratur secundū Iohānē Andream in regula Delictū col. pen. de reg. iur. lib. 6. i Mercuriali. Pro quo facit illud Bart. in l. Inficiando. §. Infans. ff. de furt. n. 5. f. eum qui vendiderit certi vini mensuram decem minimis, stante lege, q. solis octo vendatur: toties delinquere, quoties vendit etiam eodem die. Facit etiam, quod ut receptior, ita verior est sententia tenēs in actu interiori formalem esse bonitatē vel malitiā peccati. quam firmat Thomas prima Secundæ. q. 20. arti. 1. & 2. Neq. illam per exteriorē augeri vel minui, si cetera paria manserint secundū eundē in illa. q. 20. et secundū eundē & alios in Secūdo. d. 40.

Contra tamen hanc conclusionē videtur facere. l. Nemo. §. Quoties. ff. de reg. iur. q. habet, quando plures actiones ex eodē facto manāt, vna tantū agi posse Contra hoc item facit. l. Ei qui. ff. de fur. & l. In inficiando. §. Infans. ff. eo, quibus cauetur furem nō teneri diuersis ac pluribus furti actionibus, licet eam rem, quā furatus fuerat, sapius contrectauerit. Imo neq. si eandem rem ab alio fure, qui ei furatus fuerat, recuperarit. quod ille. §. Infans. habet.

47 Ad hęc respondendū est f. negando contrectationes illas interpollatas varias non esse varia furti & peccata. sunt etenim, quod asserit. l. Quāuis ff. de furt. & gl. in l. Vulgaris, co. tit. & i. c. Vulgaris. supra d. 1. Et ita, quoad forum consciētiae, vbi de veritate criminū agitur, numero multa sunt delicta: sed quoad iudicium exterius, in quo litium finis & raritas desiderat non est nisi vnum & vna tantum datur actio. Distinguendo tamen inter momētanea crimina & successiua: & rursus in successiuis, inter ea, quibus plus animus attenditur q̄ actus: & inter ea, in quib⁹ plus actus, q̄ animus. Quod prosequitur Bart. cum aliis in d. §. Inficiando. & in l. Nunquā. ff. de priua. delict. Quæ hic ego veluti impertinentia nō excutio. Nam &, qui pluries ad alienam vxorē accedit, aquali pœna punitur, ac qui semel. gl. memorabilis recepta in prædicta. l. Vulgaris. Et tamē quoad forū, de quo agimus, animæ, pluries deliquit.

48 Inuenio tamen hęc additionē siue cōclusionē egregie limitatā, f. quādo opus ipsum exterius nō interruptur: vt si quis vadat occisum aliquē, & totum diē forte iter faciat, & sæpe cogitatū ad alia diuertens interrūpat ac reuocet. Quoniam vnū tantū dicitur peccatū secundū Thomā a Vio, qui subtiliter a viro quopiam erudito interrogatus respondit in libello. 17. respondentium respō. 15. qui est in paruis opusculis. fol. 69.

Ex quibus inferri videtur, illam conclusionē, peccatū toties multiplicatur, quoties iteratur, intelligendā esse primo plane procedere, quando semel perfectū postea iteratur: vt si quis fornicationē opere cōpletā iteret.

Quando

Quando vero iteratur, antequam opere pficiatur, nō multiplicari, licet exteriori opere durante frequenter interior voluntas nouetur. Sed neq. contra, si manente voluntate eadem opus exterius ante delictum perfectum multiplicetur. Pro quo videtur casus in c. Cum pro causa. de senten. excō. quod habet eū, qui verberauit clericū in dormitorio & postea eundē verberando traxit per claustrum, quāuis dum eū verberando trahebat, multo pluries, q̄ semel percussisset: non tamen nisi semel excōmunicationē incurere. quali solum semel, percussisset. Facit & quod Ioh. Andreas determinat in illa regula. Delictum. f. eum, qui ter pugione clericum continuatis percussit vulneribus, vnam tantū excōmunicationē incurrisse, nō plures. Facit, qd̄ ait Bart. in l. Inficiando. ff. de fur. f. eum, qui tota vna nocte cum pluribus lusu prohibito lusit, semel tantum lusisse. et numero sexto addit. Stante lege: Nequis vltra tres famulos secum ducat. qui viginti duxerit semel tantum peccaturum.

Ex hac limitatione videtur oriri altera generalior, videlicet, q. vnū tantum sit peccatū, quoties acta siue interiora siue exteriora solum sunt via in aliquod vnū peccatū. Nam illa etiam si fuerint interrupta, solum vnū peccatum cōstituent. pro quo facit illud commune dictū: vbi vnum propter aliud, vtrobiq. tantum vnū. Quod exponit Aquinas prima parte. q. 5. art. fin. ad vlti. arg. quando illud, qd̄ est propter aliud, recipit vniocā rationē ab illo. Et, ne res exemplis egeat: primū fuerit in eo, qui volens aliquē occidere accipit arma, insidet equo, vocat familiā & amicos iam paratos ad occidendum, facit iter longum & tandē occidit. Omnia enim hęc vnū cōstituent homicidiū, quamuis interea multæ fuissent interruptiones. Secundum exemplū fuerit in illo, qui vadit ad furandum, parat scaldas, aperit fenestram & furatur. Is enim tantū videtur vnū furti peccatum cōmittere. Tertium fuerit exemplū in eo, qui in domū concubinæ concedit, & quo in illum malum finē perueniat, longum iter facit & in itinere multa in eundē finem tendentia efficit. Is non videtur peccare, nisi vnum peccatū fornicationis, esto fuerint interruptiones multæ.

Ex quo sub infertur acta interiora, quæ multa in supra scriptis exemplis contingunt interrupta, non esse, nisi vnum peccatum. Nam si prædicti medio tempore loquantur cum amicis aut comedant aut dormiant & redeant alia numero distincta voluntates malæ, non sunt illa distincta peccata: sed omnes faciunt vnum peccatum. Nam, quāuis sint plura entia & in entis genere sint plura, in genere tamen peccati vnum sunt, sicut, quæ multa sunt in entis genere, vna domus sunt vel vnus calceus in genere domus aut calcei. l. Eum, qui. ff. de vsucapio.

Non tamen ociose dictum est in corollario: quando sunt via vel via ad aliud. quia si fuit interruptio per contrariam opinionem, vt si prædicti

ante peccatum perfectum proposuissent nō perficere illud, vel pœnitētes propositi prioris vel, quia fessi & postea iterato perfectioni intenderent, iam distinctum peccatū peccarent. Aliud enim fuit terminatū & non mā sit tanquā via. Nam si quis fessus mutasset propositum perueniendi ad cō cubinam aut pecuniam alienam surripiendi & persuasus a superueniente fure vel alio leui homine iterum proponit ire & vadit, tunc duo distincta peccata videntur. Quo casu plane procedit, quod ait in. d. Mercuriali. Iohānes. And.

Ex quo iterum sub infertur ratio diuersitatis, quare, qui rem habet cū fœmina non tenetur fateri prœambula, colloquia & tactus, quæ tunc im mediate præcesserunt: & tamen, si, postquam semel rem habuisset, iterum etiā in continenti haberet, teneretur illam iteratam carnis copulā confiteri. Est inq̄ illa rō, q̄ duarum copularū carnis altera non est via neq̄ ordina tur ad alteram alia tamen prœambula sic.

### Tert. Status aut officij.

49 Sexto colligitur circumstantiam personæ augere aliquando delictū. Cæteris enim paribus magis peccat constitutus in dignitate, quā priuat⁹. c. Homo CHRISTIANVS 40. dist. Cuius verba sunt. Homo CHRISTIANUS propter duo fortiter cadit: aut propter magnitudinem criminis, aut propter altitudinē dignitatis. Egregius textus in. c. 2. de trā stat. pralat. col. 3. ibi: Idem archiepiscopi tanq̄ maiores plus excefferint. vbi gl. citat illud Iuuenalis.

Omne animi vitium tanto conspectuis in se.

Crimen habet, quanto, qui peccat, maior habetur.

Sic magis prælatus, q̄ subditus peccat. c. Præcipue. 11. q. 3. magis sciēs, q̄ ignarus, & magis, qui affectat ignoratiam, quo liberius peccet, q̄ qui scit. c. Excellētissim⁹. 11. q. 3. Deniq̄ magis melior, quā minus bonus vel malus. §. De flect. et. infra eodē cap. in illis verbis. Hoc quisq̄ peccator est culpa vilior, quo Deo erat acceptior. et rursus in illis verbis: Ideo enī Adā plus peccauit, quia omni bono abundauit. faciunt, quæ ibi scribemus. Hec tñ circumstantia, & si vtiliter manifestatur confessario, nō est tamen confitēda necessario. quia nō transfert de vna in aliam speciē nisi peccatū voto vel 50 statui confitentis directo aduersetur, vt quando religiosus fornicatur. Nā tūc in sacrilegiū transit. Cæterū si religios⁹ blasphemet, solius blasphemix reus erit, sicut & quilibet alius blasphemās, qd̄ declarat Tho. a Vio prima Secundæ. q. 7. arti. 1. Ad hanc tamē circumstantiam personæ reduci potest illa conscientix contraria, quando videlicet quis facit, quod sibi non 51 faciendum esse putat. F̄ Oportet enim confiteri non solum se peccasse: sed contra cōscientiam id fecisse, hoc est scienter mortaliter peccasse secundū

Adrianū

Adrianū in Quarto de confess. q. 4. col. 4. cui, qui cōtradicat, inuenio ne minem. Quod verū esse clare demonstrari videtur ex eo, q̄ omnis circumstantia f̄ quæ habet specialem cū ratione repugnatiā, siue, quæ speciali lege 52 prohibetur, siue, quæ sola efficeret actum mortale, etiam si aliūde nō esset malus, est necessario confitenda per ea, quæ in annotatione prima sunt dicta. At circumstantia hæc est huiusmodi. Nā siue actus ex se bonus fuerit siue malus, siue indifferens: qualis est festucā ex area leuare, mortale peccatum est, si fiat contra conscientiā siue vere, siue false dictantē eum esse mortiferū per illud Apostoli: Omne, quod non est ex fide, peccatū est. ad Romanos. 14. vbi gl. dixit omne, quod est contra conscientiam ædificare ad gehēnā. & habetur in. c. fin. de prescript. et in. c. Omnis. §. Illud. 28. q. 1. Text⁹ iuris optimus in. c. Per tuas. 2. de simo. F̄ quod clare id definit de cōscientia 53 etiā erronea. Et tradit vterq̄ Thomas prima Secundæ. q. 19. art. 5. & 6. & late Ioh. Gerson de natura & qualitate consciē. in secūda parte suorū operū. fol. 167. quod ipsum docet Panor. cum aliis nostris in dicto. c. Per tuas, & dicto. c. fin. & alibi sæpe. igitur propositū.

Ad eandem circumstantiā personæ pari ratione pertinebit etiam f̄ circumstantia illa, quod peccatū est contra dubietatē animi, hoc est, quod peccatum fuit per eū, qui dubitabat, esset ne illud mortale, nec ne. quod etiā necessario confitendum esse tenet Adrianus in illa. q. 4. Et probatur: quia specialem cū ratione repugnatiā habet & speciali lege prohibetur. Et sola illa efficeret tactum, qui alioqui esset bonus vel indifferens, mortalem, nā contra rationem est periculo pdendi amicitia Dei propter amorē vel mei vel alterius me exponere. Lege item speciali prohibetur per illud Ecclesiastici. 3. Qui amat periculū peribit in illo. per quod Thomas. 2. quolibet. art. 13. pronūciauit, quod receptū est ab omnibus f̄, eum, qui facit aliquid, 55 quod est ei dubiū: an sit peccatū mortale, mortaliter peccare.

Contra tamen has duas conclusiones facit primo, quod ex his sequerēt omnes fere peccantes bis peccare. Primo quod contra legem Dei vel aliā præceptiuā agunt. Secundo q̄ contra conscientiā, quæ hoc ipsum, qd̄ lex illa dictat, faciunt. Tertio contra conclusiones prædictas facit, quod rar⁹ est, qui has circumstantias confiteatur: rarior, qui hoc nouerit: rarissimus, q̄ hoc doceat. Quarto facit, quod, si veræ sunt hæ conclusiones, omnes fere CHRISTIANOS, quas antehac fecerunt confessiones iterare oportebit, aut certe magnā eorum, quæ legitime confessi sunt, peccatorū partē.

Ad horum primū respondeo primo concedēdo eū, qui hanc Adriani 56 opinionē est defensurus, oportere fateri f̄ cōplures, dum se putāt semel bis peccare, vel saltē vnū peccatū, qd̄ duobus æquipollet secūdū varias autorū opiniones in Quarto. d. 16. Neq̄ id esse nouū: Quoniā qui furat, vt mœchet, potius est adulter, q̄ fur secundū Aristot. Ethic. 5. & Thomā receptū

d. iiii prima

prima Secundæ. q. 18. art. 6. concedendo item bis peccare ad sensum prædictum omnes, qui scienter peccant. pro quo facit, quod Alexander tertius in. c. Sicut dignū. de homicid. scientiā inter circūstantias aggrauantes numerat. Nō tamē ex hoc infertur ad omnes. nā qui peccant nō animaduertentes se peccare, quorū de numero sunt plurimi, semel tantū peccāt, etiā si in genere scirent illud esse peccatū. in specie autē & in se applicādo ad illud opus non animaduertunt illud, per quiddā simile, quod subtiliter in alio proposito Thomas a Vio docet in libel. 17. responsionū. respons. 13. vers. Septimū dubiū: & tractabo in. c. 3. infra. d. 7.

Ad secundū respōderi primo potest defendēdo prædictā Adriani opinionē, concedendo raritatē illam in argumento propositā: non tamē ex ea sequitur nostrā conclusionem esse falsam. Imo magis edēdā & inculcādā, q̄ magis mortales a peccatis deterreātur & min⁹ diuinā offēdāt maiestātē.

Secundo & vtilius responderi potest concedendo raros esse, qui circūstantias has duas confiteantur expresse: at plurimos cōfiteri eas implicite ac inuolūte, omnes nempe illos, qui præsumuntur a cōfessario sciuisse illa esse peccata, cum ea cōmitterent quorū de numero sunt fere omnes. Nā qui confitentur, quæ contra legē naturæ vel diuinā sunt, peccata, confitentur, quæ ab omnibus fere sciuntur vel sciri debent esse peccata. l. fin. ff. de rit. nupt. l. Venia. C. de iniur. vocan. 1. q. 4. §. Notandū. Traditur in regula Ignorantia de regul. iur. lib. 6. Qui vero confitentur, quæ contra humanas leges sunt peccata, etiam confitentur ea, q̄ ab omnibus præsumuntur sciri esse peccata. l. Leges. C. de legib. cap. fin. de cōstit. Et ita, qui confitetur aliquid quod peccatū, videtur confiteri scientē se peccasse, nisi addiderit se ignorāter id cōmississe. Ex qua solutione videtur inferri circūstantiā illam secūdū hanc opinionē confitendā quidē necessario, sed semper vel quasi semper implicite illam a confitentibus manifestari. quæ manifestatio implicita videtur sufficere. Quoniā quæ qualitas comuni iure inest, vel ex narratis secundum ius comune colligitur, exprimi non debet. vt si quis archidiaconatū impetret, non oportet eum exprimere illū esse curatū, quia iure comuni cura ei inest. c. Adhæc. de offic. archid. tradit Rota. 13. de præben. in antiquioribus. Et, qui ait beneficio, quod impetrat, inesse potestātē excōicādi & necessitatē audiendi confessiones, satis exprimit illud habere curā, secūdum eandem decisionē. Et in vniuersum, quod comuni iure inest, non esse exprimendū tradidit Vrbanus. quod refert Rota in. 610. decisio. in antiq. Dominus Vrban⁹ & c. Tradit etiam Feli. in. c. In nostra. col. 4. de rescript. Sed iure comuni præsumitur eum, qui peccauit scienter peccasse ergo etiā, qui confitetur peccasse, confiteri videtur se scienter peccasse, Facit secundo, q̄ Feli. qui sacerdos vel monachus confitetur se rem cū muliere habuisse, vel aliquid admisisse suo voto vel statui directo cōtrariū confes-

sario

sario, qui probe nouit confitentem esse monachū vel sacerdotē, nō tenetur personæ circūstantiā fateri argu. reg. Eum, qui certus est, certiorari non oportet. de reg. iur. lib. 6. l. 1. ff. de actio emp. qd' pridē & non tenet nec line autore respondimus.

Nec opponas non sufficere confessarium scire peccata confitentis, sed oportere, vt ipse confitens ore suo illa patefaciat. Etiam si notoria sint secundū comunē in. c. Omnis. de pœnit. & in Quarto. d. 17. & probatur in. c. Quē pœnitet. supra. d. 1. Quoniā respondeo primo id verū esse de peccatis in se, non autē de circūstantiis, quas sufficit nosse confessariū. Secundo respōdeo eū, qui peccatū confitetur ei, qui circūstantiā nouit, satis eam cōfiteri, saltem implicite licet non fateatur explicite. quā implicitā cōfessio nē sufficere probare satagimus.

Facit 3. quod ait Syluester verbo Cōfessio. 1. q. 11. in fine circūstantiā numeri satis palā fieri, quando ex verborū complexu confitentis cōfessarius æque intelligit illū, ac confitens. Facit quarto, qd' & Maior in Quarto dist. 17. q. 4. col. 3. dixit, quod quis interior voluntas occidendi sit adeo magnū peccatum, sicut homicidiū exterius. imo ceteris paribus exterius nil addat interiori, vt docet Thom. prima Secundæ, q. 20. art. 4. et nostrā dimus in. c. Magna. supra dist. 1. Tamen satis est homicidā fateri se occidisse hominē, licet nil de voluntate occidendi alias palam faciat. quia implicite satis aperit. Quinto facit, quod Angel⁹ ait in verb. Inter rogatiōes §. 6. eum, qui confitetur frequenter rē cū mulieribus habuisse, satis cōfiteri se delectationes morosas frequēter habuisse, eo q̄, vt plurimū ita se res habet. Sexto facit, quod singulariter & vtiliter ait Bonauentura receptus in Quarto. d. 17. eū, qui sua peccata ita est cōfessus, vt aliqua de causa oporteat confessionē iterare, satisfacere, si eidem cōfessario peccatorū memori vel saltem pœnitētiæ pro illis imposite secūdū Palud. dixerit: Accusatio mea pater omniū prius a me tibi patefactorum peccatorū. &c. Facit septimo, quod qui genere nobilis est dicēs Papæ se monachū & nobilem, nō decipit illum super nobilitate. quia iure satis intelligitur. qua nobilitate ille sit nobilis Roma singul. 37. Vtrū nobilis tradit Feli. in. c. Sup literis. n. 2. vers. Secunda conclusio. de rescriptis. et ipse ac alii alibi sape.

Ex quo infertur primo, q̄ licet opinio Adriani prædicta sit vera, nō tñ videri verū, quod ait in illa quæstione. 4. col. 4. eū, qui cōtra legē Dei & suā conscientiā peccauit, teneri ad cōfitendū se scienter peccasse. Quia imo, nisi addat se ignoranter errasse, videtur confiteri per prædicta se scienter deliquisse. Quod certe meā, quæ aliquando fuit scrupulosa, conscientiam suauiter consolatum est.

Secundo infertur remedium, imo vera consolatio eorum, qui, cum sua confiterentur peccata, id non expresserunt.

Tertio

Tertio infertur tunc solum necessario confitendum contra conscientiam aliquod factum, quando nullam ob aliam legem id erat peccatum, nisi quia contra conscientiam erroneam factum fuit.

66 Quarto infertur tunc demum necessario exprimendum se contra dubium conscientiae peccasse, quando nullam ob aliam causam id esset peccatum, nisi quia contra legem praedictam de non se dubio peccandi mortaliter exponendo factum fuit, quod etiam maxime Deum timentes animas consoletur. Nam qui confitetur peccatum, videtur in dubio confiteri se id scienter admisisse. Cum ergo scienter peccasse tam vel magis graue sit, quam dubitanter id fecisse, satis confitetur illam dubietatis animae circumstantiam.

Occurrit tamen hic oppositio grauis: quoniam in casu proposito mentiri videtur confitens, quia videtur fateri se scienter mortale peccatum admisisse & sic contra conscientiae legem dictantem ei non esse id faciendum. & tamen aliud est, quod dubius animi aliquid efficiat, & aliud, quod sciens ac prudens. l. De statu. ff. de testa.

Hoc, quamuis maxime terreat, non tamen obstat: quoniam, quod supra dixi eum, qui confitetur peccasse, praesumi scientem & prudentem id malum fecisse, debet intelligi vel saltem dubitantem, quod quidam vnicuique verbo significare visus est. Sed scio replicari posse eruditum peccatorum species exprimentas esse, ut supra in annot. 2. dictum est. At alterius speciei esse peccatum, quod fit contra dubietatem animi, alterius, quod fit contra conscientiam. Imo posterius grauius aliquanto videtur priori. & ita, cum secundum hanc solutionem confitens se peccasse videatur confiteri sub disiunctione peccasse, vel scientem & prudentem contra conscientiam, vel dubitantem contra animi dubietatem, nullam speciem determinatam confitetur. Et ita neutram confiteri videtur argumento eorum, quae dicemus in c. Falsas. infra ead. dist. in prima bonae confessionis conditione.

67 Ad hoc respondeo primo negando haec peccata specie differre. Nam & neruose probat Thomas a Vio prima Secunda. q. 77. art. 4. peccatum scientis & ignorantis eiusdem speciei esse. Secundo respondeo non semper peccatorum species specialissimas exprimendas esse: sed eas tantum quae, ut plurimum notae sunt, quod supra in illa secunda annot. dictum est, cum de materia speciebus, scilicet, pyromantia, aeromantia, hydromantia confitendis ex Thoma de Vio de confess. q. 3. longe pulcherrimam doctrinam citauimus. Sic a simili circumstantias non semper in specie specialissima exprimendas: sed tunc demum, cum ut plurimum notae sunt, arbitrari possumus. Cum igitur tantum contra conscientiam factum, quod contra ipsius dubietatem admissa redigi valeant ad unam speciem ad peccata, scilicet facta contra legem animi, non est requirenda specialior species necessario confitenda. Et ita sufficit etiam disiunctim eas confiteri.

Tertio

Tertio responderi potest eum, qui contra dubietatem agit animi, contra conscientiam agere saltem tacitam. Qui enim anceps animi de faciendo a se, an sit mortale, operatur illud, contra id, quod scit aut scire debet non licere ipsi, facit, quanquam fateor grauius aliquanto esse facere contra expressam conscientiam, quam contra tacitam, non tamen adeo, ut mutet speciem.

69 Respondeo quarto non esse mendacium tacere in confessione circumstantiam minuentem peccatum, imo perfectionis id esse in prima fuit conclusum annotatione. Quando igitur, qui confitetur se peccasse, intelligatur iuris praesumptione scienter id fecisse, nisi addiderit se id contra dubium animi operatum esse: addere hoc nil aliud fuerit, quam circumstantiam minuentem peccatum exprimere, quod non est necesse. Et illud tacere nil aliud, quam circumstantiam minuentem peccatum tacere, quod non est mendacium, neque vlla subreptio nocens. Quia tacere illa vel exprimere, quibus tacitis vel expressis difficiliter impetratur gratia, minime illi nocet, iuxta illa, quae leguntur & notantur in c. Ad aures & c. Super literis & c. Postulasti de re scriptis. 70

Ex his omnibus inferre, quod licet opinio Adriani praedicta cui, ut dixi non inuenio vllum contradicentem, sit vera, videlicet, circumstantiam conscientiae vel dubietatis animi, contra quam peccatur, esse circumstantiam, quae mutat speciem, & ideo necessario confitendam: tamen ita temperari debet, ut procedat in his, quae non alia de causa sunt peccata, nisi quia contra conscientiam vel dubietatem erroneam facta sunt. Sed tunc non est tam circumstantia peccati, quam lex, contra quam peccatur, priuata & erronea ligans eam habentem. Secundo temperanda est ita, ut teneamus, quod quis haec sit circumstantia necessario confitenda: tamen quicumque confitetur se peccasse, satis videatur illam implicite confiteri. Et ideo quis non dixerit expresse confitens se scientem vel dubio animo peccasse, non tamen tenebitur ad iterandam confessionem eorum peccatorum, quae sciens vel dubio animo admisisset.

72 Caterum, & si Adriani autoritas apud me magna est in re maxime tantum frequenti tanquam animae salutem contingente, tamen re altius perpendenti eius opinio parum tenenda videtur. Primo, quod nec Thomas, nec Gerson, nec alii quam plurimi, qui de conscientia scripserunt, hanc tam duram conclusionem meminerunt. Secundo, quod licet omnes posuerint scientiam inter circumstantias peccatum grauantes, & ignorantiam, ut plurimum inter circumstantias diminuentes: nemo tamen eorum dixit scientiam de vna in aliam speciem mutare peccatum. praeterquam, quod ignorantia probabilis frequenter excuset omnino a culpa. c. 2. de constit. 1. q. 4. §. Notandum. Tertio facit, quod factum contra legem non esset peccatum, nisi, qui facit illud, vel sciret illam vel teneatur scire. arg. l. Quod te. ff. si cert petat. & c. 2. de constituti. Nam ignorantiam inuincibilem siue probabilem, ut nostri vocant, a peccato excusare receptum est ab omnibus, praecipue a Thoma prima Secunda. q. 76. art. 3. Pro quo

text.

text. in. c. Apostolica de cler. excō. ministr. vbi Pan. dixit ignoratiā probabilem excusare. neq; oportere nimis esse in inquirendo curiosum, modo non sit nimis desidiosus. Ergo scientia non est peccati circumstantia, q̄ mutat speciem peccati: sed quiddā necessarium ad hoc, v̄ lex liget & ad hoc, vt dicatur peccatū, qd̄ cōtra legē fit. Quarto facit, q̄ Thomas a Vio  
 73 concludit prima Secundæ. q. 77. art. 4. F̄ peccata scienter & ignorāter facta eiusdē esse speciei. Facit præterea neruolissime solutio, quæ sequitur illi⁹ argumenti, quod pro Adriano supra fecimus valde apparēs: quod nō obstare ostendo concedendo primo circūstantiā illam mutare speciē peccati, quæ specialiter cū ratione repugnat, vel speciali lege prohibetur: At negotalem esse om̄ne circūstantiam cōscientiæ vel dubietatis: sed solā illam,  
 74 quæ erronea est & non concurrat cum alia lege speciali. Nam quæ lex generalis cum alia lege speciali concurrat, actui cōtra illā facto nō dat specialem deformitatē: vt lex de declinādo a malo non dat specialē deformitatē homicidio, quod lege prohibetur speciali secūdū omnes. At illa lex de nō cōtraueniēdo cōscientiæ vel nō se exponēdo dubio peccati, generalis est.  
 75 & ideo F̄ quando cōcurrat cum alia speciali, quæ vetat illum eundē actum, quem conscientia dicit non faciendū, non dat ei specialem deformitatē: dat autē quando non concurrat cum alia.

Non obstat, si quis dicat eum, qui contra conscientiam peccat, non solum in illam legem de non faciēdo contra conscientiam peccare: sed etiam in illā legem particulare, quā conscientia dicit: hoc non est faciendum. & ita cōtra legem hāc specialissimā. Non etiam obstat, si quis adhuc magis vrgeat considerando, q̄ vbiq; cōtra conscientiam vel animi dubiū agitur, legi speciali cōtrauenitur, q̄ sit lex illa publica, in quam peccatur. Nam lex publica dicit: tale quid nemo facito. lex vero conscientiæ in individuo:  
 76 Hoc tu ne facito. Et cōstat individua speciei derogare Bald. in. l. Hac cōsultissima. col. 1. C. qui testa face: poss. & in. l. Executorem. col. 6. vers. Et redeo. C. de execut. rei iudic. Non (inquam) hęc obstant: ad quæ respondeo primo, q̄ facere contra conscientiam dicitamē particulare, ideo peccatū est: quia facere contra conscientiam est peccatū. et ita malitia illius actus nō oritur ex virtute illius legis particularis: Hoc ne facito. sed illius generalis: Contra quod conscientia dicit ne tentato. et ita in effectu contra legem generale peccatur. Pro hac solutione facit q̄, qui contra conscientiam vel animi dubietatem peccat, in legem diuinā naturale peccat vt in. c. 3. infra. d. 7. demonstrabitur. At lex naturalis non dicit: Hoc ne facito. sed: tale quid ne facito. vnde iutellctus practicus concludit. Hoc quod est tale, ne fiat. Neq; huic solutioni obstat dicere illum, qui superioris legem contēnit, nō solum peccare, in illam legē diuinā. Qui vos spernit, me spernit. Lucæ  
 77 10. c. Qui resistit. 11. q. 3. F̄ Sed etiā in illam legē particularem, q̄ trāsgredit̄

c. 2. de maior & obe. Quod adeo verum est, vt is non dicatur in legē diuinā & naturalem peccasse: sed tantū in legē humanā, quippe quæ specialior est illa diuina. Non (inquam) hoc obstat, quia lex illa superioris ex se virtutem habet, quippe, quæ iusta est, & ab habente legē condendi potestatem cōstituta iuxta illa, quæ tradit Thomas prima Secundæ. q. 96. art. 4. Panor. & alii in. c. i. de cōstit. per illud: Quodcūq; ligaueris. & c. c. Quodcūq; 2. 4. q. 1. At dictamen hoc conscientiæ particulare nullam ex se habet virtutē, sed tota eius virtus pendet ab illa generali lege: Omne, quod nō est ex fide peccatū est. vel a lege publica, cui consentit. Et ideo, qua parte nō consonat aiii legi validæ ac iustæ, tollēda est & e mēte radēda. c. Per tuas. 2. de Simo. et gl. in summa. 1. 3. dist. Docet Panor. in illo. c. Per tuas & Thomas prima Secundæ. q. 19.

Secundo principaliter ad eadem respondeo, q̄ ideo quis putat & ideo alicui sua conscientia dicit, vel dubitat aliquid non esse faciendum. quia credit vel dubitat esse legem aliquā, quæ id vetat. & ita si lex alia est, q̄ vetat, non addit nouam obligationem, sed tantum nititur illi, quam illa lex inducit: sicut & consuetudo, quando nil aliud est, quam obseruantia legis alicuius, non efficit nouū vinculū: Imo sublata illa lege tollitur & illa consuetudo. imo & statutum illi conforme. gl. memorabilis & multis cōmēdata in. c. 1. verbo facti de constitut. lib. 6. quam pro regula sumendo alte declarat Feli. in. c. 1. col. antepen. de rescript. Quare cōcludo primo circūstantiam sciētiam, vel dubietatis animi, qua scit vel credit esse peccatū, quod fit nunquam esse talem, quæ mutet speciem peccati: sed frequenter talē, quæ peccatū inducat, nempe, quando est erronea. Secundo eam, quando non est erronea, non esse necessario exprimendā. Tertio etiam si esset exprimenda, satis eā implicite exprimi, quando exprimitur peccatū, nisi addat̄ ignorantē & sine vilo dubio esse factum.

### ¶ Tert. Qualiter suam turpitudinē peregerit.

Septimo colligo F̄ circūstantiā modi, quo delinquitur, augere non nunquā peccatū. Grauius est enim alio, quā alio modo, peccare iuxta illud Ouid. Peius adulterio turpis adulter obest.

Facit. c. Origo, 3. 2. q. 4. Est tamen aduertendum F̄ modū peccandi raro mutare speciem, & ideo F̄ raro esse necessario confitendū. Imo omniū est vnū in hac re consiliū, vt is in peccatis Venereis taceatur, et parum vel nihil in eo confitendo immorerur confitens, & minus confessarius in interrogando propter vtriusq; periculū euitandū. Quod inter alios annotauit Diuus Anto. 3. part. titul. 17. c. 17. §. 3. & Angelus verbo: Interrogationes §. 9. sub finem. et ante illos omnes fere scribentes in Quarto sentent. d. 16. Ratio est, quia delectabile carnis, quāto magis in particulari cōsideratur,

tāto

tanto magis appetitū mouet autore Aristotele. Ethicorū & tradit Thomas in illa dist. 16. q. 3. art. 2. q. 4. At omnibus conuenit eiusmodi fugere appetitum secundum illud Apostoli. Fugite fornicationem. 1. ad Corinth. 6.

¶ Qui ergo cum fœmina osculo, tactu, aut pollutione extra vas naturale peccauit, fateatur id simpliciter & taceat illas corporis partes, in quibus & eos modos, quibus ea tam fœda turpitudine misero contigit. Et si dicere pergat, obuiet illi confessarius & cum doceat non esse necessarium neque utile modum, quo ita se fœdauit, exprimere. Nam & nos non a pœnitentibus, sed a confessariis, qui nos in his & aliis consulere, quæ ipsorum modestia fuit, dignati sunt, aliquot audiuimus tā fœda, tam exhorrenda in his Venereis contingere inter aliquos etiam coniuges adeo solo nomine, ut neque homines appellari deberent. Quæ nullatenus voluissimus audisse & lategerimus ope diuina e memoria rasisse. Quod ipsum faciat etiā, qui solus aut cum alio vel alia etiam vxore pollutionē voluntariā extra vas naturale passus est aut pati effecit. Omnis enī eiusmodi operatio est species luxuriæ contra naturā secundum Thomā secunda Secundæ. q. 154. art. 1. & satis est speciem confiteri, licet illud in indiuiduo non dicas per supra in 2. annot. dicta.

In qua tamen materia illud singulare licet parum decorum, annotabo non esse peccatum, si maritus, qui seminare non potest, concubat cum sua coniuge nitens id facere, si posset secundū Tho. a Vio in illo art. 1. col. 5. Ex cuius dictis etiā colligo alterū confessariis memorabile: videlicet omnē concubitū mariti & vxoris, in quo modus naturalis non seruatur, etiam si fiat intra vas naturale, peccatum esse: non tamen mortale, nisi quando exorbitat a naturali tantū, ut conceptio prolis fieri nequeat, qualem nullum reperiri contēdit ibi diligenter, ut mihi videtur, quis maleuolo videri possit curiosus: dum relatione fide dignorum ait se accepisse etiam illum concubendi modum, quo fœmina supergreditur, non obstare prolis cōceptioni, quamuis in sūma verbo: Matrimonialis vsus. in hoc addubitet.

### ¶ Text. Sunt, qui nō solū vincuntur. sed vltro se offerunt peccato.

¶ Octauo colligo tentationē & causam peccandi confitēdā esse. Colligo item cæteris paribus eo maius peccatū esse, quo minore ad id tentatione adacti peccamus. quod ipsum significat text. paulo superius, cum ait: & quali fecerit tentatione.

¶ Ex quo infertur primo verum esse illud Gregorii, quod retulit Thomas prima Secundæ. q. 75. art. 5. f. s. carnalia minoris esse culpæ & maioris infamiæ, quam spiritualia. Cn cupiscentia enim carnis nobis immata vehemē-

tius

tius impellit nos ad carnalia. Secundo infertur verū etiā esse, quod ipsemet Thomas ait in eadē prima Secundæ. q. 77. art. 3. f. ignoratiā, aut excusare a tota culpa, quando. s. est inuincibilis, quam nostri probabilē appellāt vt Pan. in. c. Apostolicæ. de deric. excōm. minist. vel certe a tanta. quoniam ignorantia peccādi causam auget. Quod tamen intelligo, si non sit desiderata & affectata: qualis est illius, qui noluit intelligere, ut bene ageret. Psal. 35. & habet in. c. penultimo. 38. d. Nam illa peccatū adaugct. vt declarat Thomas vbi. supra.

Tertio infertur verū esse, quod gl. celebris in. c. fin. 14. q. 6. dixit, maius esse peccatum carnis cum muliere deformi, quā cū formosa, eo quod forma & pulchritudo ansam maiorē peccandi efficiunt. quod intelligendū est, si cætera fuerint pia.

Ad hæc quarto posset reduci, quod habetur in. c. Indignatur. 32. q. 6. f. s. maritum cæteris paribus adulterantem magis peccare, quā vxorem. quia fœminei sexus fragilitate attenta maior est, qua fœmina impellitur tentatio, quam ea, qua vir incutitur. Quoniā, ut ibi Augusti. ait: Ad maritos pertinet vxores suas & virtute vincere & exēplo regere. quod (proh dolor) parum aduertūt innumeri, qui fere venialem faciunt in masculis fornicationem: in fœminis autē crimē horrendū. Nec venit eis in mentē quod ipsemet Augustinus ait in. c. sequē. cuius caput est Non mœchaberis. Tu sub vno impetu libidinis cadis, & vis vxorē tuam victricē esse, tu cū caput vxoris sis præcedit te ad Deum ea, cuius caput es. Caput enim mulieris vir est. & rursus. Melius debet viuere vir, quā mulier & præcedere in omnibus bonis factis vxorem suam. Nam, ut ibidē dicitur, vbi mulier melius viuit, quam vir, capite deorsum pendet domus.

Cōtra tñ hoc facit. l. 1. C. ad. l. Iuliā de adul. quæ habet maritū ab vxore nō posse accusari adulterii, cum tamen contra vxor a marito accusetur.

Sed respondeo f. illud statutū, quoad criminalē accusationē. Nam quo ad civilē potest vxor maritū accusare. §. Si igitur secundū Theodosii. de nupt. collat. 4. & c. 1. vt lit. nō cōtest. vbi prima gl. Neque ideo maritis, quoad criminales causas, id priuilegii datū est, quia minus peccent: Sed vel quia ipsi eam legē tulerint, vel certe, quia multæ considerari possunt causa, propter quas non decet muliebrem sexum criminaliter ob eam causam agere contra virilem.

Infert & quinto econtrario, quo maius est virtutis impedimētū, eo maiorem esse illam. Quo enim est difficilius, eo est præclarius. c. Ante omnia 40. dist. & tradit Tho. pri. Secundæ. q. 114. art. 4. et facit illud Pauli. 1. ad Corinth. 3. Vnusquisque propriā mercedē accipiet secundū suū propriū laborē.

Hæc tamen circūstantia f. nō videtur necessario confitenda regulariter. quia vt plurimū nō mutat speciē peccati. Quicunq; igitur speciē mutaret

tunc

92 tunc esset confitenda. Mutat autem speciē, quoties tentatio fundatur in causa finali, alio præcepto particulari prohibita, quā operatio ipsa: puta si quis furetur, quo fornicetur. Hic enim tentatio furandi manat ex fornicā di libidine, quæ fuit ad furandū impulsus quidam & finis furandi. qui si nis alio præcepto speciali prohibetur, quā ipsum furtū. Et ideo circūstan- tia hæc confitenda est necessario, quando quidem mutat speciē peccati & multiplicat ipsū peccatū iuxta illud Philosophi Ethic. 5. Ille, qui furatur, vt adulteretur, potius est adulter, quam fur, Text. in hoc aptus in. l. Verū ff. de furt. & c. Cum voluntate de sent. excōic.

93 Ex quo facile inferas quot sint in orbe CHRISTIANI, qui ad iterato magnā suorum peccatorū partē confitendam teneantur. Quotus enim quisq; est doctis exceptis, qui confiteatur se ieiunium fregisse, quo ad libidinem potenter esset: se missam die festo nō audisse, minatū fuisse alteri, non se ab ære alieno liberasse, parentibus aliqua furatū fuisse & mul- ta id genus alia fecisse: Quo mulierculæ alicui placeret, quo illius miseræ miseræ fæde turpitudine abuteretur? Reperias, qui confiteantur festa non coluisse, periculo se mortis sine necessitate & Reipub. utilitate obiecisse, pericula peccandi non vitasse. At, qui addant, hæc ob auaritiā & Simoniā fecisse, aut superbiā, aut gulam mortales, rari sunt nātes in gurgite vasto. Tam tenuis est medendi animæ cura, cum tamen corporis medicandi tā sit sollicita.



### Tertius Omnis hæc varietas confitenda est.

Nono colligo circumstantias omnium peccatorū confitendas. Quod limi- tandum est, vt gl. facit. et gl. intelligēda iuxta illa, q̄ supra in annot. 1. dicta sunt de circumstantia speciē mutante. Quid tamen, si non potest quis cir- cūstantiā eiusmodi fateri, nisi reueletur alia persona: puta (quod est nefan- dum) quis rem cum matre habuit, aut mediator, quo illā tertius haberet, fuit, quam matrem confessarius nouit, Et videtur aperienda confessario.

48 Quia confessio debet esse integra per textum infra eo. c. vers. Cautus. vbi late dicemus, Ad integritatē autem confessionis pertinet circūstantiæ hu- iusmodi per superius dicta. ergo propositum.

Pro contraria parte facit, q̄ concurrentibus duabus legibus contrariis minor cedit maiori: vt lex de non furando cedit legi de pascendo fame mo- riētē. 26. d. c. Pasce. adiūcto illi. c. Siquis propter necessitatē. de furtis. Sed lex de non lædēdo alterū est maior, quippe quæ diuina est & natura- lis, q̄ lex de confitendo, quæ diuina quidem est, sed non naturalis, vt supra. in sūma huius distinctionis dicebamus. Ergo lex de confitēda huiusmodi

circū-

circumstantia legi de non infamando alium cedere debet. Cui consequēs est hunc, de quo est quæstio proposita, non teneri ad aperiendā confessario illam circumstantiam.

Respondeo in hac quæstione partim inter autores conuenire, partim non conuenire. Conuenit primū in eo, quod aiūt aperiendā hanc circūstā- tiā confessario, quando is est psona, quæ proderit & non oberit arg. c. Hoc videtur. 22. q. 5. quod habet non esse peccatum manifestare delinquentē personæ, quam putamus profuturam, & non obsuturam. Conuenit item inter autores, quod, quando confessarius non est talis persona, f̄ cōfiteatur ei pœnitens velatus seu transformatus ita, vt nullatenus eū, etiam ex voce discernere queat: & taceat nomen suum. Non enim tenetur pœnitēs mani- festare seipsum, quis est: nisi quantū ad ea, quæ sunt necessaria ad hoc sacra- mentū, ad quod non est necesse scire, quod nomen vel quod domiciliū sit pœnitenti: neq; an sit coniugatus, si matrimoniū non ofendit: neq; an sit religiosus, si castitatem, paupertatem & obedientiā non violauit. Sufficit enim confessario, vt aliquē audire possit & absolvere, certiorē esse factū a pœnitente, quod ipse potest eligere sibi confessariū, vel q̄ habet facultatē a suo superiore, vel, qd̄ scit posse ab eo audiri & absolui. quæ docet Tho- mas a Vio verbo: Confessio. pag. 2. Et probatur esse vera. quia nulla lege, nulla ratione ad ea pœnitens obligatur. Et quod non est patrum canoni- bus inductū, non est superstitiosis adinventionibus inducendum. 2. q. 5. c. Consulisti. c. 2. col. 3. de trans. præl.

Cōuenit tertio inter autores, q̄, si neq; huic remedio locus fuerit, quæ- rendum esse alium confessarium, cui cōfiteatur, si haberi potest. petita pri- mū facultate ab ipso proprio confessario, aut ab ipsius superiore: nō tamē potest eo ipso alteri cōfiteri, nisi sacerdos sit in culpa propter nescientiam, vel quia confessiones reuelat, vt verbis vtar Palud. in Quarto. d. 16. q. 3. sub finem. quod declarabitur in. c. fin. infra. d. 6. post. gl.

Male vero conuenit inter autores, quando nulli horum remediorū est locus. Alii enim dicunt detegendam esse personam tertiam. quorū de nu- mero est Thomas in Quarto. d. 16. & Palud. in Quarto. d. 21. q. 3. col. 4. dicēs mulierem, quæ cōmilit incestum cum fratre vnico, teneri ad dicendum se cōmisisse cum suo fratre. quāuis per hoc sacerdoti notificetur peccatum alterius. Imo Richardus in eadē dist. art. 4. q. 4. & in art. 5. q. 2. idem ait, si est vtile pœnitenti personam nominare. quamuis non sit necesse. quod ta- men posterius negat Palud. Idem tenet, etiam Gabriel ibidem. q. 1. dub. 2. Maior item. q. 3. arg. 8. hanc asserit esse cōmunem sententiam. a qua secū- dum eum imprudentis fuerit recedere. idem Syluester verbo: Confes- sio. 1. q. 24.

e Contra



99 Contra tamen hanc opinionē facit argumentū supra formatū pro altera parte. scilicet quod præceptū de nō lædēdo alium, quod est diuinū naturale, potentius est præcepto de confitendo circumstantiā: imo & vt videtur, quā præceptum de confitendo simpliciter. quod est diuinum, sed positium seu ex tempore datum. Facit secundo, quod tam Richardus, quā Palud. & oēs alii tenēt eum, qui nō posset confiteri circumstantiā mutantem speciē sine confessionis sibi factæ reuelatione, non teneri ad illam confitendā. Facit & 100 tertio, quod frater dominus Altifiodorus, quē refert & sequitur Maior in Quarto d. 15. q. 5. col. 5. vers. Sed remanet. ait eum, qui occidit fratrem sacerdotis vel habet circumstantiā, quā consuevit sacerdos plerūq; reuelare, vel est tale peccatum, quod sacerdotē moueret ad peccandū: vel si quis propriam consanguineam cognouerit, quæ est filia sacerdotis, non teneri illi confiteri talia 101 peccata. Facit, quod Thomas in eadem d. 17. q. 3. art. 4. dixit penitentem, qui probabiliter timet periculū peccandi ex confessione obuenturum confessario, vel sibi, non teneri ad confitendū ei, etiam si non fiat facultas confitendi alteri ab ipso, vel a superiore. Et sentit eum sola contritione confessione non præmissa posse casu illo cōmunicare: tanq̄ qui non habet confessarii facultatem iuxta gl. c. De homine. de celebr. miss. Quanto magis ergo poterit illo solo peccato celato eiusq; confessione in aliud tempus oportunū dilata aliis confessione apertis cōmunicare, vt Thomæ a Vio ratione vtat. Quod enim dicitur confessionē peccatorum omnium debere esse ac integram. verissimū est de se ac secundum confitentis propositum: per accidens autem non disconuenit esse partialem, vt puta per obliuionē & alios modos, quos dicemus infra eo. vers. Cautus. Deniq; facit, quod Thomas a Vio in verbo: Confessionis decima cōditio. pag. 4. dixit non esse cōfitendum peccatum cum reuelatione confessionis, aut cum famæ, vel vitæ alienæ periculo. et ait tunc fieri posse confessionem aliorum peccatorum omittis illis, quorum confessio aliis esset damnosa. Postremo moueor, quod Palud. quē posteriores secuti sunt, dissentit a Richardo dicente ob utilitatem suam posse confitentē detegere tertiā, cum qua peccauit, personam. Dissentit autem ea ratione: quia consilia præceptis cedunt. et, quæ ad utilitatem spirituale, non autē ad necessitatē pertinet, cōsilia sunt. Cum igitur nō lædere alium sit præceptū. §. Iuris præcepta. Instit. de iur. natural. gent. & ciuil. et in proœmio Gregorius. sequitur penitentem non posse iuste propter suam spiritualem utilitatem proximi lædere famā. Hæc argumentatio paulum mutata concludit nostrā propositionē esse veram. Quæ admodum enim consilia præceptis cedunt: ita minora præcepta maioribus. At constat maius & antiquius esse præceptum de non lædendo alium, quā de confitendo circumstantiam.

Illa est.

Illa etiam argumenta, quæ tradunt Adrianus in Quarto de confess. q. 1. tribus colū. postremis, & quæ Iacobus Almayn in 4. d. 17. q. 1. col. 2. docet. pro Altifiodorē si, satis faciunt pro nostræ parte. quāuis cōclusioni aduersæ subscribant. Et hanc nostrā conclusionē tenet Innocentius in c. Omnis col. 2. de pœnit. & remiss. & satis illam sentit Host. ibidē col. 4. dū dixit eum, qui proprio sacerdoti iusta de causa non vult confiteri, neq; reperitur alius, cui confiteatur & necessitas vrget: debere illi cōfiteri omniis circumstantiis, vnde periculū vel dānū sequi posset. Et nos certe secundū opinionē Innocēti cōtra comunē nō semel cōsulimus cōiuncti superioribus rationibus. Per quas facile soluas, quæ p̄ comuni attuleris argumēta. Hacten⁹ de principio quoad textū.

### IN GLOSSAM VERBO: OPORTET.

Memorabilis est hæc gl. & cui raro similitē inuenias in eo, quod asserit circumstantiā solā illā efficere, vt peccatū, quod semel sumus cōfessi, denuo cōfiteamur: quæ peccati speciē mutat. Quod in prima annotatione latius declaratum est.

Colligitur secundo ex gl. teneri nos ad confitendam circumstantiā, quæ peccatū auget, licet non mutet speciē. quāuis, si eam obliuione omittam⁹, nō teneamur iterū confiteri. Quæ tamen conclusio falsa est, aut certe intelligenda, vt procedat de bono consilio, non autē de præcepto, per ea, quæ dicta sunt in annot. illa prima.

Hic tamen occurrit quæstio parū & paucis tractata: An, qui oblitus est confiteri circumstantiā necessario confitendā, teneatur iterū cōfiteri peccatū cum illa circumstantia. an vero sufficiat eā solā confiteri nō aliter peccato aperto. Verbigratia: iuravi me nō percussurū quēdā sacerdotē, vel iuravi, aut voui me nō blasphematurū, aut nō fornicaturū. Sacerdotē illū postea percussit, fornicatus sum, vel blasphemavi contra iuramentū. confessus itē sum percussionē clericī, cōfessus itē fornicationē: sed tacui circumstantiā illā videlicet, quod iuramentū fuerim transgressus. Quæritur nūc, an sufficiat dicere: acculo me, quod ter licitū & sacrosanctū iusiurandū fuerim transgressus. an oporteat aperire, semel fornicando. 2.º percussit do clericū, tertio blasphemando sacrosanctū violasse iusiurandū. Quod ipsum in aliis sexcentis casibus passim occurrit dubitandū. Et, quod nō sufficiat solā circumstantiā sine peccato confiteri, reperio tenuisse Prietate verbo: Confessio. 1. quæst. 10. sub finem. vbi ait: quod si teneremus circumstantiā festi necessario confitendā, nō sufficeret dicere: Decies vel centies peccavi diebus festis. sed oporteret addere: talia decem, vel centū peccata festis peccavi. et addit magnū errorē esse dicere cōtrariū. Pro quod facit, quod oportet species peccatorū specialissimas cōfiteri, hoc est, peccata in specie, quæ dialectici specialissimā, iurisperiti aut, vt plurimū vocant gen⁹ inferius, vel infimū p. l. Legato gñaliter. ff. de legat. 1. & p. l. 2. §. Appellata. cū gl. & ibi traditis. ff. de reb⁹ cred. Quod tradidim⁹ supra

in annot. 2. Et circumstantia necessario confitenda infinite grauias mutat peccatū de vna in aliā speciē secundū oēs. Ergo peccatum illud omiſſa tali circumſtātia nō cēſet ſufficiēter patefactū, etiā ſi circumſtātia illa p se poſtea pateſcat.

105 Contrariā tamen conſuſionē tenet Angelus verbo Interrogatiōes. §. 6 dum ait pœnitentē interrogandū. an diebus feſtis peccarit. & ſi reſpōdeat peccaſſe, interrogandū, quot feſtis id fecerit. Quod ſi neſciat, determinate dicat: an diebus feſtis ita peccauerit, ſicut aliis, & ſufficit. quod memorādū eſſe ait. In quibus verbis duo ſentit Angelus: alterū eſt circumſtantiā feſti neceſſario conſitendā, cuius contrariū ſupra oſtendimus eſſe tenendū. alterū eſt ſufficere ſolā circumſtantiā ſine peccato cōfiteri, quando per obliuionē omiſſa fuit, dum peccatū ipſum prius conſeſſario fuit alias legitime dete ctū. Cuius conſuſio mihi vera videtur & quæ Dei timētes non parū cōſo letur. Pro qua primo facit q̄ in gratia reformatoria nō eſt neceſſariū ex primere ea, quæ fuerūt expreſſa in gratia reformata. verbi gratia: quiſpiā a Sede Apoſtolica impetrauit aliquod beneficiū nulla mētiōe facta de lite, quæ ſuper eo pēdebat, facta tamen de beneficiis, q̄ obtinebat. Deinde mortuo colligante facit ſe in eius ſubrogari ius nulla de beneficiis facta mētiōe. Et ita in prima grā expreſſit bñficia, & non litē. in altera litē & nō bñficia. Reſpōſū eſt in pratorio Rotæ ſubrogationē valere. qđ habet inde ciſione. 274. Licet in ſubrogatiōe. in nouis. ſequit̄ Felinus, tamen ſi rē plus ſatis cōfūdat in. c. In nra. corollario. 16. de reſcript. Cuius ratio ē, q̄ expreſ ſio illa prior bñficiorum facta principi & poſterior illa litis facta eidē ex preſſionē ſatis plenā efficiūt. Ergo & expreſſio peccati facta cōſeſſario ſel & expreſſio circumſtantiæ poſtea addita plenā & integrā reddēt cōſeſſionē.

107 Nec obſtat, ſi dicat̄ in caſu Rotæ eidem Sedi Apoſtolice abas illas ex preſſiones factas fuiſſe: in caſu vero noſtro diuerſis conſeſſariis fieri. non (in q̄) hoc obſtat q̄ Quoniā etiā in noſtro caſu eidē Deo, licet corā diuer ſis miniſtris, fit expreſſio. Et in caſu Rotæ illo ſufficeret expreſſionē illā diuerſis Romanoſanis Pōtificibus fieri vel eidē corā diuerſis miniſtris & data riis, vt quotidie fit, dū gratia facta per vnū Pōtificē mandatur reformari per aliū. Secundo facit, q̄ ſolā circumſtantiā patefacta in caſu noſtro legi de conſitendis peccatis fit ſatis. Quandoquidē aperta ſunt omnia, quæ oportebat aperiri. quoniā apertū eſt peccatū & aperta circumſtantiā. Tertio facit, qđ nulla reperitur lex quæ probet peccatū cū circumſtantiā eidē cōſeſſario eſſe aperiendum, niſi quando memoriæ occurrit vtrunq̄, dum alterū prima vice conſitebatur. Quarto facit, q̄ peccatū vere vna reſeſt, quāuis variis, quæ neceſſario conſitendæ ſunt, circumſtantiis ſepiatur, vt tradūt Richard. & alii in Quarto. d. 16. Et quis in genere morū ppter multas deſormitates multiplex dici poteſt, tamen per cōſitendi modum prædictū, quo primū ipſe act⁹, deinde circumſtantiā pateſcit: illi duplicitati videt̄ ſatiſfactū.

Quinto

Quinto facit, q̄ ſi quis faceret actū ſuo quidē genere bonū, ex ſola vero circumſtantiā malum, quales ſunt multi. c. Venerabilibus. §. ſin. de ſentēt. excō. lib. 6. Fatis cōſeſſione apertū videretur, ſi quis actū in genere cōfiteretur 108 et circumſtantiā in ſpecie. verbi gratia: Largitus eſt quis eleemoſynā ppter vanam gloriā mortalē: ſatiſfacere videtur, qui fecit illam, ſi conſiteatur ſe ciſſe quiddam de ſe bonū & propter vanam gloriā tantū malū, puta cōſtituendo in illa finē vltimū. Nec enim videtur neceſſum conſiteri eū actū fuiſſe eleemoſynæ largitionē. quoniā, ſiue fuerit eleemoſynæ largitio, ſiue alius actus bonus, ſiue indifferēs, modo aliunde nō eſſet malus, nil adiiicit peccato. Et ita nō oportet id neceſſario conſiteri p dicta in annotat. prima Et peccatum cōſeſſione ſine circumſtantiā apertum tale videtur. quoniā, cum iā, quoad malitiā, quā habet ex parte obiecti, fuerit conſeſſario pate factū: alia malitia per obliuionē omiſſa, quoad illā, non oportet iterū pate fieri. At quoad malitiā circumſtantiæ ſatiſſitita conſitendo: feci pater quiddā in ſe malū, quod iam fui cōſeſſus, contra iuramētū. Sexto facit, q̄ alioqui bis teneret conſiteri vnū & idē peccatū propter eundē reſpectū. quod eſt cōtra receptā ſententiā, de qua in gl. 3. c. ſin. infra. d. 6. tractamus.

Nec dicas receptā ſententiā eſſe verā, quando quis eſt ſemel legitime conſeſſus. Quia negari non poteſt legitime conſeſſum eſſe, qui peccatum conſitetur aliquod omiſſa per obliuionē circumſtantiā: ſicut & legitime dicitur conſeſſus, qui omiſſis per obliuionē aliis alia, quæ meminerat, eſt cōſeſſus per. c. Omnis de pœnit. & ibi annetata.

Septimo facit, q̄ ideo peccata in ſpecie conſitenda ſunt vt eorū agnoſcatur grauitas & peccatoris ſtatus ſecūdū omnes in illo. c. Omnis. & in illa d. 17. Sed, qui conſitetur peccatū non recordatus circumſtantiā illius peccati, quatenus ex obiecto erat Dei offeſſiuū, aperta eſt grauitas & etiā ſtatus peccatoris, quoad illud peccatum, in quantū erat malum ex parte obiecti. Quando vero poſtea in genere maſteſtatur actus, & circumſtantiā in ſpecie patefacta eſt grauitas iplius & peccatoris ſtatus, quantū ad illā. Cui conſe quēs eſt totam illius peccati malitiā eſſe conſeſſario penitus patefactā.

Neq̄ obſtat dicere neceſſariū eſſe peccatoris ſtatū ita conſeſſario palā fieri, vt talis appareat, qualis appareret, ſi omnia ſimul eius peccata maſteſtarentur. quoniā hoc non eſt verū, quando aliquid per obliuionē omit teretur. Alioqui enim, qui aliqd peccatū oblitus eſſet, oporteret oīa, q̄ con ſeſſus fuit, repetere i oblitio illo cōſitendo. quod tñ omniū cōſenſu falſū eſt. Ergo etiā in oblita circumſtantiā conſitenda non erit neceſſariū cōfiteri pec catū, cuius erat illa circumſtantiā iam antea, quatenus erat peccatū ex parte obiecti, legitime patefacti. Hanc cōſuſionē mihi videt̄ ſentire Thomas a Vio, cum ait̄ poſſe me vno verbo centū periuria & altero centum furta 109 conſiteri, vt dicemus in. c. Falſas. infra ead. d. Et tñ in tot periuriis & pecca

tis multa inueniētur cum circumstantiis necessario aperiendis. Et ita vir doctus satis sentire videt sufficere, q̄ separatim peccatū & separatim circumstantias confiteamur.

110 Ex cuius mente in illo verbo: Cōfessionis conditio septima & in. q. 3. de confess. iunctis prædictis primo infertur legitimā confessionē esse illius qui sic confiteretur: centies blasphemani, centies fornicatus sum, centies itē rem notabilem furatus sum, & horū omniū fere decem admisi contra iuramentū, quod de his non faciendis vnq̄, vel vsq; ad certū tempus feci. decē admisi eo fine, vt mœcharer: decem, vt malefaciētes in suo peccato fouerē: nō aliter expresso, an de illorū triginta numero essent fornicationes solæ, vel blasphemiarū solæ, vel furta sola, vel quædā ex illis cum aliis mixta.

111 Infertur secūdo sufficenter confiteri illum, qui prædicta peccata fecisset, si priori confessario dixisset ea omissis per obliuionē circumstantiis, & postea illi vel alteri confessario diceret se triginta peccata mortalia, quæ iam confessus fuit, contra iuramentū perpetrasse, quod cōfiteri antea fuit oblitus. Imo sufficeret dicere tricies iuramentū licitum fui transgressus, quod oblitus alteri non fui confessus.

112 Tertio infertur facile ac necessariū remedium illis, qui circumstantias necessario confitendas per ignoratiā, vel obliuionē tempore multo tacerant. Possunt enim supputatione secum facta secundū hunc modū confiteri: quasi centies loco sacro reuerentiā necessario debitā violaui. Aliquādo per ea, quæ de se seclusa circumstantia loci non fuissent peccata: qualia sunt iudicia sæcularia & magnæ occupationis contractus iuxta text. & gl. in. c. Decet de immu. eccles. lib. 6. Aliquando per ea, quæ fuissent peccata, sed venialia: qualia sunt prædicta ob gloriā venialē facta. Aliquoties per ea, quæ mortalia erant: qualia sunt furta fornicationes & confugientiū ad ea loca exemptiones, & extractiones, quæ tamen alias arbitror me, quo ad sui obiecti malitiā, legitime confessum antehac fuisse.

Si autē quis contendere velit nostram conclusionē limitandam esse, vt procedat, quando circumstantiæ illæ omnes sunt eiusdem speciei & eiusdē deformitatis, vt quia omnes sunt circumstantiæ violationis ecclesiæ per effusionē sanguinis, vel oēs sūt violatiōes ecclesiæ per effusionē seminis. Sed, quod quando circumstantiæ illæ variæ sunt speciei, vt quia pars est violatio per sanguinis effusionē, pars per seminis, pars per hominū cōfugiētū exemptiones vel extractiones: vt tūc oporteat oēs, q̄ sunt eiusdē ḡnis, cōiūgere & in sua specie palā facere. Si quis (in q̄) hoc contēderit, non repugno illi. Sicut nec hoc dictū meæ conclusioni repugnat: quæ corollariū hoc scdm aliquam ex parte limet. Ipse tamen arbitror vtile quidē esse ac sanctū descēdere ad has species specialissimas sacrilegii & similes, non tñ omnino necessariū, quando illæ, vt plurimū nō discernūtur: imo vix a doctis aliquādo

fatis

do satis intelliguntur. † Præsertim si parum referat, an huius, vel illius generis siue speciei sunt, quoad iudiciū a cōfessario de pœnitente proferēdū, quod vtiliter & erudite de more docuit ipse Thomas a Vio ibidē. Pro quo vltra ipsum facit, q̄, nisi hoc dicamus, vix fere vllū inuenias, qui multa peccata peccarit, & ea legitime sit confessus. Quis enim inuidiæ, gloriæ vanæ, superbiæ peccata in specie specialissima confiteatur? Quin & nōne luxuriæ plures sunt, quam sex ille vulgatæ species: & rursus illarū aliarū species specialiores, q̄ sint illæ, inueniūtur: vt Martinus in. q. 2. de luxuria demonstrat. & late Thomas a Vio tractat scda Secundæ. q. 154. & tñ secūdū oēs sufficit luxuriæ peccata ita exprimere, vt ad illas sex species descendat. Imo, qd̄ supius dicebamus, nōnunq̄ vitio vertitur ad inferiora descēdere.

Quarto infertur remediū confitendi circumstantiā scandali, quā multi tenēt necessario cōfitendā. qd̄ disputabit infra co. cap. §. Animaduertere. Nam si multis annis illa omissa fuerit, remediū erit ei, qui omiserit, supputare secum, quoties verisimiliter nunc dictis, nunc factis, uunc hoc genere peccatorū, nunc illo publice corā aliis omnibus illis annis deliquerit. vel quoties aliquid, siue de se bonū, siue malū, siue indifferens, quo aliū ad peccandū mortaliter prouocaret, fecerit aut dixerit. & confiteatur se plus minus centies aut millies aut alio numero verisimili peccasse, quo verisimilis occasio delinquēdi aliis præstita fuit. Quod si teneatur, vt infra in d. §. Animaduertere. disputabitur, scandalū tunc demū esse circumstantiā necessario confitendā, quando est scandalū formale, hoc est, ea mente dictū, vel factum, quo alius ad peccandū mortaliter prouocetur: faciat reputet secū, quoties hæc verisimiliter fecerit. & tacitis aliis peccatis dicat se toties verisimiliter id admisisse. Videtur tamen non solū esse confitendum dictum, aut factū aliquod ea mēte, vt alius ad mortale peccatū prouocaret: sed etiam addendū genus peccati, ad quod prouocare intendebat, vt satius exprimatur species ipsa per prædicta. Quandoquidē acta non solū ex obiecto, sed etiam ex fine suam speciē in genere morū sortiuntur secundū Thomā prima Secundæ. q. 18. art. 4. sexto & septimo. Pro quo bonus textus in. c. Cū minister. 23. q. 5. & c. Cū volūtate de sēt. exc. & l. Verū. ff. de furtis.

Postremo in hac circumstantiarū materia illud memorandum: eam, quæ actum de vna in aliam speciē mutat, præsertim mortalē, in genere moris non esse proprie circumstantiam secundum Thomā. prima Secundæ. q. 38. art. 5. & in Quarto. d. 16. q. 3. art. 2. q. 4. Vnde infert ex veniali fieri nō posse mortale per circumstantiā proprie accipiendo illam. dici tamen posse circumstantiam, quo res clarius doceatur: Et quia quoad consulēdum & iudicandum nihil refert, an sic, an aliter dicatur: ideo vulgatiore modo semper loquuti sumus semper loquemur.

IN GL.

e iiii

## IN GL. VERBO MERETRICIS.

Glossa innuit eum, qui rem cum muliere habuit aliena, teneri ad confitendum: an erat pulchra, an deformis. Nam gl. æquiparat hanc circumstantiã aliis duabus. scilicet an esset coniugata vel voto alligata. Et constat has duas esse necessario confitendas quippe, quæ peccati speciem mutant argumento. c. Vouentibus. 17. q. 2. & c. Adulterii. 32. q. 7. Hæc conclusio falsa est. quia licet deformitas mulieris augeat culpã iuxta gl. illam celebrẽ. 14. q. 6. c. fin. quod intellige cæteris paribus: non tamen mutat speciẽ. Et ita licet fuerit bonũ confiteri, non tñ necessariũ iuxta ea, q̄ prædicta fuerunt.

## IN GL. VERBO MODO.

Colligo ex gl. copulã carnis quãlibet habitã cũ muliere siue ordinario, siue extraordinario modo esse peccatũ. pro qua est text. in cap. Meretricis 32. q. 4. Cui adde primo, q̄d hæreticũ est tenere fornicationẽ, etiã simplicissimã, nõ esse peccatũ. Textus nou⁹ in Clem. Ad nostrũ. de hæret. docet Thomas in Quarto. d. 33. q. 1. & secunda Secundæ. q. 154. art. 4. vbi pbat vna via illã esse contra naturã legẽ. Quod ipsum alia via deducit Maior in Tertio. d. 27. q. 29. et concordat Thomæ Io. And. in regula Sine culpa. col. 11. Mercurialis. tradit & Antoninus. 3. part. titul. 1. c. 1. §. 4. Adde autem secundo, quoad conclusionẽ gl. quatenus loquitur de ordinaria carnis copula, intelligendam esse, quoad mulierẽ, quæ non esset vxor eã cognoscentis. Quoniam inter maritũ & vxorẽ copula ordinaria licita est & sancta c. Nicena. 31. dist. & c. Quidquid. 32. q. 2. & gl. notabilis in sũma. 13. dist. Adde tertio q̄ etiã, quoad copulã extraordinariã differũt. nã omnis extraordinaria copula est peccatũ mortale inter non coniugatas. Inter coniugatos tũ demũ, cũ fit extra vas naturale, vt lati⁹ dictũ est supra in annotat. 7

## IN GL. VERB. PERSEVERAVERIT.

GL. Colligit ex textu cæteris paribus eo esse maius peccatũ, quo continuatus. Non enim subleuat schisma: sed magis auget, diu restitisse. c. Schisma. 24. q. 1. c. fin. de consuetud. et clericus ppter fornicationẽ cõtinuatã deponitur etiã hodie: propter momentaneã non deponitur gl. memorabilis. 1. c. Presbyter. 82. dist. Facit, quod supradictũ est, de peccato iterato, seu de illius multiplici executione, et quod gl. singularis ait in c. Imitare. 6. q. 1. quæ habet toties nouã pœnitentiã imponendã, quoties quis fornicatus est cum eadẽ muliere. Et ebrietas, si assidua est, peccatũ mortale fit 25. d. §. Criminis. quẽ cõmẽdat Pan. in c. A crapula. de vita & honest. cleric. Et, quamuis prædicta & quæ comuniter doctores nostri in hoc citant, magis pertineãt ad iterationẽ delicti & numerũ peccatorũ, quam ad perseverantiã & continuationẽ eiusdem peccati: tamen conclusio. gl. vera est etiã, quando

quã solum est continuatio & non iteratio delicti, vt annotauit Pan. in c. Cũ haberet. col. 2. de eo, qui duxit in matrimo. Magis enĩ peccat, qui voluntatem peccandi sine interruptione per horam continuauit, quam qui per mediam horam. et, qui, vt occideret alium, toto die huc illuc sine interruptione obambulauit, & tandem occidit: quam, qui momento temporis & voluit occidere & occidit. Et tamẽ prior non peccauit nisi vnum tantũ peccatũ, etiam si actus interior interruptus fuit non interrupto exteriori secundũ ea, quæ scripsimus supra in annot. 5.

Contra tamen hanc gl. facit. l. Si diutino. ff. de pœnis. vbi Modestinus ait: Si diutino tẽpore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuanda erit. et iterum: Constitutũ est nõ eodem modo puniendos eos esse, qui longo tempore in reatu agunt, sicut eos, qui in recẽti sententiã accipiũt. Secundo facit. l. Adulter. C. de adulter, quæ habet accusationem adulterii quinquẽnio tolli. Facit. l. Querelã. C. de falsis. quæ habet accusationẽ falsi & alias criminales viginti annis tolli.

Ad horũ primũ respondeo quicquid multi in multis locis dicant. l. illã. Si quis diutino non agere de delicto multo tempore continuato, sed de delicto momentaneo pridem factõ. Et sensus est eum, qui occidit hominem ab hinc decem annos, leuius esse puniẽdum, quam, qui hoc anno occidit, vt gl. frequentius recepta sensũt in primo intellectu illius legis. Ex quo quidam recentior vir nõ contẽnendã eruditionis inferebat non esse talẽ homicidã decapitandum. Quoniã pœna homicidæ ordinaria mors est. l. 3. C. de episcop. audiẽ. & ille leuius puniendus est: ergo non morte.

Ad illas. l. Adulter. & l. Querelã. prædictas respõdeo in illis solum probari antiqua delicta ob diuturnitatẽ temporis aliquãdo impunita relinqui. Quod nulla ex parte contra nostrã conclusionem est, quæ habet per continuationẽ augeri delictũ. quidquid. And. Sicul. in c. fin. col. 3. de cõluctu. inuoluat. Fateor tamen in tali crimine antiquo puniendo forũ cõscientiæ a foro exteriori differre. nam in foro cõscientiæ nõ imponetur minor pœnitentia pro antiquo, q̄ pro recenti. quod annotauit Pan. in dicto. c. Cũ haberet. Imo & in hac re forum exteri⁹ spirituale a foro exteriori temporali differt. quia etiam, quoad pœnas spirituales fori exterioris, non tollunt crimina temporis diuturnitate secundũ gl. 8. sub finem. c. Admonere. 33. q. 2. quam cõmendauit Feli. in c. Cum nobis col. fin. de præscriptio. & Balbus in eodẽ titul. quart. part. 4. q. 2. col. fin. & Decius in c. Licet. de pbat. col. 15 & videtur hoc voluisse Romanus sing. 182. vbi tenuit, quoad ecclesiam, non p̄scribi crimina allegando Speculatorem.

¶ .s. Defleat virtutem. Textus.

**D**efleat virtutem: quia interim caruit. Dolendum est enim  
 & dolore purgandum est non solum: quia peccauit: sed, quia se  
 virtute priuauit. Nam licet speret se consequiturū veniā: do-  
 lere tamen potest: quia non promeruit: vnde remunerari con-  
 fidat. Anxietur & doleat: quia modo effugiēs de pręteritis poe-  
 nam miser tamen non inde expectat gloriam: cuius omne tē-  
 pus: quoniam breuissimū est: debuit decertasse ad cōsequen-  
 dum pręmium.

### SVMARIA.

- 1 Virtus relicta summus dolor, & felicitas amissa sūma infelicitas. n. 2.
- 2 Pœnitentię non necessariū de virtute relicta dolere.
- 3 Tempus vitę huius breue & etiam longū. n. 9.
- 4 Locationem ad decem annos ad longum dici tempus. Imo & locatio ad cuiusuis hominis vitam. n. 6.
- 5 Eadem pauca & multa respectu diuersorum.

**H**A Ecce secunda pars, ex qua primo colligitur ita oportere  
 peccatorem pœnitere peccati, vt nō solum doleat, quod pec-  
 cauerit: sed, quia se virtute priuauit. facit. c. Sūt, qui. supra. d. 1.  
 sub finem ibi. f. Nihil est, quod tā summi doloris sit, quā si  
 vnusquisq; positus sub captiuitate peccati recordetur, vnde lapsus sit atq;  
 vnde ceciderit. & quod ad corporea atq; terrena ab illa speciosa & pulchra  
 diuinę conditionis intentione defluerit. vbi gl. citat illud Seuerini de  
 consola. philosop. lib. 2. prof. 4. f. Infelicissimū genus infortunii est fuisse fe-  
 licem. quod etiā allegauit. gl. in. c. Consideranda. 86. dist. Facit. c. Quia san-  
 ctitas. 50. dist. dū citat Apocalip. c. 2. Memento, vnde cecideris & age pœ-  
 nitentiā & prima opera fac.

Contra tamen hanc conclusionem facit, quia pœnitentia est pręterita ma-  
 la plangere & plangenda iterū nō cōmittere. c. Pœnitentia supra d. 3. & ita  
 non videtur de essentia pœnitentię dolere de virtute relicta. Secundo fa-  
 cit, quod fieri potest aliquē sui peccati sūme pœnitere, tanq̄ rei sūme odi-  
 bilis ac pariter vitabilis, & quia non veniat in mentem virtus illa, quam per  
 peccatum perdidit: sed tātum offensa Dei, quę diligere maxime debebat.

3 Respondeo verum esse id, quod argumenta colligunt, nō esse (inquā)  
 in essentia & ratione pœnitentię dolere de virtute relicta. quę magni Au-  
 gustini sententia est. quod asseruit Thomas in Quarto. d. 17. q. 2. art. 2. q. 1.  
 Sed dolor de virtute pdita & relicta impellit hominē, quō graui⁹ oderit  
 peccatū, qd tantū mali ei attulit. quod etiā senserat Persius iis verbis.

Magne

Magne pater diuū sauos punire tyrānos.  
 Haud alia ratione velis, cum dira libido.  
 Mouerit ingenium feruenti tincta veneno,  
 Virtutem vt videant intabescantq; relicta  
 Et, quod subiicit  
 An me magis Siculi gemuerunt æra iuueni?  
 Est enim hoc simile omnino illi. c. Sunt qui, supra citato.

**T**ert. Omne tempus: quoniam breuissimū est:  
 debuit decertasse miser ad p̄niū consequēdū.

Colligo secundo f. huius vitę tempus delendis peccatis & quærēdis vir-  
 tutibus datum esse breuissimū. Cōsonat illud Apostoli ad Galat. 6. Dum  
 tempus habemus, operemur bonum. & illud eiusdem ad Ephes. 5. Redi-  
 mentes tempus. quoniam dies mali sunt. Et operę precium quidē est vol-  
 uere sc̄pe nobiscum illud Maronis.  
 Sed fugit interea fugit irreparabile tempus.  
 Et illud eiusdem  
 Stat sua cuiq; dies breue & irrepabile tempus.  
 Omnibus est vitę.

Et quia bene vel male demerendi tempus solum est in vitā præsenti. 13. q. 2.  
 c. In præsenti. Cōuenit etiā meminisse illud Pythagorę relatū p. gl. Clā. 1.  
 de celebr. miss. f. duorū temporū curā esse habendā, matutini & vespertini  
 hoc est, eorū, quę egimus & eorū, quę acturi sumus. Neq; ille Hippocra-  
 tis aphorismus excidat, Ars lōga vitā breuis, iudicium difficile, ex-  
 perimentū fallax, tempus acutum. Quo apertius est illud Job 13. Homo  
 natus de muliere breui viuens tempore.

Contra tamen hanc cōclusionē facit, quia f. tempus decem annorū dicitur  
 esse longū. C. de longi tēp. prescrip. & locatio ad decem ānos appellatur lo-  
 catio ad iōgū tempus gl. multis putata sing. quę postrema est Cle. 1. de reb.  
 eccles. non alie. & recepta per Card. Imol. Panor. & Rauē. ibi. quę tamē si-  
 milē habet in. l. 2. ff. si ager vectig. vel emphit. Et cōmuniter ita tenetur se-  
 cundū Bart. in. l. 1. §. Quod aut. ff. de superficie b. s. & cōsuetudo id seruat,  
 vt testatur Bald. in. l. i. l. i. b. c. mus. 2. col. 3. C. de sacrosanct. At vitā hominis lō-  
 gior tempore decē annorū putatur. l. fin. C. de sacrosanct. & l. Hæreditatum. ff.  
 ad. l. Falcid. Ergo vitę hōis tempus nō breue, sed longū potius dici debet.

Contra etiam facit, quia f. locatio facta ad vitā alicuius dicitur facta ad lō-  
 gū tempus secundū Alex. cōsil. 119. Visis narratis. in fine lib. 3. vbi conclu-  
 dit emphyteutā, sicut non potest emphyteusim irrequisito dño alienare,  
 ita neq; ad vitam alterius concedere. Hec eadem probat Decius in consil.  
 204. In causa reuerendissimi.

Ad hæc

Ad hæc respondeo vera esse omnia in iis duobus argumētis adducta.  
 7 & ideo cōcedo huius vitæ tēpus in se quidem esse longū, & respectu eo-  
 rū, de quibus in argumentis agitur, nō esse breue. At respectu futuræ, quæ  
 infinita est & intermina, breue esse, & quasi momētū. respectu cuius text.  
 noster appellat vitæ hominis tempus breue. Neq; nouū est idē posse dici  
 8 longū & breue respectu diuersorū sicut eadē dicuntur pauca & multa, cū  
 ad diuersa conferuntur secundū Aristot. in Prædicā. gl. iuris optima q̄ se-  
 cunda est. c. Latores. de cleric. excō. ministrāte. cui fere similis est gl. pen. c.  
 Disciplina. 4 s. dist. Confirmantur hæc per illud Hieronymianū sup Iere-  
 miā. A Eternitati collatū omne tempus breue est.

Glossas, quia nihil dignū explicatione habent, non tango.



### .§. Ingratus. Textus.



**I**ngratus enim extitit: qui plenus virtutibus  
 Deum non omnino timuit. In hoc enim quisq;  
 peccato: fit culpabilior: quo est Deo acceptior.  
 Ideo enim Adam plus peccauit: quia omni  
 bono abundauit. Etiam alio modo offendens in vno reus  
 est omnium. Quia omnes virtutes patiuntur detrimentum ab  
 vno vitio. Nam si quis cadit in auaritiam, largitatē destruit &  
 etiam castitatē minorauit. amore enim pecunię vel violaret  
 castitatem: vel saltem minus amaret. Si enim tanta propter  
 Deum adhuc castitas inest, vt nolit eandē perdere: tamen sal-  
 tem minori gaudio, minore affectione tuctur eam: vbi videt  
 inde procedere damnū pecunię. Sic quoq; & in alijs, quæ &  
 & si non expellantur, tamen perceptione vnius vitij vel satis:  
 vel parum minuuntur: vel intētionē deteriorantur. vnde om-  
 nis virtus amissa cuiuscumq; crimini est deflenda. Et de omni-  
 bus indulgentia petenda est.



### SVMMARIA.

- 1 Peccat magis, qui melior, & quare. n. 3.
- 2 Maior, qui melior.
- 4 Virtus sua nemini nocet, sed eius non vsus.
- 5 Circumstantia bonitatis peccatis non confitenda.

Hæc est



**H**æc est tertia pars huius cap. ex qua primo colligo cæteris  
 parib⁹ peccatū eo grauius esse, quo peccans melior est. & ita  
 dicit gl. in verb. ideo. quo quisq; perfectior est, eo grauius  
 delinquere. Facit, quod magnitudo personæ grauat peccatū.  
 c. Homo CHRISTIANUS. 40. d. Facit illud Iuuenalis, quod retulit. gl. in  
 verb. tanq̄. c. 2. de translat. prælat.

Omne animi vitium tanto conspectius in se.

Crimen habet, quanto, qui peccat maior habetur.

¶ At, qui maiore virtute est & maiore sciētia, maior est. c. Quanq̄. 2. q. 7. &  
 Ecclesiastici. 25. Quam magnus est, qui inuenit sapientiam & scientiā. sed  
 non est super timentē Deum. Facit, quia quo quisq; est maior virtute &  
 sapientia, facilius peccato resistere potest, ingrator est Deo, qui maiori-  
 bus eum ornauit. plus suo malo exemplo alios destruit. Ergo plus pec-  
 cat. Quod Thomas concludit prima Secund. q. 73. art. fin. pro q̄ est casus  
 hic. Et faciunt, q̄ supra in princip. capit. in ānotat. 6. dixim⁹.

Contra tamē hanc cōclusionē facit, quod nemini sua bonitas nocere de-  
 bet neq; cuiq; sua malitia prodesse. c. 1. col. 3. de postul. prælat. 2. q. 5. c. Quā-  
 to. L. Itaq; fullo. ff. de furtis. Ergo neq; bonus, quia bonus, magis peccat:  
 neq; malus, quia malus, minus. Præterea apud Deum nō est personarū ex-  
 ceptio. ad Roma. 2. & c. Nouit de iudic. Ergo bonū idipsum, quod malus  
 peccat, peccantē non debet magis punire.

Ad horum prius cōcedo nemini suā virtutē nocere debere. neq; dico  
 peccatū melioris ex maiore illius virtute crescere: sed poti⁹ ex illius abusu.  
 Quo eni quisq; melior ē & peccat, magis abutit iis, q̄ De⁹ ei dedit, bonis.

Ad posterius concedo Deum nō esse personarū acceptatorē: sed nego  
 esse personæ acceptionē, quando melior magis punitur, quā alius, eo, quia  
 ingrator fuit & magis peccauit.

Hæc tamen conclusio moderanda est in eo meliore, qui ex cōtēptu, vel  
 coram alijs, aut contra suum votum peccaret. Nā ille melior, qui ex igno-  
 rantia, vel subreptione ac in occulto in alijs, quæ contra sua vota non sunt,  
 peccat, leuius cæteris paribus delinquit, quā alius malus vel minus bonus.  
 Quoniā vt Thomas secunda Secundæ. q. 126. art. 1. aiebat in hæc fere ver-  
 ba: Peccatū eius, si leue sit, quasi absorbetur a multis operib⁹ bonis, quæ fa-  
 cit. Et, si sit mortale, facilius ab eo resurgit propter intētionē, quā habet i  
 Deum erectiorē: quæ, q̄ quis ad horā intercipiāt, facile ad pristina reparat.  
 Vnde sup illud Psal. Cū ceciderit, non collidet. dicit Origenes: Iniustus, si  
 peccauerit, non pœnitet, & peccatū suū emēdare nescit. Iust⁹ autē scit emē-  
 dare, scit corrigere. Sicut ille, qui dixerat: Nescio hominē. paulo post, cū  
 respect⁹ fuisset a Dño, flere cœpit amarissime. & ille, q̄ de tecto mulierē  
 viderat & concupierat eā, dicere voluit: Peccaui & malum corā te feci.

Nōtū

Non tñ hæc circūstantia est necessario confitenda, nisi, quando, & vt dictum est in annotat. 6. super princip. cap.

Secundo colligo per vnum peccatū mortale perdi omnia bona præterita. & colligo declarationem illius Iacobi. 2. Delinquēs in vno fact⁹ est omnium reus. quod, ne nimium oneret hoc. c. declarabitur in. c. fin. huius. d.

### Text. §. Animaduertere.




Animaduertere etiam oportet et animaduertendo deflere animam proximi: quam Deo fornicator eripuit, vcl ereptam in malo cōfirmavit. Etiam, q̄ exemplū extitit mali in operatione sui criminis: cui magis profuisset: si aliis fuisset causa conuersionis. Gemat itaq; aliorum vitam in sua corruptā: vcl incorruptam non conseruatā et proximi comodū: quod decisset exēplo homini. De tristitia doleat: q̄ bonis peccādo intulit. Et de laetitia quam eis nō adhibuit. Et non solū cogitet: quid et qualiter fecerit: sed quam iuste Deū (vt diximus) peccando offēderit. Timeat illam veritatis sententiā: Nō potestis duobus dñis seruire. Timeat ergo: ne omnia bona, quae fecit, tum in vno peccato perseuerauerit, ex comunicatiōe mali perdidit: vt qui seruiuit diabolo per crimen: Deo, quas obtulerit, amiserit virtutes. Pium tamē est credere, vt recepta Dei gratia, q̄ in eo destruit oīa mala: etiā priora remuneret bona. vt cū destruxerit: quod suū non inuenerit, amet et diligat bonū: quod etiam in peccante plantauit.

### S V M M A R I A.

- 1 Peccatum quo publicius, eo grauius, si cætera sunt paria. n. 3.
- 2 Peccata notoria graua etiam post pœnitentiā missare impediunt.
- 4 Scandalum quid.
- 5 Scandali circūstantia duobus casibus confitenda secundū omnes.
- 6 Peccat quæ mulier leuiter se conspectui obiectat illius, quē credit ob hoc in peccatum ruere.
- 7 Peccat qui honorē, vel famā sine animo tollendi tollit.
- 9 Scandali circūstantiā confitendā, quādo etiam sine proposito inducendi ad peccatū verisimilis ruendi occasio datur.
- 10 Pœnitentiā bona mortificata restituere, non autē mortua.

Hæc est



Hæc est q̄rta pars huius cap. ex qua primū colligo cæteris paribus grauius esse peccatū, qd̄ corā pluribus fit. Tolerabilius enim culpa, si lateat. 3. 2. q. 4. c. Nemo. Quo enim corā pluribus fit, plus scandali & nocementi præstat. gl. in. d. c. Nemo. & c. De homine. de celebratione missarū. tradit Pan. in. c. Cū quidam. de iuretur. n. 3. Quia vna cuius morbida totum gregē inficit. c. Sed illud. 4. c. d. et vno peccante cæterorū corda infirmorū percutiuntur. c. Si mala. 2. q. 4. & cæteris paribus, quo peccatū est nocētius, eo est & grauius, vt sentit Augustin⁹ in 3º de lib. arbit. illis verbis: Quia vitiū naturæ aduersat, tantū additur malitiæ vitiorū, quantū integritas naturarū minuitur. et tradit Thomas prima Secū. q. 73. art. 8. Ad idem facit. c. Præcipue. 11. q. 3. in illis verbis. Tot mortibus digni sunt prælati, quot perditionis exempla transmittunt. & in art. 8. prædicto col. 2. Thomas ait eum, qui publice fornicatur, quia plus scandalizat, plus peccare, quamuis neq; mentē in id intēdat, neq; præuideat illud. Vnde & fur nō manifestus dupli, manifestus aut quadrupli punitur. §. Pœna. Institu. de obligation. quæ ex del. nascūt. & vi rapientis pœna semper est quadrupli. Institu. vi. bonor. rapto. in principio Facit. l. 2. §. At generaliter. ff. eod. ex quo Bart. colligit graui⁹ peccare, qui publice, q̄ qui clam delinquit. Et peccata graua impediunt a celebratiōe post pœnitentiā, si sunt notoria. quod quidam parū, quod dolendum est, aduertunt. non autem regulariter, si occulta. c. fin. de tempori. ordi. Facit. c. Vestra. c. fin. de cohabit. cleric. & mul.

Non obstat. l. fin. ff. de rit. nupt. quæ habet minus puniendum esse illū, qui clam cum collateralis consanguinea contrahit, quā qui palā. quia ibi non erant cætera paria. Quoniā, qui clam contrahit præiuratur cōtrahere sciens: qui vero palam, ignorās. At ignorantia, si modo non est affectata, minuere peccatum, dictum fuit in princip. cap. annot. 8.

Est tamen non mediocris difficultas: an huiusmodi circūstantia necessario sit confitenda. Et pro parte affirmatiua facit, quod publice peccare. videtur circūstantia, quæ prohibetur speciali præcepto de non scandalizando alium. quod habetur Matth. 18. & c. Nihil. de præscripti & c. 2. de noui operis nūciat. Quoniā omne publicū peccatū est scandalū. Scandalum enim est dictum, vel factum minus rectum præbens occasionem ruinae secundū Hierony. super Matth. 18. c. et tradit Thom. secunda Secū. q. 4. art. 1. Archid. in. c. Licet. 45. dist. Et omne peccatū coram aliis factū præbet eis occasionē ruinae. Secundo facit pro hac parte, quod scandalū est speciale peccatum secundū Thomā in prædicta. q. art. 3. et omnia peccata sunt in specie sua confitenda secundū quæ supra in annot. 3. principii cap. dixim⁹. Tertio facit, quod opus in se bonū, propter speciē mali transiens in scandalum, quod sit peccatū mortale, necessario est confitendū. quia tale peccatū sub nulla

sub nulla specie alia continetur, sub qua possit confessorio aperiri. Ergo a fortiori, quod est de se peccatū capitale, si transeat in scandalū, debet confessorio sacerdoti manifestari.

Pro parte vero negatiua facit primo, quod scandalū passiuū, quod est ruina in peccatū ex facto vel dicto minus recto alterius, non est peccatū speciale. Quia cadere in peccatū ex dicto vel facto alterius non addit speciale deformitatem. Scandalū autē actiuum potest esse sine intentione & proposito faciendi alterum ruere. et, quæ præter intentionē agentis sunt, nō dant speciem peccati arg. c. De occidēdis. 23. q. 5. & c. De cætero. cum ibi notatis de homicid. Ergo neutrum scandalum est necessario confitendum, neque actiuum, neque passiuum.

5 Respondeo dicendum, quod duobus casibus necessario hanc circumstantiā esse confitendā secundum omnes: prior est, quando, qui publice peccat, ea mente id facit, ut alium in peccatū mortale inducat. Quia hoc est verū ac formatū scandalū et directo contra præceptū de non scandalizādo. Matth. 18. c. Et hoc cōcludit primū argumentū pro affirmatiua parte factū. quod inter omnes conuenit. Secundus casus est, quādo quis opere, quod suo genere bonum est, aut indifferens, speciem tamen mali habente, ruinæ occasionē præstat. Huiusmodi enim peccatū sub nulla alia specie locari potest, quam sub scādalo, & ideo est speciale scandalum peccatū. quod diligenter annotauit Thomas a Vio in secunda Secundæ. q. 43. arti. 1. sub finē addit. 1. Tertius autem & dubius & frequentior casus est, quando aliquis mortaliter corā aliis peccat, non tamen ea mēte, ut aliis delinquēdi anīam præstat. In hoc etiam casu circumstantiā scandalum confitendā asseruerunt multi, & in his Adrianus in Quarto de confessione. q. 4. col. 4. & Maior in Quarto. d. 38. q. 3. & Syluester in verb. Scandalū. q. 2. in fine carpens sūmā Pisanellā, quæ habet beatū Thomā secūda Secundæ. q. 43. arti. 3. tenere nō esse peccatū scandalum speciale peccatū illud mortale corā aliis factū, per quod qui peccat alterius vidētis ruinā nō procurat. Palud. etiam in Quarto. d. 38. q. 6. col. 2. vers. 3. cōcludere videt paria esse facere aliquid, quod cures aliū ad mortale ducere: & facere aliquid, quod suapte natura est ad illud inductiuū. quod ipsum ait Anto. 2. parte titu. 7. c. 4. §. 4. col. 1. & in col. 6. dicit, quod eam scēminam mortaliter peccare, quæ credens & aduertēs aliquem sui visu cadere in sui concupiscentiam parui facit illud, & se illius aspectui indifferenter offert, non, ut inducat illum in eam concupiscentiā, sed ut fatifaciat suæ voluntati, & leuitati, excurrēs forte per vias, manēs in ostio, aut in fenestra. quo sua pulchritudo laudetur, vel ob aliam vanitatē. Facit, quod, qui dicit aliquā contumeliā alicui, non, quo ipsum dehonēstet: sed, quo forte corrigat, vel cum eo iocetur: si sequatur dehonēstatio, contumelia est secundū Thomā scda Sec. q. 72. arti. 2. Similiter & qui alteri malū ex animi leuitate sine animo illum

illū infamandi profert, si ex hoc sequatur infamia, peccatum detractionis committitur, & necessaria est famæ restitutio. Tho. scda Secū. q. 73. art. 2.

Ex quibus colligitur id, quod est detractio materialiter, & per accidēs, reduci ad detractiois speciem, si fama lædatur. similiter & contumelia, si honor lædatur. Ita ergo scandalū per accidens, si inde sequatur ruina alterius, ad scandalum speciem reducitur.

Tertio facit, quod diffinitio scādali tota cōuenit peccato mortali publico, licet sine inducēdi alios ad peccatū animo fiat. Quarto facit quod stat aliquid esse accidens alicui vno respectu, & eidē essentialē altero: ut coloratū accidit homini, in quantū homo est. essentialē vero est, in quantū est albū. Pari ratione licet peccato publico eius, qui non præterdit scandalizare, sit accidens scandalizare, in quantū est aliud peccatū, quod scandalū: in quantū tñ est publicū malū, videtur ei essentialē. Per quod videtur concludēdū nō sufficere cōfiteri peccatū, si est publicū, vel corā aliis factū, nisi & hoc ipsum confiteare.

Contra tamen hanc conclusionē facit, quod ait Thomas secunda Secū. q. 43. art. 3. peccatū publicū, quo alterius ruina non quæritur, grauius quidē esse. quia graui⁹ est peccare manifeste, quod secrete, ut ille ait, & supra cōclusū est. non tamen in speciale scandalum peccatū transire. quod & Tho. a Vio ibi probat, & idem repetit in summa verb. Scandalū. Facit, quod idem in prædicto articulo. 1. ponit differentiā inter scandalizare per actionē secundū se malam in publico factam & scandalizare per actionē mali speciē habentē. Quoniam harum prior nec formaliter, nec reductiue fortitur speciem scandalum. quia manifeste peccare est circumstantia graui⁹, non varians speciem. Posterior vero actio reductiue spectat ad speciem scādali, quia nullam aliam rationē peccati habet, & tamen constat esse malam.

In hac re valde quotidiana nec min⁹ dubia nihil occurrerat in lectionis cursu, quod asserere auderem. At eam nūc, quamuis raptim, recognoscēti videtur, salua, quæ iustior sit, sententia dicendum: Quoties peccatū a tali persona fit & coram talibus, quibus probabile est ac verisimile nouā occasionem ruinæ per illud dari, toties circumstantiā subesse necessario confitendā, ut prioris partis assertores aiunt. Quando vero coram talibus peccatur, quibus non est probabile neque verisimile dari per illud nouā ruendi occasionē, tunc circumstantiā huiusmodi non adesse, ut posterioris partis assertoribus placet. Verbi gratia: fornicatur quis coram eis, qui ad fornicandum parati erant. vel ferit aliquis ense alterum coram viris egregie mansuetis, de quibus credere par est illiusmodi percussione non esse ad percussorem alliciēdos. aut castrametatus est alicubi exercitus quispiā, milites passim vineas ingrediuntur & vuas edunt alienas, & quæ forte sunt amicorum. Sexcetera id genus alia exēpla proponas. in quibus adeo, qui videt, ad peccandū est illectus vel a peccādo lemotus, ut alteri⁹ exēplo nil moueat.

f Ex quib⁹



Ex quibus infero ad constituendum aliquid in vera scandali specie non sufficere actionem ex se malam & suapte natura occasionem ruendi alii praestantem, nisi & qualitas illorum, coram quibus ea fit, verisimile faciat viro prudenti occasionem cadendi dedisse, licet forte ipsi non cecidissent.

Secundo subinfertur verbum illud: praebens occasionem ruinae. indiffinitio ne scandali suprapositum non esse ita exponendum. 1. suapte natura malum, sed, quod scandalizandi mente fit, aut verisimiliter ac probabiliter ad ruinam & peccatum videntem prouocat.

Contra tamen hoc facit, quod Petro dictum fuit a CHRISTO: scandalum mihi es. Matth. 16. at non erat verisimile CHRISTVM scandalizandum.

Respondeo primo aliquibus videri illud peccatum Petri non fuisse scandalum. Sed hoc verbis Euangelii repugnare videtur. Habent enim illa sic: vade retro me sathanas, quia mihi scandalum es. Quare dicendum primo illud Petri peccatum verum scandalum fuisse, quia per illud curabat CHRISTI passionem impedire, & ita erat scandalum formale, siue formatum.

Secundo respondeo, quod Petro, ut erat tunc affectus, qui nodum satis CHRISTI diuinitatem nouit, verisimile debuisset esse, quod ipse dicebat, scandalizare potuisse CHRISTVM.

### **Text. Dei gratia, quae in pectore destruit omnia mala, etiam priora remunerat bona.**

Colligo secundo, ex iis verbis per poenitentiam restitui poenitenti omnia bona, quae fecerat ante peccatum. Quod est verum si de bonis mortificatis per peccatum mortiferum, quae videlicet facta fuerunt in gratia & aliquando vixerunt: non autem de bonis factis in peccato mortali, & ideo semper mortua fuerunt. Quod copiose tradit Gabriel in Quarto d. 16. q. 3. & pressius Maior in eodem Quarto. d. 22. q. 1. et ante illos Thom. in tertia part. q. 89. art. 3. Quod latius expressimus in c. Pium est. supra. d. 3. vbi tenuimus peccatorem semper ad maiorem resurgere gratiam.

### **Text. s. In his.**

**I**n his omnibus dolens aut relinquat saeculum aut saltim illa, quae sine admixtione mali non sunt administrata, ut mercatura & militia & alia quae vteribus sunt nocua, et administrationes secularium potestatum, nisi his utatur ex obedientiae licentia.

### **S V M M A R I A.**

1 Poenitenti consulendum, ut a periculosis officiis absteineat.

1 **H**Aec est quinta pars: ex qua colligo eum, qui ex animo poenitet, abstinere debere ab officiis, etiam licitis, si sunt periculosa ita, ut difficile sine peccato exercentur. qualis est mercatura & qualis militia

militia. Quod verum est de consilio, non tamen de praepcepto, ut dicitur in duobus capit. seq. quorum est haec dos peculiaris.

### **Textus. §. Ponat se.**



**P**onat se omnino in manu iudicis et iudicio sacerdotis nihil sibi reseruans sui, ut omnia iubente illo paratus sit facere pro anime vita recipienda. quicquid faceret pro euitanda corporis morte. et hoc cum desiderio, quia vitam recuperat infinitam, ut dicitur. Cum gaudio enim facere debet immortalis futurus, quae faceret pro differenda morte moriturus.

### **S V M M A R I A.**

- 1 Poenitens poenitentiam impositam sibi suscipiat de consilio, non de praepcepto. n. 6. si discreta est. n. 7. nisi talis praecipitur, quae etiam non iubente confessario subeunda sit. n. 9. & 13.
- 2 Omnino haec vox quid significet.
- 3 Peccat mortaliter, qui superiori non paret.
- 4 Poenitentia qualis nimirum melancholico non subeunda.
- 5 Poenitentia condigna minor peracta non liberat in totum.
- 8 Poenitentiae parum discretae exempla.
- 10 Peccatum e non peccato efficit contemptus.
- 11 Confessario cur non parandum necessario, iudici autem exteriori sic.
- 12 Poena cum varia, est cuius optio.
- 14 Poenitentia ingrediendi religionem non necessario acceptanda.
- 15 Poenitentiales canones in quo statuti.
- 16 Intellectus. c. 1. de poenit. tangitur.



**H**Aec est pars sexta: ex qua primo colligitur poenitentem ad acceptandam totam poenitentiam ei a confessario impositam teneri. Quod colligo primo ex illis verbis: Ponat se omnino in potestate iudicis. pondero dictionem omnino siue significet tunc aliqua pactione, conditione, vel modo iuxta gl. memorabile, quae est prima. c. Ex parte. 1. de off. deleg. siue significet ipso iure iuxta gl. in l. 1. §. Si pecuniam. ff. de positi. verbo: omnino. putata sing. a Ludo. Roma. sing. cui tamen similis est in auth. Qui rem. C. de sacros. eccles. siue, quod germanius est huic text. totaliter siue in totum iuxta text. iuncta expositione Archid. quem alii sequuntur in c. Si beneficia. de praebend. lib. 6. Pondero secundo, quod ait: nihil sibi reseruans. & mox iterum: omnia eo iubente paratus sit facere. Pondero quarto, quod ait poenitentem debere suscipere tantam poenitentiam, si ei imponatur, quantam susciperet pro euitanda corporis

porismorte. Facit secūdo illud: Si quis principi non obedierit morte moriatur. c. 2. de maior. & obedi. & 1. Regū. 15. c. iuncte. c. Per venerabilē. col. 3. fin. qui filii sunt legit. Per quæ concluditur peccatū mortale peccare, qui superiori non paret. At confessarius superior & præfectus confitentis est, etiam si confitens fuerit Papa. gl. putata sing. in. c. Sane. 2. de off. deleg. quæ similem habet in. c. Nemo. 9. q. 3. Facit tertio, q̄ iudici parēdum est, nisi ab eo iuste appelletur. c. Ut debitus honor. cum similib⁹, de appellationibus. Facit 4<sup>o</sup>. q̄ si pœnitenti, qui tenet domi concubinā aut famulā, cui periculose conuiuit, confessarius præceperit, vt eā a domo eiiciat: tenetur confitens eam eiicere secundū Richard receptū in Quarto. d. 18. art. 3. q. 5. Facit 5<sup>o</sup> quod confitens tenetur obedire confessario iubenti restitutionem male ablatorū secundū omnes. & satis probatur argu. c. Sæpe. de rest. spoliat. & eorum, quæ ait Thomas secunda Secundæ. q. 62. art. fin. Facit sexto, quod hæc eadē verba text. refert Magister & ita simpliciter intelligit in Quarto d. 18. vbi etiā alia sctōrū dicta in hoc ipsū citat. Facit 7<sup>o</sup>. q̄ hanc partē etiā simpliciter tenet Anto. 3. part. tit. 14. c. 19. §. 18. & atē illū Thomas & Palu. in Quarto. dist. 20. q. 2. versic. 3. & clarius predictis Maior. dist. 17. q. 2. qui mouetur per. c. Statuimus. de maledicis. quod habet ei, qui pœnitentiam renuerit suscipere, interdicēdum ingressum ecclesiæ. latius, quā Maior, tenet Almayn in. d. 18. Quarti col. 4. Q̄d etiā sentit Roffensis art. 5. contra Lutherū. vbi multa in hoc dicta sanctorū citat. & licet non tractet quæstionem ex professo, atramē hoc videntur ipsius verba sonare. Facit 8<sup>o</sup>. vltra prædicta dictum Rabani de collatione Synodorum antiquarū: Pœnitēs debet quidquid iniunctū ei fuerit, ita caute seruare, tanq̄ ab ipso Dei ore fuerit prolatum. Facit nono, q̄ sacrificus potest ligare & absoluere, quo ad culpā: ergo etiam quo ad pœnam ligare. quia Euāgelium nō minus loquitur de pœna, quā de culpa. Ioh. enim. 20. vt legis: quorū remisieritis peccata remissa sunt. ita etiā audis: quorū retinueritis retēta sūt. Facit. I. Qui cōdē nare. ff. de reg. iur. & gl. c. Cū inferior, de maiori & obed. & c. Inferior. 21. d.

Contra tamen hanc conclusionē facit primo, q̄ fieri potest, vt a cōfessario pœnitentia imprudenter imponatur cōfidenti, puta, si melancholico & ad desperationē prono imponatur ea, q̄ augmentēt melancholiā & tristitiā: quale dicitur esse panis & aquæ tantū ieiunium, qualis & vitatio honestarum recreationum cū honestis personis. Secūdo facit. c. Significauit de pœnit. & remis. quod habet propter austeras pœnitentias non esse pœnitentes a seruitio ecclesiæ retardandos. Facit, quod ait Hostiēs. in summa de pœnit. & remis. §. Et an sicte. vers. Quid de opib⁹. potius solā orationē Dñicā iniungendā esse pœnitēti, q̄ dimittere illū insolūtū. Quin. & Tho. a Vio. in summa verb. Satisfactio. ait tantā posse pœnitētis esse indispoēm, vt sine vlla penitus pœnitentia posset absolui, modo pœnitēs velit saltem in purga-

In purgatorio satisfacere. Facit etiam consuetudo tam confitentiu, q̄ confessoriu, neq; imponentiu, neq; acceptantiu pœnitētias peccatis condignas. Facit, q̄ pœnitētia iniuncta a sacerdote, si non est tanta, quāta peccata confitentis exigunt, non erit ob eam peccatam absolutus a tota pœna secundum Tho. & alios in Quarto. d. 20. & est. gl. 8. in extrauag. 1. de pœnit. & remis. inter cōmunes contra. gl. in. c. Mēsurā. de pœnit. d. 1. quā ibi alias reprehendimus. Est & contra multos nostros doctores, qui eā male probant. Sicut ergo pœnitentia iniuncta & acceptata & peccata nō liberat penitus a purgatorio: ita videtur æquū, nequis cogatur illā iniunctā suscipere.

Per hæc videtur tenenda hæc pars posterior. s. confessū peccata sua fop time quidem facturū, si pœnitentiā discrete illi taxatā acceptauerit, & acceptatum peregerit: nō autem ad id vlllo præcepto obligari. Sed satis esse, q̄ ea sit mente, quo velit in hoc sæculo vel in purgatorio de eis satisfacere. Non dixi tamē supra ociose: discrete taxatā. Quia si indiscrete iniungeret, vt valde melancholico ieiunū panis & aquæ, aut vitatio recreationū honestarū imponeretur: melius facies, si eam nō acceptes secundū Richard. in d. dist. 18. art. 5. Eiusdē generis esse ipse arbitror, si quis debilissimo multa ieiunia iniunxerit, aut lectionibus faciendis, vel reddendis, & precibus horariis multis dicendis occupatissimo Psalterii, vel magnæ illius partis, vel multarum aliarū precatōnū onus imposuerit. Facit, q̄ tāta potest esse confitentis contritio, vt nulla penitus ei satisfactio & pœnitentia sit imponenda. c. Mensura. de pœnit. d. 1. Neq; potest vllus præter Deū pœnitentiam penitus æquam, & quæ non sit maior condigna, vel minor, arbitrari, vt satis probatur in illo. c. Mensuram.

Non obstant in contrariū adducta. non enim primū. s. hoc nostrū cap. Responderi enim potest huius cap. autorē in hac quoq; parte, sicut in aliis multis consulendo agere, non præcipiendo, quādo pœnitentia prudēter imponitur, non quando imprudenter. Secundo responderi potest intelligendum esse de his, ad quæ confessus tenetur secluso cōfessarii præcepto: qualis est restitutio, quæ cessatio quædā a peccato est, vt exorditur Adrianus in Quarto de sacra. penit. & probatur in. c. Sæpe. de restitut. spoliat. Qualis item est euitatio conuersationis illarum personarum, q̄ dant ei proximā delinquendi occasionem secundum Richard. in. d. art. 8. q. 5. Tertio responderi potest exponendo verbum: ponat se. & : paratus sit. pro non contemnat f Contemptus enim efficit, vt peccatum sit, quod alioqui non esset. Qualis est contemptus consiliorum CHRISTI Seruato ris nostri gl. celebris & comuniter recepta in. c. Quis autem. 10. dist. Prim⁹ tamen intelligendi modus germanior videtur.

Ad secūdū respōdeo illud: Si quis principi nō obedierit, morte moriat. cū similibus intelligēdū esse de his, q̄ etiam volenti, nolēti iuberi possunt.

non de his, quæ volenti tantū. qualis est hæc pœnitentiæ iniunctio.

Et si quis dicat, quæ fuerit ratio, quæ iudex exterioris fori delinquenti velit, nolit, pœnam meritâ imponere potest: iudex autem interioris hoc non potest. Respondeo<sup>r</sup> quod forū internū tantū animæ pœnitētis vtilitatem respicit. & ita pœnitentia in eo foro iniuncta, quasi mandatū in ipsius vtilitatem factum in consilium transit iuxta. l. 2. §. fin. ff. mandat. Quāuis differat ab illo: quia hæc pœnitentia acceptata necessario adimplenda est argu-  
 11 mento. c. Tempora. iuncta. 1. gl. & iuncto. cap. sequē. & præcedent. 26. q. 7. Illud autē mandatū etiam post acceptatū non ligat. d. l. 2. Est. & alia ratio: quia diuina clementia videtur ob fragilitatē nostram dedisse nobis optio-  
 12 nem satisfaciendi ei vel hic, vel in purgatorio. Et quando in pœnis datur optio per verbū ad ipsum reū relatam, satisfacit subeūdo illam, quā elegerit. gl. in l. Quicūq;. C. de ser. fugiti. Bart. in l. 1. §. Expilatores. ff. de effra-  
 cto. Pan. in c. Inter cæteras. de relcrip. vbi late fel. col. 4. Non dixi: quando pœna alternatiue imponitur: sed quando pœnæ optio reo datur. Quoniā non sum ignarus cōmuniter teneri electionē pœnæ alternatiue politæ ad iudicem regulariter pertinere. gl. & Do. in c. Fraternitatis. 34. d. gl. c. & Archid. 21. q. 2. in sūma. gl. Pan. & imol. in c. A crapula. de vita & honest. cleri. gl. fin. Pan. & Ana. in c. Sicut. de Iudæis. quibus Bar. in illo. §. Expilatores. cōtradixerit, quando verba nec ad iudicem referuntur, neq; ad partem.

Ad tertium eodem modo respondetur, quo ad secundum.

13 Ad quartum concedo pœnitentē ad acceptandam pœnitentiā teneri, Et quando illa est talis, ad quam faciendā obligatur pœnitens sine vllō cōfessarii iussu: qualis est malarū & periculofarū conuersationū vitatio, qualis est male ablati restitutio. Per quod soluitur & quintum.

Ad sextum eo modo respondetur, quo ad primū.

Ad septimū concedo graues autores esse pro contraria sentētia, graues item esse pro nostra, & præterea cōsuetudinem generalē, quæ legū op. ima est interpret. c. Cū dilectus. de cōsuetud. l. Minime. ff. de legib. Et ad. c. illud Statuimus. de maledicis. respondeo non agere illud de pœnitentia interioris fori, sed exterioris. quod facile colligas ex illis verbis: per episcopū suū pœnæ sub datur inferius a notatæ. Imo & ex iisdē verbis, quæ Maior citabat, videlicet, si renuerit recipere ac perficere pœnitentiā supradictā, ecclesiæ interdicatur ingressus, & in obitu ecclesiastica careat sepultura. Est ne muneris & potestatis confessarii ingressu ecclesiæ interdicere pœnitentē, qui noluit pœnitentiam suscipere vel iniunctam implere? Est ne itē illius muneris ecclesiastica illū priuare sepultura? Potest ne ad hunc modum reuelare confessiones? Idem colligitur etiam ex secunda parte illius cap. ibi: cōactione episcopi adhibita. Et quidem de miror virum alioqui doctum & canonū nō penitus ignarum in hoc illud. cap. citasse.

Ad octauū

Ad octauum respondeo illud Rabani de pœnitētia iniuncta & acceptata intelligendum: sicut & pleraq; alia Sanctorum dicta.

Ad nonū cōcedo confessariū posse quidē ligare ad pœnā, sicut & absol-  
 uere a culpa. Sed constat inter omnes non posse absoluerē nolentē, sed tantū  
 volentē. Et ita concedo posse ligare quidem cū volentē & pœnitentiā ac-  
 ceptantē. sed nō consequitur hoc posse etiam nolentē & in purgatorio, vel  
 per alia opera bona satisfacere pro peccatis deliberantē.

Ex his infertur primo non teneri pœnitentem ad acceptandum religio-  
 nis ingressum in pœnitentia sibi iniunctū. Quia religionis ingressus vo-  
 luntatis est & præcipi non potest. c. Integritas. 32. q. 1. Neq; text. nř. qui ali-  
 quos in diuersam partē videtur mouisse, cōtradicit in vers. præced. in his.  
 vt per se patet. Non enim simpliciter ait: relinquat sæculū. sed subiicit: aut  
 saltem illa, quæ sine admixtione mali non sunt administrata.

Neq; obstat canones illi, qui citantur a gl. 1. c. Sicut. 20. q. 1. f. c. Si ille. co.  
 dist. & c. Dictū. 81. d. & c. De lapsis. 16. q. 6. c. Admonere. 33. q. 2. c. Tua. de  
 pœnis. quibus cauetur aliquem esse in monasteriū ad agendā pœnitentiā  
 includendū. Quia primo illi text. in foro exteriori loquuntur: nos de in-  
 teriori agimur, quæ in hoc differre supra diximus. & quæ diuersitatis sit ra-  
 tio ostēdimur. Secūdo. quia diuersa sunt aliquæ officii religiosum, siue mo-  
 nachū, & ad agendā pœnitentiā intra monasteriū includi. Hæc cōclusionē  
 tenet Card. supra in §. Dolēdū. col. 3. & Tho. in 4. d. 16. in expositiōe literæ.

Infertur secundo non esse verum, quod Card. ait hic col. 4. f. sacerdotem  
 posse iniungere alicui pœnitenti quiddā grauius, quam sit religio. s. carce-  
 rem perpetuū, quo semper solo pane vescatur & aquā solā potet.

Infertur & tertio canones illos. 47. pœnitētiales, quos colligit Hostiensis  
 in summa de pœnit. & remiss. non esse in hoc institutos, vt pœnam in eis  
 contentam pœnitenti volenti, nolenti confessarius imponat: Sed, vt volē-  
 ti tantū iniungat, aut iudex ecclesiasticus in foro pœnitentia exteriori, id  
 est, cum agitur ad pœnitentiā, tantum eam subire præcipiat.

Infertur & quarto. c. 1. de pœnit. & remiss. quod habet manifesta peccata  
 non esse occulta correctione purgāda. non habere locū in foro conscientie  
 penitus interiori. Quoniam pœnitēs non potest a confessario cogi, vt etiā  
 pro publico peccato pœnitentiā publicā subeat. Quod sentit Anto. in c. 1.  
 dum allegat Speculat. in titul. de pœnit. qui sub finē ait pro certo peccato  
 occulto non esse pœnitentiā certam infligendam, prout faciunt religiosi.  
 hoc ideo, ne peccatū percipi possit. Allegat constitutionē quādā Alexād.  
 quā tamen suo tempore non haberi asserit. in cuius additionibus. Io. And.  
 clarius hoc decidit. Monal. itē in titulo de pœnitentia publica & priuata.  
 & Diuus Anto. 3. parte titul. 14. c. 17. §. 6. Quod tamen latius tractabitur in  
 c. 1. infra distinct. sequent.

**Versic. Semper deprecetur. Tertus.**

**S**emper deprecetur Deū certus de venia, qui omnibus modis & sine omni taedio dubius rogaret potestatem terrenam. Abstineat a multis licitis, qui in libertate arbitrii comisit illicita. Semp offerat Deo mentē & cordis contritionē, deinde & quod potest, de possessione: tūc, quod offerat, Deo securus offerat. Resperit enim Dñs ad Abel & ad munera eius. Sed prius dicit ad Abel, q̄ ad munera. Sumens enim mentē quā cognouit humilē & purā, remunerauit eius largitatis munera. Ad Cain vero non resperit, neq̄ ad eius munera. Adētē enim eius, q̄ viderat, qm̄ non cognouit, eius munera nō recepit. In iudicio itaq̄ cordis consideranda est elemosyna tribuentis. Nec iā considerandū est, quantū, sed qua mente, qua affectione dat, quod potest. Vidua enim duob⁹, quę habuerat, minutis largita plus omnibus posuit. Qui ergo sua peccata redimere vult temporalium oblatione, caueat prius offerat mentē.

**S V M M A R I A.**

- 1 Offerre se Deo quid.
- 2 Pœnitere semper peccati admissi, & illud conterere oportet nō de precepto sed de consilio. n. 3. scrupuloso vero nec de consilio. n. 4.
- 3 Semper, indefinenter & alia similes voces quomodo intelligendæ.
- 4 Deus omnia nouit notitia simplici, non item approbatiua.

**A**d de primo illis verbis: offerre mentē: mentē & animā suam offerre Deo esse agnoscere cum suæ creationis principium, & suæ beatificatiōis finem. atq̄ ideo suam ei præceptisq̄ ipsius voluntatē subiicere iuxt. mētē Tho. scda Scda. q. 83. art. 2. Quod utinā frequenter nō tam verbis, q̄ mētē ac pectore integro agam⁹ rem veluti omnium sñia piissimā, & totius tristitiæ delēctæ antidoton aptissimū, ac CHRISTIANO dignissimū. Ad quod ethincus ille Persius veluti e longinquo rem non satis sibi notā speculatus inuitare videtur, cum ait.

Disciteq; o miseri & causas cognoscite rerum:

Quid sumus & quidnam victuri gignimur. ordo

Quis datus, aut metæ quam mollis flexus, & vndæ.

Quis modus argento, quid fas optare, quid asper

Vtile nummus habet.

Quæ ponit Augusti. lib. 2. de ciuitate. c. 6.

Pondero

Pondero secundo illa verba: semper offerat Deo cordis contritionem. Ex quib⁹ colligi videtur eum, qui mortaliter peccauit, semper in hac vita debere illius peccati pœnitere & illud semper conterere. Facit. c. Pœnitentia. 2. supra. d. 3. ibi: continue est dolendū. & ibi: Pœnitere enim est pœnam tenere, vt semp puniat. & c. Facit. c. Si Apostolus ead. d. 3. ibi: Pœnitenti quid præter plorare restat? quid, nisi semper dolere inuita? vbi enim dolor finitur, deficit & pœnitētia. Facit & c. Pœnitentiā. eadē. d. ibi: Canis reuersus ad suū vomitū & sus lota in volutabro luti. Quorum adagiorū prius Prouerb. 26. c. inuenias. & in Chiliad. pag. 736. posterius vero. 2. Petri. 2. c. & in eisdē Chiliad. pag. 99. Facit. c. Judas ead. dist. 3. ibi Nullū inuenitur delictorū tale remedium: sicut eorum continua memoria.

Contrarium tamen tenendū est: pro quo est illud Naum. 1. c. Non iudicabit Deus bis in idipsa. Habetur in. c. Quid prodest. 25. q. 5. Facit. c. At si. §. De adulteriis. de iudic. Facit, q̄ supra in gl. summæ hui⁹ dist. est dictum non teneri quem ad conterendū iterum: vnum peccatū mortale semel contritū, neq̄ ad conterendū non contritū, nisi certo tempore. Facit, q̄ Paludanus ait in Quarto. d. 17. q. 1. col. 4. non teneri peccatōrē ad semp dolēdū de peccato: sed satis esse, qd̄ semel cōterat illud, & nunq̄ sibi iterū cōplaceat.

Non obstat hic vers. quia primo respondeo eum procedere de consilio, sicut pleraq̄ alia huius cap. Quin & videtur laudabile nō se in his occupare illum, qui scrupulosa phantasia cū mentis inquietudine timēs se non esse contritum id faceret, per illud, quod in simili. Thom. a Vio dixit, in. 5. conditione confessionis. i. confessionis sacramentalis frequentationē rem quidem optimā esse ac medicinā magnopere, quem in timore Domini cōseruantem. At, cum fit ex scrupulosa & inquieta phantasia, cōscientiā iterandæ ac reiterandæ confessionis concipiendo maxime nociuā esse. ac talem scrupulosum credere debere se confessum peccata, etiam si certo non meminert, modo neq̄ contrarium recordetur, & sciat se mediocrē diligētiam in reminiscendis peccatis posuisse: quod memoria tenendum cōmendo. Secundo respondeo illam vocem: semper. exponi debere temporibus a iure determinatis. Quod in simili facit gl. in. c. Nunquā de manu tua Psalterium cadat. de cōsecrat. d. 5. Ibi enim gl. in verbo: nunquā. ait, idest, horis constitutis. & gl. in. c. Siquis. 36. d. verbū: indefinēter. exponit, idest, horis statutis, & gl. in. c. Hi qui. 23. q. 3. verbis illis: die noctuq̄. addit horis interpollatis. & l. Si quis ita. ff. de condit. & demōst. quæ habet eū, cui legatū est aliquid, vt cum filiis habitet, non teneri ad eis omnibus momentis cōmanendum.

**Vers. Adentem Cain Deus non cognouit.**

Pondera tertio hæc verba. quæ videntur innuere esse aliqua, quæ Deus minime nouit. Facit illud Matth. 6. c. Non noui vos. & refertur in. c. Prophe-

tauit. 1.

tauit. 1. q. 1. Facit & illud. Psal. 1. Nouit Dominus viam iustorum. quasi nō nouerit viam impiorum.

Sed cōtra hoc est. c. Nouit ille, qui nihil ignorat. de iudiciis. & illud ad Hebræos. 4. Omnia nuda & aperta sunt in oculis eius. & refertur in c. De omnipotens. 2. q. 1.

Hanc difficultatē latius tracto in repetit. c. Nouit de iudic. Huic loco satis est dicere verbū illud: non cognouit. non accipi pro simplici notitia & cognitione: sed pro notitia cōmēdatiua & approbatiua, qua Deus Psalmo primo dicitur peccatores minime nosse. Qua item dicitur haud nosse fatuas virgines Matth. 7. & in illo. c. Prophetauit. quod gl. ibi pulchra declarat & in presenti insinuat. Nouit ergo Deus omnia, et in his Cain & alios peccatores notitia & cognitione simplici: non nouit autem Cain, neq; malos alios noscit notitia probatiua.

### Text. s. Cautus.

**C**autus sit poenitēs, ne verecundia ductus diuidat apud se confessionem: vt diuersa velit diuersis sacerdotibus manifestare. Quēdā enim vni celat, quae aliis manifestanda reseruat. Quod est se laudare & ad hypocrisis tēdere & semper venia carere, ad q̄ per frustra totam putat peruenire.

### S V M M A R I A.

- 1 Confessio integra sit omniū peccatorū, intellige mortalium. n. 2. alias non detectorum. n. 3.
- 4 Confessio peccatorum sine contritione & sine attritione iusta detectorum non iteranda.
- 5 Confessionis integritatis ratio necessario cōcludēs nulla reddi potest, sed lege id iusta est cautum. n. 7. nempe a CHRISTO lata. n. 8.
- 6 Morbi corporis & vitii animi medelae conditio longe diuersa.
- 9 Peccata venialia difficilia intellectu accognitu.
- 10 Peccata, quorum solutio superiori reseruat. confitens quid faciet? Omnia superiori cōfiteatur. n. 11. aut reseruata tantū prius illi, & postea illa cum omnibus aliis inferiori. n. 12. aut prius inferiori reseruata. n. 13. vel a superiori cōmittatur inferiori reseruati reseratio, qd̄ tamen non est sine omni periculo. n. 14. & 15. Est mod⁹ alius quintus maxime vsurpandus. n. 16.
- 17 Peccata reseruata confitens sic interrogetur.

18. Cōfessio

- 18 Confessio legitima per accidens aliquando non integra.
- 19 Absolutio vna e duabus conflatur, imo aliquando e tribus & quatuor. n. 22. quo casu postrema grām sacramentalē operatur. n. 21.
- 20 Sacramentū vnum a multis personis & diuerso tempore conficitur.
- 23 Absolutio reseruatorum superioris sacramentalis contra Adrianum.
- 24 Excōmunicatus prius ab excōmunicatione, q̄ peccatis soluendus.
- 25 Excōmunicati professio valida, matrimoniū item. n. 26. missa itē. n. 27. & cōfirmatio. n. 28. ordo idē. n. 29. Ergo & cōfessio & absolutio. n. 30.
- 30 Confessio & absolutio informes validae.
- 32 Peccata reseruata desinūt esse talia, si quis ea oblitus & alia confessus a confessario potente etiam ab illis absoluere vniuersaliter absoluitur ab omnibus.
- 33 Absoluo te in. n. P. & F. & Sp. S. Hae verba ēt censuras cōprehēdere.



**H**A Ec est septima pars huius celebris capituli. ex qua colligitur cōfessionē esse debere integram. similis text. in. c. fin. infra eadē ibi: Falsa poenitentia est, cū spretis pluribus de vno solo agitur poenitētia. Facit. c. Ois de poenit. & remiss. ibi: omnia peccata tua. facit. c. Non potest quis gratiā Dei cōlestis accipere, nisi prius purgatus fuerit ab omni sorde peccati, supra. d. 1. & quaedam impietas infidelitatis est ab illo, qui iustus est, & iustitia, dimidiam sperare veniā. c. Sūt plures. supra. d. 3. vbi adducitur illud miraculū. Matth. 12. relatū, quo Seruator noster surdū, mutū & a dāmonē vexatū penitus ab oibus liberauit.

Intelligenda tamen est hae cōclusio primo quo ad peccata mortalia, nō venialia. gl. 2. recepta in illo. c. Omnis de poenit. Intelligenda item est secundo de peccatis quae alias non fuere legitime confessario manifestata. Nā, quae quis semel legitime confessus est, & ab eis absolutus, non tenetur illa vnquam iterum confiteri etiam si forte, quando confitebatur, iustā cōtritionē non habebat, neq; attritionē talem, quae virtute sacramenti in cōtritionem transiret per ea, q̄ infra, in solut. septimae difficultatis dicentur.

Circa tamen hanc conclusionē multae incidunt difficultates. Prima, q̄ nulla ratio, quae necessario cōcludat, adduci potest probans omnia peccata vni sacerdoti necessario confitenda. Secunda, q̄ text. hic nihil probat, nisi de illo, qui ex proposito diuidit cōfessionē ob verecundiā, vel ob aliū finē. Sed neq; c. Omnis de poenit. & remiss. ad hoc cogit. Tertia q̄ Psaltes ait Psal. 9. Delicta quis intelliget? quasi dicat nemo. At, qd̄ qui nō intelligit, non potest confiteri arg. l. Labeo. ff. de suppellect. leg. & c. Is autem. 2. 2. q. 2. Quarta, q̄ poenitentia est secunda tabula post naufragiū supra. d. 1. c. Secūda. sed per peccata venialia nemo naufragat. c. Tres sūt. supra. d. 1. A ptior textus in. c. De quotidianis. supra. d. 3. Ergo non tenemur cōfiteri venialia

Quinta

Quinta, q̄ est dare casum, in quo p̄nitēs omnia vni cōfiteōdo daret occa-  
sionē peccandi confessario: vt si mulier probabiliter putaret se sollicitatū iri  
a cōfessario: si se fornicatā fuisse confiteatur: vel pbabiliter arbitretur eū  
ad luxum mouendum, si ei suam turpitudinē patefaciat. Sexta, qd̄ sunt  
casus in quibus nō potest absoluere cōfessarius iuxta. gl. sing. c. 2. de p̄nit.  
& remis. lib. 6. in verb. reseruantur. & ita tunc frustra fieret confessio ipsi cō-  
fessario. Septima, q̄ constat frequenter quē obliuisci aliquod peccatū ex  
multis, & ita illud non confiteri. at ipsum compellere ad reiterandā aliorū  
confessionem durum videretur. Octaua, q̄ sunt circumstantiæ aliquando  
tales confitendæ, quarū cōfessione detegeretur alia persona. Quo casu nō  
videtur debere, neq; posse talis detegi, neq; manifestari.

Pro primæ difficultatis solutione dicendum videtur primo, q̄ nulla ra-  
tio reddi potest, quæ sola necessario concludat hanc integritatem cōfessio-  
nis esse omnino necessariā. Quoniā illa, quā reddit Thomas in Quarto  
d. 17. q. 3. art. 4. q. 2. videtur esse omniū optima, vt Palud. & Adria. ostēdūt  
Quæ tamen non concludit necessario. quoniā illa talis est. Sicut corporali  
medico omnē ægroti morbū notum esse oportet, quo recte possit illi me-  
deri: ita medico ipirituali omne animi vitium oportet esse cognitū. Quā tñ  
rationē Durādus enervat pie considerās<sup>r</sup> medelam animæ & corporis lō-  
ge in hoc differre. Quoniā medela corporea, quæ vnū morbū fugat, alium  
auget: medela vero animæ, quæ sola contritio & diuina gratia est, æque va-  
let contra vnum, ac contra aliū. Sed neq; Durandi, quā subdit, ratio con-  
cludit. ait enim ille confessionē respondere contritioni. & ideo, quē admo-  
dum contritio non potest esse, nisi omniū peccatorū, ita neq; debet esse cō-  
fessio. Quæ ratio concludit quidem omnia peccata esse confitenda, nō tñ  
concludit omnia vni & simul esse confitenda. Nā & satisfactio respondet  
cōtritioni. At potest p̄nitēs satisfacere de aliis vno tēpore dilata in aliud  
tempus aliorū satisfactione. Et omnes quoq; aliæ, quæ redduntur, nō vidē-  
tur cōcludere. quod videre facile fuerit in scriptis Paludani & Adriani cō-  
cludentiū tandē Thom. rationē huius integritatis cōgruitatē persuadere,  
non item necessitatem eo, quod alia peccata. s. priora reddūt grauiora, alia  
s. posteriora. & congruū est, licet non necessariū, omnes circumstantias gra-  
uantes confiteri. & ideo cōgruū, vt omnia peccata cōfiteamur vni. Quare  
concedendū videtur nulla ratione necessario concludi posse confessionis  
integritatē omnino necessariam<sup>r</sup>: sed lege id cautū esse iusta & æqua.

Ad secundum respondeo concedendo hunc text. qui allegatur præci-  
pius, non probare necessario confessionē peccatorū semper debere esse in-  
tegrā: sed q̄ non debeat illa diuidi ex verecundia vel hypocrisi. At capit.  
Omnis. de p̄nit. & remis. satis hanc conclusionē probare, dū ait: Omnia  
sua solus peccata cōfiteatur proprio sacerdoti. antiquior autē lex videtur  
esse con-

esse consuetudo iā inde ab ecclesiæ incunabilis in hūc diē seruata. F̄ q̄ lex a  
CHRISTO in Apostolos, & ab eis in alios, & ab illis in alios, quasi per-  
manus deriuata esse merito credatur.

Ad tertiam respōdeo Psalmistā de peccatis venialibus agere<sup>r</sup>. quæ dif-  
ficile quis intelligat, siue quoad eorum substantiā, siue quoad quātitatem  
& numerum. Conclusionem autē nostrā de mortalibus tantū intelligendā  
gl. quæ recepta est & secunda. d. c. Omnis. Per quod etiā, quæ cognosci pos-  
sunt & aliquo numerari modo, qui licet non sit exactus, erit tamen Dño  
clemētissimo grat<sup>9</sup>, modo bona fide ac mediocri diligētia fuerit collect<sup>9</sup>.

Respondeo ad quintā neminē teneri ad confitendū confessario, quod  
peccatum illi manifestari non potest, sine verisimili confessarii, vel alteri<sup>9</sup>,  
vel suæ periculo animæ, vel corporis. Quod latius disputatū est in prima  
parte huius cap. annot. 9. & quid agendū sit eo casu, ibi dictum fuit.

Ad sextam concedo esse aliqua peccata, quorum absolutionē nō potest  
facere parochus. Sed nego p̄nitentem illis & aliis infectū non teneri ad  
confitendū omnia parochi propter consuetudinem & legem prædictam.  
Quāq; Io. Gerson secunda parte, fol. 186. col. 1. sub. c. Glorificante. & fol.  
191. col. 1. Sub. c. Quæritur. non putauerit hoc esse necessariū. cuius dictū  
non est ausus reprobare Maior in dicta. d. q. c. Quando igitur, p̄nitens  
habet aliquod peccatum, a quo nequeat absoluere parochus secundū sen-  
tentias receptiores & ecclesiæ receptum vsū<sup>r</sup>, potest & debet facere vnū  
ex infra scriptis. Primo adeat superiorē episcopū, vel proepiscopū, vel aliū  
ad quem ea res pertineat, puta p̄nitentiarium Romanū<sup>r</sup>, & confiteatur  
omnia peccata, a quo ab omnibus absoluetur. Secundo autem, si ille supe-  
rior nolit audire omnia<sup>r</sup>, potest cōfiteri sola ea reseruata: & postea ea & om-  
nia alia confiteatur proprio confessario, qui poterit eum absoluere ab om-  
nibus, etiam si superior a reseruatis non absoluisset, secundū Paludanum  
receptū, & qui testatur ita seruari ab ecclesia Romana. Tertio vero, si pri<sup>9</sup>  
adierit inferiorem, qui nequeat eum a reseruatis absoluere<sup>r</sup>, omnia illi fa-  
teatur, qui absoluet eum, a quibus potest, si modo non est excommunicatus.  
& pro absolutione casus reseruati remittet ad superiorem, cui confitebitur  
solum illud reseruātū & ab eo solo absoluetur. Potest & quarto ipse p̄ni-  
tens per se vel aliorū superiorē adire, & ab eo impetrare cōmissionē secre-  
tam verbo, vel scripto, qua generatim ipsius p̄nitētis cōfessario, quicūq;  
fuerit ille, facultatē faciat eum ab illo peccato absoluendi. Sed hic modus  
periculosus esse potest. quoniā peccatū extra cōfessionē detegit. Quinto,  
quod frequenter consului, potest p̄nitēs suo confessario confiteri omnia  
peccata sua & absolui ab eo de his, qui suæ subsunt potestati: & deinde con-  
fessarius per se, vel alium, seu epistolā petere a superiore, quo faciat facul-  
tatē sibi absoluendi quendam hominē in genere nullo penitus expresso,  
qui ei

17 qui ei confessus est tale peccatū, cuius absolutio est illi reseruata. quā facultatē, qui noluerit facere superior, rar⁹ erit & plus satis morosus. Si quis tñ adeo difficilis reperiatur, utendū erit modo secundo. Confessarius vero antequam in hęc remedia descendat, interroget pœnitentē: an habeat aliquam sui Pontificis vel Romani bulam, quā ipsius cōfessario a casu illo absoluedi faciat facultatem. Circumspiciat etiam ipse confessarius: an sit eorū de numero, quibus ipsi casus de more concedūtur reseruati, quibus facultas fit absoluedi a peccatis reseruatis. Ne corde forte perfecto pœnitentem difficultatibus illis offendat & retro cadere faciat.

Ex quibus omnibus infertur primo, quod pleriq; omnes concedunt, cōfessionem quidem per se integram esse debere: per accidens tamē, seu propter aliqua, quæ illi accidere queunt, aliquando fieri posse non integram, quando. scilicet confessus parochō & ab eo, quoad aliqua solutus, confitetur alia episcopo, vel penitentiario Romano, vel alii superiori, ad quem ea res pertinet. Vel contra, quādo pœnitentiarius prius reseruata sola audiuit, & ab eis vel absoluit, vel absoluedum inferiori remisit.

19 Infertur & secundo ex duabus absolutionibus vnam integrā sacramentalem constitui, quod Palud. & cōsequitur.

20 Ex quo tertio sub infertur duas personas diuerso tempore & multis forte diebus & actionibus interiectis altera post alteram absoluedentes vnicum perficere sacramentum.

21 Ex quo sub infertur quarto gratiā illam sacramentalem, quam ex opere, quod operatum appellat, sacramentū cōfert, tum demū pœnitenti conticri, quando a secundo perficitur absolutio, siue is superior sit, siue inferior.

Quinto infertur ad illam quæstionē, quā a quodā meo auditore non obsecraris interrogat⁹ fui, cum hęc prolocutus de cathedra descēdissem: nēpe, quid faciendum sit ei, qui confessus inferiori & ab eo de nō reseruatis absolutus, dum ad superiorem pro reseruatorū absolutione habenda vadit, incidit aliquod mortale. Et videtur debere illum, si superior non reseruata voluerit audire, confiteri ei, etiam illud: alioqui confitebitur superiori reseruatum, & postea illud inferiori. Quo casu, quē non memini legere vnquā & tamen est quotidianus, arbitrari dicitur posse vnam sacramentalem & integram absolutionem fieri ex illa triplici absolutione particulari. Quod, si verum est, potest idem aliquando dici de quadruplici, puta, si iam secundo superiori confessus & vadens ad confitendum tertio inferiori aliquod reseruatum admittat, ob quod oporteat eū ad superiorem redire quarto ab eo absoluedum.

22 Postremo infertur non videri verū, quod ait Adrianus de cōfess. q. 4. col. 9. illam absolutionē, quā facit is, cui sola deteguntur reseruata, non esse sacramentalem. cuius contrariū & Paludanus tenet & firmat Cajetanus.

Aduertēdū

Aduertendum tamen, quod non ociose supra dixi pœnitentē ab inferiore, cui primū cōfessus fuit, absolui a nō reseruatis posse, modo nō esset excōmunicatus. Quia, si esset excōmunicatus, non deberet illum vllatenus absoluedere, ne grande sacrilegiū cōmittat argumento. c. Si celebrat. de cleric. exc. ministrat. & c. Sacris. de his, quæ vi. & tradit Palud. in prædicta d. 17. q. 5. col. 4. quem diuus Anto. & Syluester probant. Neq; immerito: quia per iura supradicta excōmunicatus est exclusus a diuinis, & præsertim a sacramentorū perceptione per illud. c. Si celebrat. quā in hoc vir alioqui doctus & pius Angelus a Clauasio contra tenuit in verbo: Confessio. §. 10. sequutus in hoc Monaldū & quosdam alios. Quamuis Richardus, quem pro se allegat, contra illum mihi videatur tenere in Quarto. d. 18. art. 9. q. 5.

Quotidiana tamen & vtilis quæstio incidit: an ab absolutio ab excōmunicato lata teneat ipso iure, licet dari non debeat. Pro parte affirmatiua facit, quod confessio ab excōmunicato facta tenet. c. Cū ex illarū. de sent. excōi. f. Matrimonium item ab excōmunicato cōtractū tenet. c. Significasti de eo, qui duxit in matrem. quā poll. per adul. quod in hoc singulare putatur a multis, & in his a Feli. in rub. de spōsal. col. 5. & Perus. in c. 1. col. 3. de excep. f. Eucharistia per excōmunicatū consecrata verū est sacramentū argumentum. c. De homine. de celebr. missa & c. Intra catholicā. 1. q. 1. tradunt omnes in Quarto. d. 13. f. Cōfirmationē etiā pari ratione non audeat quis iterare illi, qui excōmunicatus cōfirmaretur. f. Qui etiam excōmunicatus ordine insignitur, verum suscipit ordinis sacramentū, licet illius non accipiat executionem. c. 1. de eo, qui furt. ordi. suscip. Et hanc partem asseruit Angel. & ante illum Monald. in loco præcitato. eandē Thomas a Vio fortiter affirmat verb. Cōfessio iteranda. Faciūt, quæ late ipsemet tradit in q. de valore cōfessionis informis sine iusto dolore factæ. vbi sequutus Thomā in Quarto d. 17. q. 3. art. 4. tenet & probat confessionē & absolutionē informes sine cōtritione & attritione iusta validas esse, modo integra sit peccatorū cōfessio. Quod cōmuniter receptū est.

Neq; videtur obstare, quod excōmunicatus a perceptione sacramentorū sit separatus. Quoniam illud verum est in eo sensu, quod male facit sciens & prudens ea percipiendo: non tamen in hoc, quod ipso iure sint ea nulla, neq; semper malefaciat, ut patet per superius adducta, tā in iterabilibus, quorū de numero est matrimonium & eucharistia: quā in nō iterabilibus, quorum de numero est confirmatio & ordo. De qua re & de octaua difficultate, quā scilicet aliquid peccatū per obliuionem tacetur, in præsentia nō dicemus latius id postea facturi in c. fin. huius. d. ne plus satis hoc oneremus.

Illud vnum tantū nunc addā dignum quod memoriæ mandetur perpetuæ, nempe eum, qui confitetur alicui confessario potētī ipsum ab omnibus suis peccatis & censuris absoluedere, vel ratione bulæ alicuius, vel ratione tēporis,

tēporis, quia concedebatur Iobis & per obliuionē, vel inaduertētiā, seu nescientiā, qua nesciebat id esse peccatū, omiserit confiteri aliquid, qđ re seruatū erat superiori, vel cēsurā inmodatū ecclesiastica a solo superiori delectibili, & fuerit absolutus per talem confessarium ab omnibus, is adeo ab illo absolutus maneret: vt licet teneretur illud confiteri, cum memoriā occurrerit, vel cum aduerterit & sciuerit esse peccatū, poterit tamen de illo absolui a quocunq; inferiori. Ita singulariter determinat Palud. in Quarto. d. 2. q. 5. col. pen. quem citauit in genere & sequit̄ Angel. & Syluester. Gabriel quoq; d. 17. q. 1. sub finem. Locum tamē prādictum, vbi hoc dicit Palud. non sine labore inueni. Quem etiā sequutus est Adrian⁹ in Quarto. q. 4. col. 10. de confess. allegando etiam Palud. ex relatione, vt puto aliorum sola: quia nec ipse significat locū, vbi hoc dicat. Intellico tamen illud dictū, quoad cēsuras, modo confessarius vltra solutionē peccatorū sacramentalē prāmississet a cēsuris absolutionem, quatenus opus esset & ipse posset. Quod fere ab omnibus passim fit confessariis, in Castellā quidem regno omnium trium censurarū: in hoc vero tantum excommunicationis. Quā moderatio est vera intelligendo de absolutione expressa vel saltem tacita propter illud singulare Ioh. Gersonis in. 2. parte. fol. 183. col. 1. sub. c. Cōfessio. & clarius fol. 100. col. 3. sub. c. Excommunicationū, videlicet cōfessariū, qui recta intentione super pēnitentem dixit: absoluo te in nomine patris. & c. non solum a peccatis, sed etiam a cēsuris absoluisse iudicandum.

Ex quo infertur Palud. dictum procedere, etiam quando confessarius non absoluit expresse a cēsuris, sed solum generaliter dixisset: absoluo te. si modo id recta intentione dixisset. Rectam vero intentionē illam arbitror esse, qua confessarius absoluere proponit a necessariis: qualē puto vel expressam, vel virtuales omnes habere confessarios. De quo latius in c. 1. annot. 1. dist. seq. dicitur.

### §. Pāueat. Tertus.

**P**āueat praeterea, quem vera delectat poenitentia, vt non prius ad Domini corpus accedat, q̄ cōfortet illum consciētis bona. Sed in hac separatione tremendū iudiciū cogitet, vbi & maius & terribilius impoenitentes separabit in ignē. Doleat qđ nōdū audeat sumere, quem multū desiderat, cibū salutarem. Nisi sūt digni fructus poenitentiae animā captiuam & elaqueātes et in libertate seruantes. Cobibeat se praeterea a ludis, a spectaculis saeculi, qui perfectā vult cōsequi gratiam remissionis. Inam dīna Jacob filia, si se cobibisset, et inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non esset.

### SVMMARIA.

1. Eucharistiā non decet recipere statim post cōfessionē in anni fine factā.
2. Pēnitens non ludat, nisi quatenus saluti ppriā conuersationiq; aliorum suauis est necessum. n. 3. non tamen est capitale id facere. n. 4. imo aliquando neq; veniale. n. 5.

**H**A Ec est octaua pars: ex qua colligo primo cōmunicaturum eucharistiā sacramēto bona conscientia debere accedere. Facit. c. Quotidie. de cōsecr. d. 2. quod habet mentē sine affectu peccandi tunc esse debere. quā verba gl. ibi declarat. quum quia nos latius ibi enarrauimus, ideo hic non tractamus. Quāuis illud si lere nequeā non nīmū honestam videri mihi huius ciuitatis consuetudinem, f qua, qui per annū non est confessus, simul ac confitetur, quocunq; id die quadragesimā faciat, statim a confessione corpus Dominicū assumit iam non iterum toto anno sequēti nec cōfessus, nec cōmunicaturus. Nam primū violatur ille canon. Omnis. de pēnit. quo cautum est, vt omnes in paschate cōmunicem⁹. Et iam, qđ dicamus illum canonē sublatum esse consuetudine, quā in his terris plus quadraginta annis, forte viguit. rogo tamē: Quis est tam felici memoria, qui se putat omnia peccata per annū admissa vna hora sola integre confessum fuisse confessario? An nō deceret potius confiteri semel: & deinde dilata in pascha cōmunionē, quā oblita in mentē venirent, cum aliis, si qua interim peccare contingeret, fateri & ita cōmunicare? Numquā aream toto anno nō verristi, prima vice satis verres? Quare merito Augustinus apud Thomā in Quarto. d. 17. dixit non statim a confessione ad eucharistiam accedendum.

### Tertus. Cobibeat se praeterea a ludis et spectaculis.


Colligo secundo ex his verbis pēnitentē non debere ludere. facit illud Ecclesiastā. c. 3. Tēpus lugēdi & tempus ridēdi. & c. Si peccauerit. 2. q. 1. qđ habet: Distingue tēpora & concordabis scripturas. & omnia debent cōuenire suis temporibus. c. Quis ignoret. & c. seq. 3. 2. q. 4. Tempus autē pēnitentiae tempus luctus est, & non risus. c. Pēnitentia supra. d. 3.

Contra tamen hanc conclusionē facit illud: Quod caret alterna requie durabile non est. & Augusti. in. 2. lib. music. Volo tamen tibi parcas. nā sapientem decet interdū intermittere aciem rebus agendis intentam. Facit, qđ sicut homo indiget quiete corporali ad refocillationē corporis, qđ nō potest continuo laborare, quia virtutem habet finitam: ita etiā eget quiete animā, cuius quoq; virtus finita est. Quies autem animā est delectatio, qđ ex ludicris factis, vel verbis, quā ludi sunt, desumitur. Quā omnia tradit Thomas secunda Secunda. q. 168. art. 2.



Ad hæc omnia respondeo non esse intelligendū textum nostrū de ōnibus ludis: sed de his tantum, qui non sunt necessarii ad animi recreationē neq; ad lenem eorū, quibus cōiuim⁹, conuersationē. quod declarat Thomas in Quarto. d. 16. q. 4. art. 2. Et ita intentio text. est, vt, quo pœnitentia maior est facienda, magis etiam a ludis abstinemus. nunq̄ tamen ab omnino necessariis. Pro quo facit id, quod ecclesia in quadragesima tota canit: Utamur ergo parcius Verbis, cibis & potibus, Sōno, iocis & arctius Perstemus in custodia. Pondera, quod ait parcius, non dicit nullatenus. Arbitror autem non esse peccatū mortale, si quis eo die, quo cōfessus fuerit & etiam cōmunicarit, ludis se imiscuerit alioqui honestis, in quib⁹ nil aliud, q̄ luderet, vel saltē nō aliter capitaliter delinqueret. Quinimo id sine vilo peccato etiam veniali puto fieri frequēter a sacrificis, qui eo ipso die, quo confitentur & celebrant, ludis honestis cum sociis & aliis viris honestis honeste ludunt: etiam si paulo laxius, quam animi recreatio necessaria requirat, id faciant ratiōe vel cōiuii, vel societatis arg. illius Apostoli: flere cū flentibus & gaudere cum gaudentibus ad Roma. 12.

### Textus. §. Tanto.



**T**anto itaq; magis sibi caueat et cobibeat se animā que saepe, vel semel rapta et corrupta est. Timeat etiam docta experimento, quod ignorauit virgo. Eligat quem miretur, non sequatur, quē animus suus damnet. Se enim iudicat, qui poenitentiae fructus non habentē a se non elongat. Laudet enim et amet, quos digne fructificare non ignorat. Quaerat fructus dignos et si nō dignos poenitētię. Sūt enim fruct⁹ digni virtutū fructus, qui non sufficiūt poenitentibus. Poenitentia enim grauiorēs ex postulat, vt sic paretur ecclesia, vt parata dolore et gemitib⁹ mortuis impetret vitam.

### SVMARIA.

- 1 Peccat grauius, qui condonatū iterat.
- 2 Gratia, qua cōdonat delictū nō facta mētiōe similis cōdonati, nulla.
- 3 & 4. Peccat magis innocens, quam alius.
- 5 Pœnitens vere melior est se ipso innocente.
- 6 Maius est, quo stamus, quam, quo lapsi erigimur.
- 7 Peccatū cōsuetudine augetur & consuetudine minuitur, qui hoc.
- 8 More diuino diuinā, & more humano hūmanā legem tolli.

Hæc est

**H**A Ec est nona pars, ex qua colligit primo graui⁹ peccare, q̄ post cōdonatū sibi peccatū iterū peccat illd. Facit text. in. l. 3. C. de episcop. aud. q̄ in fine habet veniā cōcessā simpliciter delinquentibus non videri cōcessam iis, qui delinque cōsueuerūt. vbi ait Bald. in. 4. notab. Qui geminat delictū. veniā spare non debet. & ante illū Guiller. de Cuno sing. determinabat non valere indultum, quo princeps delictum secundū condonat, nisi mentionē de altero simili delicto antea condonato faciat. Quod a multis commendatū est, & in his a Feli. in. c. Postulasti. col. 4. de rescript. Facit, quod ait Augusti. in. c. Vnum. col. 2. 2. d. nullum peccatū esse adeo veniale, quod non fiat criminale, dū placet. 1. dum cōtēnitur & in cōsuetudinem accipitur secundū vnū intellectum gl. Per quæ verba videntur venialia transire in mortalia per consuetudinem.

Contra tamen hanc conclusionē facit, q̄ magis peccat cæteris paribus innocens peccando, q̄ alius. quia ingrator videtur, quippe, qui ad maiore gratiam tenetur cæteris paribus, q̄ pœnitēs secundū ea, quæ tradit vterq; Thomas secunda Secundæ. q. 106. art. 2. Secūdo cōtra hoc facit. c. Deniq; 4. d. quod habet, veniam esse dandā peccantibus propter consuetudinem. & ibi gl. verb. consuetudinem annotat consuetudinem excusare a delictis Tertio facit. c. Obiiciuntur. 3. 2. q. 4. ibi: Quādo mos erat, crimen nō erat. Facit, quod annotat Thomas prima Secundæ. q. 88. art. 4. vbi determinat ex peccato veniali propter solam consuetudinē nunq̄ fieri mortale.

Ad horū primū concedo primo cæteris paribus innocentē magis peccare, q̄ pœnitentē. quia bonitas innocentiae magnitudinis, vt quatuor, maius bonum est, q̄ bonitas pœnitētiæ, vt quatuor. & ita magis peccaret, quia ingrator esset, q̄ pœnitēs. Sed bonitas innocentiae & bonitas pœnitētiæ in eodē homine non sunt æquales. Quoniā quicumq; a peccando resurgit, ad maiore gratiā, q̄ vnq̄ habuit resurgit in. c. 1. supra. d. 3. & vers. Piū. supra eo. c. diximus. Et ita vnus & idem homo idē peccatū peccans in statu pœnitētiæ & innocentiae magis peccat in statu pœnitētiæ, q̄ innocentiae cæteris paribus. Secundo respondeo negando cæteris paribus magis innocentē, q̄ pœnitentē peccare. Imo cōtra magis pœnitēs peccare videt, quia ingrator apparet. Quoniā licet innocentia maius in se donū sit, q̄ pœnitētiā: tñ quia pœnitēs primū accepit innocentiam, deinde pœnitentiā, duo dona suscipit, & ideo plus donati tenetur arg. c. 1. de treuga & pace. & auth. Itaq; C. cōmunia de succes. Quare, si eū iterū offēderet, ingrator fieret oportet, & ita magis peccaret arg. c. Homo CHRIS Tlan⁹. 40. d. Quāq̄ replicari pōt mai⁹ donū esse, quo, ne cadas, cauet: q̄, quōiā lapsus erigeris. l. fin. C. in quibus caus. in integ. restit. nō est necessaria. Et maius est ipso iure, q̄ exceptiōis ope liberari, vel p sniam. l. Si vn⁹. §. Pact⁹. ff. de pact. c. Cōmissa. de elect. lib. 6. cū similib⁹. Et altius dicit redēpta virgo mater illa dux nr̄a

f ii clarissima

clarissima, quæ, ne caderet in peccatum originale, fuit seruata: quam alii, qui iam lapsi erepti fuimus. Et ita cæteris paribus innocenti maius est donum, quo quis non cadit: quam cadenti erectio. quare prior solutio plamior videtur.

Ad secundum respondet primo gl. in illo. c. Denique. 4. d. consuetudinem excusare quidem a pœna temporali, non tamen a pœna æterna. Quanquam ego arbitror eam semper excusare, etiam a pœna æterna non tota, sed tanta, & aliquando a tota. Respondeo tamen secundo aliud esse dicere peccatum factum ab aliquo propter consuetudinem terræ, quæ ei permittit, esse minus, quam alio qui esset, quod habet illud. c. Denique. & aliud est dicere peccatum eo reddi grauius, quod semel deploratum & condonatum iteratur. quod noster text. ait. Et ita dicendum est consuetudinem terræ, quæ habet ut, quod vere peccatum est, pro peccato non habeatur: de peccati magnitudine aliquid tollere iuxta. c. Denique. 4. d. Cum hoc tamen stat peccatum in consuetudinem tractum grauius esse, quam semel admissum. c. fin. de consuet. & c. Sicut tribus gradibus. de pœnit. d. 1. Quia multiplicatum grauius est simplici iuxta principium huius cap. & quæ illi adiecimus in annotatione. s. Stat item, quod peccatum per consuetudinem redditur grauius: non, quia multiplicatur, sed quia primo iam fuerat condonatum & nunc cum ingratitude iteratur. quod text. n. innuit & probant in ipsius confirmatione adducta.

Ad tertium respondeo illud Ambrosii intelligendum de more licito, per quem sublata est iam lex contraria, siue is mos contra legem sit diuinam auctoritate tamen diuina inductus, ut in illo. c. Obiiciuntur. 3. 2. q. 4. siue contra legem humanam auctoritate iusta inductus, ut habetur in. c. fin. de consuetud. Et ita argumentum solum concludit eum more, qui efficit, ut, quod ante illud peccatum erat, iam non sit peccatum, excusare peccatum. quod omnino concedimus, neque nostram lædit conclusionem. Ad do tamem huic annotationi hanc circumstantiam non esse necessario confitendam. quoniam illa non mutat peccati specie, neque habet speciale cum ratione repugnantiâ, neque præcepto prohibetur speciali iuxta illa, quæ supra in annotat. prima dicta fuerunt. Quauis contrarium non nullis placuerit. s. eum, qui confitetur aliquod peccatum teneri ad patefaciendum se antea simile peccatum peccasse, quod iam fuit confessus. Pro quibus tamen, quia nulla ratio neruosa videtur facere, quod prius diximus, tenendum censeo.



### Cap. 2. Leo Papa.



Qualitas lucri negociantem aut accusat, aut arguit. quia est et honestus questus et turpis. Veruntamen poenitenti utilius est dispendia pati, quam periculis negociationis astringi. Quia difficile est interuentis vendentisq; commercium non interuenire peccatum.

SVM

### SVMMARIA.

1. Negociator peccat, qui mercaturam illis vitis, quibus ut plurimum faciat, miscet. n. 25. At honestus sua mercede dignus. n. 13. sed diues effectus quiescat. n. 14.
2. Causa mala malus effectus, si est immediatus. n. 3.
4. Mercandi ars vitis caris utilis. n. 5. nulla lege vetita. n. 6. digna mercede. n. 7. sine honestari potest honesto. 19.
8. Mercandi duo genera.
10. Negociatio res indifferentes mali habet speciem, sine, qui lucrum est, de honestatur. n. 11. alio sine bono decoratur. & meliori magis. n. 12.
15. Arguere significat reprehendere, ostendere, in periculum ducere.
16. Leo vir elegans.
17. Intellectus huius. c. Qualitas. explicatur & consilium, non præceptum continere concluditur.
18. Dubio peccandi se obiciens tale peccat, quali se periculo exponit, si periculum in specie proponitur, secus si in genere. n. 19.
20. Peccatum se non amplius credere superbia quadam, velle vero ac ea esse mente, ut nunquam mortaliter pecces, pietas.
21. Bonus quilibet multitudinis præsumitur, non tamen omnes.
22. Conscientiam, vel animi dubietatem generalem non offendit, qui bona fide contra illam in specie operatur.
23. Mala multa esse ob solam loci circumstantiam, ob solam item personam. n. 24.
26. Decipere se contrahentibus licet, non tamen viro bono. n. 27. ergo neque vlli alii. n. 28. imo neque velle decipere. n. 30. Ergo si deceperit restituat. n. 31. nisi iusti precii latitudo non excedatur. n. 34. Quomodo ergo iura contraria intelliguntur? n. 21.
29. Medacium omne peccatum, mortale vero, quando notabiliter proximo nocet.
32. Iustitia commutativa æqualia requirit extrema.
33. Augustini exemplum imitatione dignum.
34. Precium rei iustum suam habet latitudinem. & ideo triplex est: moderatum, pius & rigorosum, quo triplici precio inæquali iuste res venditur. n. 36. & carius habita de precio fide, quam pecunia presenti. n. 37.
38. Precium neque modus, neque causa vendendi minuit, sed emptorum raritas.
39. Doctoris dictum secundum legem, quam allegat, intelligendum.
40. Intellectus huius. c. Qualitas.
42. Intellectus. l. In causa. 2. §. Idem Pomponius. ff. de minor. & l. Itē si precio. §. fin. ff. locati discutitur, & verus ac nouus datur. n. 45.
43. Differentia inter vtrumque ius raro admittenda.
44. Natura pro inclinatione & impulsu nature.
46. Intellectus seu ratio quare sic statutum in. c. Cum dilecti. de empt.



uiditur in duas partes: prior soluit illā quæstionē, an licita sit negociatio siue mercatura: posterior vero soluit aliam quæstionē, an. s. vile sit pœnitenti negociationē relinquere.

Contra priorem partem facit, quod videtur secū pugnare. ait enim dari lucrū honestum & turpe: et tamen innuit omne lucrū esse illicitum. Quoniam dicit turpe lucrum esse accusationē negociātis, lucrū vero honestū esse reprehensionē negociantis. Quomodo si pōderes hoc cap. facit, q̄ omnis negociatio, qua emitur aliquid, quo id carius vēdatur propter lucrum est illicita. Facit autem multipliciter: primo, in quantum innuit, quod siue lucrum honestum sit, siue turpe, semper est dignus mercator, qui accusetur, vel reprehendatur. Secundo facit, quod hoc officiū pœnitentibus prohibetur. Tertio facit, in quantum ait: inter ementis vendētisq; cōmercium difficile non reperiri peccatum. Ergo peccatum fuerit tale officiū assumere. quia, qui amat periculū peribit illo. Ecclesiastici. c. 7. c. Ad audientiā. de homicid. & c. Iuuenis. de sponsal. Quarto pro hac parte facit illud Matthæi. 21. Eiecit ementes & vendētes de templo. Quinto ait Hieronymus: Negociatorē clericū ex inope diuitē factū, & ex ignobili gloriosum tanq̄ pestē fuge. c. Negociatorē. 28. d. Sexto illud Psalmi. 70. Quia nō cognoui literaturā, introibo in potētias domi. vbi alia litera pro literaturā habet negociationē. Septimo facit. c. Eiciens. 28. dist. in multis

locis primo ibi: Mercator nunq̄ Deo placere potest. Secundo ibi: Nullus CHRIS TIAN⁹ debet esse mercator. Tertio: Mercator sine mēdacio & piurio esse nō pōt. Quarto in ea similitudine, qua dicit: Quēadmodū oīa grana tritici defluūt & cribro, si diu id in eo verses, & tādē nō remanet nisi stercus: sic substantia mercatorū tādē perit, & nil eis præter stercus superest. Octauo principaliter facit. c. Quoniā. 28. d. qd̄ habet: Merito dictum est negociū, quia negat ociū, qd̄ maiū est: neq; q̄rit verā quietē, qui est Deus.

Pro cōtraria vero parte. s. q̄ negociatio, qua, q̄ vilius emuntur, ob lucrū carius vendūtur, sit licita. facit primo hoc ipsum. cap. in quo de duobus negociationis quæstibus fit mētio de turpi. s. & honesta. Datur ergo quæst⁹ honestus in negociatiōe: ergo & negociatio honesta. A turpi enim causa nō potest imediate honestus produci effectus. Arbor enim mala nō facit fructus bonos. Matth. 12. facit. c. 1. de Schismati. lib. 6. & c. Licet. 2. de test. Et in causato, vt verbis Bald. vtar, nō pōt esse pl⁹ virtutis, q̄ pcedat ab influētia & potētia causæ Bald. i. l. 1. ff. de senat. facit egregie. §. Hoc aut̄ notandū de his, qui feud. dar. po. & l. Qd̄ si nolit. §. Qui mācipia. ff. de ædilit. edict.

Dixi imediate: quoniā mediate nil vetat id fieri, vt ex illicito & nefario coitu q̄n. p̄ viri incōparabiles nascuntur. c. Nasci. c. Vndecunq; 6. d. Scdo p̄ hac parte facit. c. Quoniā. 28. d. in illis verbis: Negociatio me non facit malum, sed iniquitas mea & mēdaciū meū. & paulo superius, dū innuit

vicia

vicia, quib⁹ negociātes inuoluunt, nō esse artis, sed hoīum illā exercētū.

Tertio facit. c. Quid est aliud. eadē. d. 28. quod habet eos negociatores esse dānādos, qui merces suas polluunt, plus mendaciis & periuriis, quam precii onerando. Ergo a contrario illi, qui hoc non faciunt, nō dānantur. Quarto facit q̄ ars mercandi utilis est Reipub. adeo, vt vix sine illa sustari posset teste Cicero. lib. de off. & ipsa experiētia, quæ rerum est magistra secundum gl. c. Quam sit. de electio. lib. 6. copiose docet. Quinto, q̄ negociatio nullo iure diuino vel humano prohibetur. si enim ob aliquem respectū prohiberet, maxime id esset: quia, quod vilius emitur, carius vēditur. Id enim dicitur negociū, vt Cassiod. ait in dicto. c. Quid aliud. 28. dist. Sed hoc videt esse licitū. quia dignus est opari⁹ mercede sua. Luc. 10. 13. q. 2. c. 1. col. 2. & seq. At mercator, qui adit loca remota, qui cū studio emit qui seruat cum periculo in tempus venditioni & hominū necessitati cōueniens, se mille, quo hæc faciat, solitudinibus implicat, non mediocriter operatur. ergo dign⁹ est aliqua mercede. At nulla illi alia merces assignatur preter id, quod vilius emendo & carius vendendo lucratur. Ergo id poterit sancte facere.

Postremo facit, q̄ negociationū, quæ duæ videntur, prior, qua quis res quibus abundat, dat alteri, quo ab eo res, quibus eget, accipiat, honestior est. & iam inde ab exordio mundi probata. L. 1. ff. de contr. empt. quā etiā in hunc vsq; diem inter quoscunq; magnates exerceri videas. Sunt enim, qui pecunia numerata nullatenus res aliquas sui vsus aliis vendant: quas tamen libenter cū aliis eiusdem valoris permutant. Posterior vero (de qua loquimur) qua. s. vilius emptū carius ad lucrum venditur, speciē præferret cupiditatis. Quoniam tamen illi lucro suus honestus potest præstitui finis, puta sustentatio sui ipsius, suæ domus, pauperum & alia id gen⁹ opa bona, vel pia, facile illā cupiditatis speciē tali boni finis adiectiōe tollas, vt Thomas ait in illa. q. 77. art. 4. at hoc fere ab omnibus hodie fieri videmus. Ergo negociatio hæc licita est & sancta.

Ex quibus infertur primo negociationem de se neq; bonā neq; malā, sed malī, nēpe cupiditatis speciē præ se ferre. Secundo infertur negociationē, si eius vltim⁹ finis solū sit lucrum & diuitiarū augmentū, nō esse licitā. Tertio illos negociatores maxime pbādos, qui suæ vel alienæ Reipub. necessaria causa illi principaliter prouidendi e longinquo deportant. Quoniam bonū publicū diuinius est, vt ait Aristot. 1. Ethic. q̄ bonū priuatū. c. Licet. de regul. c. Scias. 7. q. 1. & §. Sancimus. in auth. de rest. & ea, q̄ parit vltimo mente. col. 4. Cum igitur negociationis laus tota ex illius fine pendeat: quo melior erit finis, ea quoq; laudabilior erit. Cui consequens est negociationem causa Reipublicæ principaliter assumptā Deo & hominibus gratiore esse, q̄, quæ ob priuatū bonum subitur.

- 13 Infertur quarto honeste negociantibus lucrum moderatum esse pro laboris ipsorum salario, debereque illos eo contentos gratias Deo agere.
- 14 Infertur quinto eum, qui hanc mercandi artem in hoc principaliter assumpsit, quo sibi & suis victum quaereret: & ope diuina tantum bonorum quaesuit, quoniam sine tali negotiatione vitam honeste agere valeat, prudenter facturum, si ab ea desistat. Nisi mutato sui proposito fine, quod ante pro se suisque sustentandis faciebat, nunc pro Reipublicae prouidendo, vel pro pauperibus alendis, aut aliis operibus piis facere pergat.

Non obstant, quae pro contraria citauimus parte. non primo cap. nostrum Quonia, quod in eo innuitur honestum questum arguere negociantem, non significat reprehensibile illud facere. Si enim ita intelligeretur secum pugnaret text. Quoniam dicit questum esse honestum & eum, qui illud quaereret, ob hoc ipsum esse inhonestum: sed significat illum questum honestum ostendere negociantem, quasi diceret: quamlibet honestus sit questus, negotiatio tamen, qua ille quaeritur, ostendit esse negociantem, qui eum quaerit. Nam arguere non solum reprehendere, sed etiam ostendere ac monstrare significat iuxta illud Maronis: Degeneres animos timor arguit. Cui modo intelligendi belle, quae sequuntur, quadrant. Veruntamen. &c. quasi dicat. Quamquam, cum honestus questus quaeritur, negotiatio non sit mala, utilius tamen. &c. Fuit auditor doctus iuxta ac bene moratus, qui me a praedicatione moneret illam vocem arguere significare nonnunquam in discrimine periculumque adducere. & ita posse in nostro cap. accipi. Sed mea sententia huic intelligendi modo repugnat primum ea vox honestus. Quonia sola lucris honestas saluat a vitio negociantem. Et ita non est verisimile, quod Leo vir eleganti stilo diceret id, quod saluat, ducere in periculum negociantem. Praterca, quod ille met auditor animaduertit, aduersatiua illa veruntamen repugnat: quia, si arguere significaret in discrimen & periculum adducere, aptius fuisset ponere dictionem illatiuam & ideo, vel simile, quam aduersatiuam veruntamen. Est igitur sensus huius cap. nunquam a me haecenus satis intellectus. Questum quidem in genere praefere quendam mali. scilicet cupiditatis speciem. Questum autem malum accusare, hoc est, damnabile reddere negociantem, Questum vero honestum solum arguere, hoc est, ostendere, seu indicare eum, qui taliter quaerit, negociantem, & industrium in negociandi arte hominem esse, & nil aliud mali. Veruntamen poenitenti melius esse ab illa, quam bona, quia tamen valde implicat negociis a poenitentia alienis, abstinere. Ex quo tollitur etiam secunda ponderatio huius cap. Concedimus enim vtile poenitenti ab hac arte abstinere. non quia mala: sed quia periculosior aliis sit.

- 18 Ad tertium concedo eum, qui amat periculum, in illo periturum, siue, quod idem est, eum, qui exponit se periculo peccandi probabili, peccare. & tale quidem peccatum, quale periculum est, mortale, si mortale, veniale si veniale.

Tho. 2. quolibet. art. 13. Quod tamen videtur verum, si in specie & aliquo particulari casu periculum illud occurrat: non tamen si in genere & vniuersaliter siue in aliquo vniuerso id contingat. Quod licet nouum sit, tamen verum esse ostenditur. Quoniam alioqui, & qui episcopen, & qui regnum, & qui officium quodlibet Reipublicae administrandae, imo & quamlibet artem priuatam, & qui monachismum, rem a peccatis maxime alienam acciperet, peccaret. Quis enim tanta superbia est, qui putet artem aliquam etiam de se facillima, ita diu exerciturum, ut nulla ex parte in ea peccet? monente Iohanne in primo epist. suae capite relato in. c. Si enim, in princip. de poeni. d. 2. Si dixerimus, quod peccatum non habemus ipsi nos seducimus. Et, ne cauilleris illud Iohannis de peccato veniali accipiendum, audiamus Innocentium quartum receptum, qui in. c. Omnis de poenitentia. dicebat. Superbiae cuiusdam esse poenitentis credere se nunquam amplius capitaliter peccaturum. Quamquam eo animo debeat esse, ut nunquam peccet, & quamquam Deo iuuante nunquam peccaturus. Pro hac conclusione facit etiam illud simile: quod in dubio de quolibet proximo in specie bene praesumere oportet. c. fin. de praesumpt. c. 1. de scrutini. l. Sup. seruis. C. qui milita. lib. 12. At licitum est in dubio praesumere aliquos in populo esse malos. c. Osius. de elect. quod in hoc mirabile Pan. & Rauen. ibi dixerunt. Facit etiam, quod singulariter ait Thomas a Vio. in libello. 17. responsionum resp. 13. vers. Septimum dubium. Eum, qui putat in genere aliquid non licere, si tamen, cum se operi faciendo applicat, non aduertit illud & bona fide id faciat, non peccat propter conscientiam illam generalem. si alioqui, quod facit, non est peccatum. Eodem ergo modo videtur non peccare, qui non solum dubitat: an in officio aliquo sit peccaturus, imo & credit se in genere in aliquo illius exercitio peccaturum. Et tamen non dubitat, imo credit se ope diuina quolibet illius actum sine peccato efficere posse. quod memorabile ac quotidianum duco in se, ac etiam pro declaratione illius: Tene certum, dimitte incertum. c. 3. infra. d. 7. in cuius comenti fine hoc meminimus.

Ad quartum concedo eos, qui in templo vendebant, quosque inde Dominus eiecit, male fecisse. Non tamen, quia vendebant: sed, quia in loco Deo & orationi sacro id faciebant. Multa enim, quae ex se non sunt mala, imo bona, ob circumstantiam loci reprobantur text. & ibi gl. in verbo: processus. c. Decet. de immunit. ecclesi. lib. 6. vbi multa de hoc exempla reperias.

Ad quintum concedo negotiationem clerico illicitam: non, quia de se mala sit, sed quia clerico prohibita. Et sic ex circumstantia personae. Ex qua multa improbantur, quae alioqui bona essent, aut certe non mala. c. 1. & 2. c. Non magnopere. c. Sententiam. & per totum ne clerici vel monachi.

Ad sextum respondeo in eo Psalmo. 70. literaturam vel ad vim dictionis sephoroth, quae Hebraeis sonat literaturas, numeros, siue negociationes

pro arte negociandi simul & vitiis illa vtentium cōiunctis capi, quasi diceret: Quoniam literaturā, siue negociationē non cognoui. 1. hāc artē cum vitiis solitis illa vtētium non exercui. Eo modo etiā capitur verbū mercator in illo. c. Eiiciens. 28, d. cum ait mercatorē nunq̄ Deo placere. Is enim, qui hac arte & vitiis ea vtētium vtitur non placet Deo. Per quod soluitur septimū cum suis quatuor membris. pro qua expositione casus est in cap. Quoniam. eadem dist. 28.  
Ad octauū respondeo in fine illius. c. Quoniam. eodem modo accipi verbum: negocium. quo diximus accipiendum in dicto c. Eiiciens.



## IN GLOSSAM VLTIMAM.

Ex hac gl. colligo non esse peccatū contrahētes se iuicem decipere. gl. enim ait naturale esse hoc contrahentibus. & l. illa. In causā. 2. §. Idem Pōponius. ff. de minor. expressius ait naturaliter licere contrahentibus se iuicem decipere. quod ipsum habet & l. Item si precio. §. fin. ff. locat. & gl. in. c. Cum dilecti. de empt. & c. In ciuitate. de vsur. Quod autē lex naturæ concedit, non est peccatum. c. 2. d. 1. §. fin. 6. dist. & Plato polit. lib. 2. c. 2. quē refert Lucas in l. Retractare. C. ne fisc. rem. quā vēd. col. 2. natura (inquit) est Dei voluntas & Dei bonitas ac sapientia. Facit ad hoc. l. 2. C. de rescind. vend. & c. Cum dilecti. de emptio. iuncto. c. Cum causa. eo titul. Quibus omnibus cauetur non licere contrahentibus se mutuo vltra dimidiū iusti precii decipere. & ita innuit a contrario id intra dimidiū iusti precii licere Tertio facit vna omniū cōsuetudo, qua empturus, quo vilis potest emit, & venditurus, quo carius potest, vendit. Et quā quis non omnes emant & vendant, saltem fere omnes homines eo animo esse reperias, vt & vili emere & care vendere velint. Quod non obscure significat illud Prouerb. 22. c. Malum est (inquit) omnis emptor, & cū recesserit, gloriabitur. Quoniā & experientia constat ei suam emptionē maxime gratam, qui putat rem maioris precii minoris, q̄ valerit, emerit.

Histamen nō obstantibus contrarium videtur verius, nempe peccatū esse proximū in contractibus decipere. Primo, quod alteri nō est faciendū, qd̄ tibi fieri non vis. in princip. Decreti, & gl. solēnis & recepta. l. Semp in contractibus. ff. de regul. iur. determinauit nō esse honestum, nec viro bono licitū decipere. Bonus autem vir & consciētia idem sunt. Bald. in. c. Cū causam. 2. in fine de testib. & eum, qui contra honestatē facit, excōmunicari posse aiebat Lucas in illa. l. Retractare col. 1. C. ne fisc. rē, quā vēd. Facit. c. In sancta. 92. dist. & veritatis & iustitiæ amica est simplicitas. c. Veritatis. de iure iur. Ergo dolus & deceptio inimica erunt illis. Facit. c. Beatus. 22. q. 2. quod satis probat fallere proximū esse peccatū. & Tho. secū. Secūda. q. 77 art. 1.

art. 1. Ad primū. aiebat omnē illum, qui cū notabili alterius dāno emit vel vendit, teneri ad resarciendū illud damnū, etiam si nō exceflerit iusti precii dimidium.

Ex quibus infertur primo, quam patēs peccatū fuerit venditorem, vel emptorē periurio, vel certe mēdacio vti, quo carius vēdat. Quandoquidē f̄ omne mendaciū est peccatū. c. Primū. 22. q. 2. c. Super eo. de vsuris. & capitale, quando id, quod prætenditur, damnū est proximi notabile iuxta illud Sapient. 1. Os, quod mētitur, occidit animā. Raro autē, quod dolēdū est, cōtingit, vt res maioris vel minoris, q̄ valeat ematur, vel vēdatur nullo intercurrente mendacio.

Infertur secundo, q̄, quamuis nullum intercurrat mendacium, si pro re valente decem viginti petiero & octodecim a te mox tradita suscepo, peccare me capitaliter, si scirē ipse rem illā tantum decē valere f̄: imo & si solū accipere, si dederis, volucro. Quoniā actus exterior interiori ceteris paribus neq̄ bonitatē neq̄ malitiā addit. c. Magna. supra. d. 1. vbi dixi, & tradit Thomas prima Secundæ. q. 20.

Infertur & tertio f̄ quod & si forte putarē rem illā octodecim valere & postea comperirē multo minoris precii esse, ad resarciendū id damnū me teneri. Quod clare habetur apud Thom. in illo arti. 1. Ad primū. q. 77. secūda Secundæ. et dilucidius apud Parisiēses in Quarto. d. 15. q. 40. 8. arg. Quod & ostenditur nā & Aristoteles in hoc ab omnibus recept⁹. s. Ethic. ait iustitiā cōmutatiuā extrema æqualia requirere. At, cū merx, valet decē & precii octodecim, extrema sunt in æqualia. Ergo, quo iusticia seruetur, ad æqualitatē sunt reducenda. Noster etiā pater Augusti. 13. lib. de trinit. aiebat f̄ scire hominē, qui cum ei oblat⁹ esset codex per precii eius ignarū & venditorē cerneret exiguū petere, quod multo amplius erat, venditori dedit inopinanti. Opinari licet ipsūmet Augustinū fuisse, qui tam iustū agebat emptorē. Ipse quoq̄ olim, cum in Galliis agerem, scio risui fuisse quendā, q̄, cum venderet equū emptori parū id aduertenti, dixisset: caue quia monophthalmos siue, quod aiūt, monocus est. Hæc tamē intelligēda sunt, quando iusti precii latitudo exceditur. f̄ Verū enim & iustū mercis precium non est in diuisibile, sed in quandā protenditur latitudinē, cuius supremā partem rigorosum precii appellant, quod aptius dicamus sumū: infimā vero piū, quod aptius dixeris infimū: mediā autē moderatū. Puta moderatū precium vnus mercis sunt viginti: piū, siue infimū vnde viginti, & rigorosum, siue summū viginti vnū. quæ tamē omnia iusta sunt precia. Quod cōmuniter receptū est.

Ex quo intelligēdi modo infertur primo f̄ fieri posse, vt alius vēdat aliquid viginti. & alius nouem decim, siue vnde viginti & alius viginti vno & omnes iusto precio.

Infertur

36 Infertur secundum fieri posse, ut, quam rem nunc vnus viginti emit, mox vendat viginti vno, & sine suae animae detrimento.

37 Tertio infertur iuste aliquem vendere vni numerata pecunia vnde viginti & alii viginti vno habita de precio fide. quae ante nos eruditus annotauit Thomas a Vio. Qui etiam subtiliter & docte disquirit: an modus vendendi diminuat aliquid de iusto precio iuxta illud vulgare: Vltraeae merces vilescunt pro tertia parte. An item causa vendendi. puta, quia ob necessitatem vel abundantiam venditur. Qui tandem videtur concludere neque per vendendi modum, neque per vendendi causam iustum diminui precium, sed per copiam emptorum vel penuriam. Quod maxime videtur memorandum & male per eos seruetur, qui nunquam emunt, nisi ab iis, qui quaerunt emptores siue id necessitate coacti agant, siue alia de causa. Emunt autem multo minori precio, quam sit moderatum vel pius siue infimum. Nam qui medio illo moderato, vel infimo, siue pio precio emeret, nullatenus peccaret.

39 Non obstant, quae pro contraria parte citabantur. Non primum glossa nostra nam primo secundum iura, quae allegat, intelligenda est illa iuxta illud. Bartol. in l. Non solum. §. Si liberationis. de liber. leg. ff. quod ante ipsum annotauit. Io. And. in c. Cum nuncius. de test. Secundo, si glossa satis preponderat & ad textum referatur potius sentit illicitam esse deceptionem & animam danosam, quam contrarium. Si enim glossator voluisset pronuntiare licitam esse deceptionem citra dimidium iusti precii, non dixisset ideo mercandi artem esse periculosam, quia liceat illam exercentibus se decipere. Cum ergo glossa proposuerit reddere rationem, quare negotiatio periculosa est, & dixerit ideo hoc esse, quia naturale est contrahentibus se mutuo decipere: constat eam vel inepte loquentem, vel certe significare huiusmodi deceptionem parum iustam esse.

41 Ad secundum. scilicet. leges hoc dicentes & in glossa allegatas videtur respondere  
42 Thomas in eo art. 1. q. 77. in secunda Secunda vers. Ad primum quod iura dicentia contrahentibus licere se mutuo decipere. intelliguntur de licentia & permissione non approbatiua, sed dissimulatiua. Quam appellat Gregorius in c. Denique. 4. d. veniam. scilicet. poenae temporalis, non culpae secundum glossam ibidem super verb. venia. De qua pulche Iohannes And. in Mercuriali reg. Sine culpa. lib. 6. hoc est, quod contrahentes in foro quidem exteriori non castigantur, nec ad aliquid coguntur propter huiusmodi deceptionem. Sed in foro animae digni sunt poenitentia & tenentur restituere: alioqui castigabuntur a iustissimo Deo, qui nil relinquit inultum. Quam solutionem semper sequutus scrupulum nunc habere sentio. quoniam dicitur. §. Idem Pomponius. l. In causa. ff. de minor. non solum ait licere contrahentibus se circumuenire, sed naturaliter licere. Qualiter autem illud aduerbiu: naturaliter. cohaerere potest illi verbo: licere, si licere significat impune esse, & lex diuina naturalis punitur, §. etiam finalis. l. Item si precio. ff. locati. habet in emendo & vendendo naturaliter

turaliter concessum, quod pluri sit, minoris emere: quod minoris sit, pluri vendere & ita inuicem se circumuenire. Audis ibi naturaliter concessum, non ita audis ciuilitate concessum. Quod autem legibus ciuilibus impune sit, lege autem naturae & diuina castigatur: quomodo dici potest naturaliter concessum? Non sum ignarus Hostiensium in summa de contrah. emp. §. Qualiter rescindatur. col. 2. vers. Sed si. quem sequitur noster Fortunius ingenio, vita & morte meo iudicio bene fortunatus de vlti. sine. illat. 17. exposuisse illam dictionem: naturaliter. pro bona fide: quasi diceret tunc esse licitam deceptionem, quando non ex proposito, sed re ipsa. venditor credens mercem tanti esse, quantum petiit, decipit ementem. Quod & Paulus Castre. in illo. §. fin. sentire videtur, dum loquitur de rustico, qui vendit doctori librum, cuius precium ignorat.

Sed contra expositionem hanc facit primo, quod extranea valde videtur illa expositio verborum: naturaliter licet contrahentibus decipere. quoniam expositum. scilicet. naturaliter qualificat illam vocem: licet. & expositio eius. scilicet. bona fide. qualificat. verbum decipere. Et ita si satis perpenderit, expositum adheret vni verbo & expositio alteri. Secundo contra expositionem hanc facit, quod secundum illam, qui bona fide rem, quae minoris est, pluri vendiderit, non tenetur restituere. Cuius tamen contrarium & Thomas & omnes alii diuini iuris interpretes tenent. Quare sunt alii, qui dicant licitam quidem esse huiusmodi deceptionem iure ciuili, non autem iure Pontificio. Contra tamen hoc facit primo, quod leges illae dicunt naturaliter hoc licere. & ita secundum legem naturae, a qua ius canonicum non deuiat, imo consonat. c. Qualiter & quando. de accusat. c. De omnipotens. 2. q. 1. Secundo facit, quod illae leges videntur esse lege canonica probatae per. c. Cum dilecti. & c. penul. de empt. & vendit. Tertio facit, quod haec solutio ponit differentiam inter ius canonicum & ciuile quae sine maxima necessitate ponenda non est secundum Innocentium. receptum in. c. 1. de oper. noui nunc. facit. c. Si in adiutorium. 10. d.

Fuere mihi auditores praestante ingenio viri, quibus videbatur responderi posse illam vocem naturaliter accipi pro quodam instinctu & impulsu naturae & ex sensualitate proueniente, iuxta glossam. 1. c. Ius naturale. 1. d. ut sit sensus naturae, hoc est, sensualiter inclinare homines, ut secum contrahentes decipiant. Et is quidem sensus in se verus est. & arbitror fuisse de mente. glossa nostra.

Sed contra hos facit, quod parum recte cohaeret secundum hunc sensum illud verbum naturaliter cum illo verbo licet. Nam si haec inclinatio sensualitatis ad illicitum mouet: quomodo dicitur naturaliter licere, nisi dicamus secundum inclinationem sensualitatis esse licitum? In quo sensu verum fuerit dicere naturaliter licere fornicari, adulterari, mentiri, quae iuris consultus minime concessisset.

45 Postremo ergo & secure intelligi possunt illæ leges de deceptioe, siue ex proposito, siue re ipsa, q̄ fit citra dimidiū iusti precii & intra latitudinē ei⁹. Vt ecce latitudo precii iusti sunt cētū ducati plus v̄ minus quinque: pe to ego & assero valere cētū & quinque, & verū dico, quia seduz rigorosū nūe sūmā extremā iusti precii tanti valet. Alter forte putat illud esse iustū pre cium, sed moderatum, siue mediū, vel piū, & ita dat mihi centū & quinque, hoc casu deceptio est & naturaliter, siue per leges naturales licita.

Ad tertium concedo deceptio citra dimidiā iusti precii non dari reme dium in foro exteriori, vt habetur in illa. l. z. C. de rescind. vendit. & in illo 46 c. Cum dilecti & c. pen. de empt. Sed illud non ideo ita statutum est, q̄ omnis alia deceptio sit licita: sed ne lites multiplicentur & eis Respubl. obruatur, dum super quolibet emptionis cōtractu allegatur ab altera par te se deceptam, & ideo ab altera sibi satisfaciendum. Quod sūsius explicat Maior in dicta q. 40. octauo argumento.

Ad quartum negamus bonorū, qui emunt, vel vendunt, consuetudinē esse velle v̄dere, vel emere merces extra iusti precii latitudinē, & ita plu ris vel minoris, q̄ sunt. Fatemur tamen, vt plurimū emptores etiā, qui vir tuti student, cupere merces iusto precio rigoroso vendere, & alienas iusto precio pio, siue infimo emere, quod nulla ex parte peccatū est. Quāquam maioris virtutis arbitror esse cupere suas vendere & alienas emere precio iusto temperato, nempe medio inter iustū precium rigorosum, siue supre mū & inter iustū pretium piū, siue infimū. Et ad hoc reducendū videtur illud Prouerb. 2. Malum est malū est dicit omnis emptor. & c.

### Cap. 3. Idem I. co.



Contrariū vero omnino est ecclesiasticis regulis post poenitentię actionē redire ad militiam saccu larem, cum Apostol⁹ dicat: Nemo militās deo implicat se secularibus negociis. Vnde nō est li bera laq̄is diaboli, q̄ se militie mundanę voluerit implicare.

### SVMMARIA.

1. Pœnitenti, ne ad militiam redeat consulitur non præcipitur, nisi mi litiam cum vitiis eā inquinare solitis capias. n. 8.
2. Militaris ars non mala.
3. Milites a quibus abstinebunt.
4. Bellandi causæ tres explicantur & aliæ noue allegantur.
5. Bellum iustum quod.

6. Milites mala intentione iusta bella bellantes peccant, sed restituere non tenentur.
7. Omnino hæc vox multa significat.
9. Militare an liceat.
10. Gladium quis dicitur accipere.
11. Malo non resistendum, altera maxilla paranda quando.
12. Apostolicum illud: nō vos defendentes. noue, sed vere intellectum.
13. Pax non virtus, sed virtutum reginæ opus: quæ non bello iusto, sed in iusto contraria est. n. 14.
15. Torneamenta quæ: quæ item præ exercitamenta bellica licent.
16. Rex Nauarrorum Gallis præfectus.
17. Pœnitentiā acceptare voluntatis, acceptam cōplere necessitatis adeo: vt mortale sit non implere per cōtēptū, vel notabilē negligētiā. n. 18.
19. Negligentia grauis, non leuis, est mortalis.
20. Confitenda pœnitentiæ acceptatæ ommissio, non autem peccata ipsa, pro quibus illa iniuncta fuit, nisi sacramentali pœnitentia velit face re satis. n. 21. & tūc illa sola iterada, p̄ quib⁹ sic vtile satisfacere. n. 24.
22. Paludanus non sensit, quod ei cum Antonino cōplures tribuunt.
23. Pœnitentia sacramentalis efficacior non sacramentali.



Apitulum hoc tres partes habet: dictum, rationē & illatio nen: secunda ibi: cum Apostolus. tertia ibi: Vnde. Summa est in rubro: post pœnitentiā ad militiam saccularem redi re non licet. Ratio dubitandi huius cap. illa videtur fuisse, quod negociū, qd̄ ante conuersionē sine peccato extitti, hoc etiā post cōuer sionē repetere culpa nō est. c. Negociū. infra ead. d. At militare non est deli ctū. c. Militare. 23. q. 1. ergo post pœnitentiā ad id redire licebit. Ratio vero decidendi videtur esse periculū peccandi, quod secū habet ars militaris & ipsius exercitiū: sicut & ars mercadi, seu negociandi & ipsius exercitium.

Ex qua ratione videt̄ inferri primo, q̄, quæ admodū nō est præceptū, sed consiliū post pœnitentiā negociari, vt colligitur in cap. præcedenti in verb. vtilius & ibi dictum est: ita etiā consiliū videtur continere hoc cap.

Ex quo iterū subinfertur artem militare nō esse malam, neq̄ militare peccatū. Pro qua facit. c. Noli. 23. q. 1. Noli existimare (inquit ibi Aug.) neminē Deo placere posse, qui armis bellicis ministrat. In his erat sanctus David, cui Dñs tā magnū perhibuit testimoniū. In his erat Centurio ille qui Domino dixit: Non sum dign⁹, vt intres sub tectum meū. Hæc ibi. fa cit. c. Quid culpatur. in illis verbis: Neq̄ Iohannes ab armis iubet disce dere milites, & CHRISTVS tributa Cæsari monet reddi. Quia p̄ pter bella necessaria militi stipēdium tribuitur. Hæc ille. Iohannes enim Baptista

Baptista interrogantibus militibus, quid facerent, quo salui fierent. nō ait  
 3 relinquitte militiā<sup>f</sup>, sed: Neminē cōcutiatis, neq; calūniā faciatis & cōtēti  
 estote stipendiis vestris Lucæ. c. 3. facit. c. Militare non est delictum. ead. c.  
 4 & q. f. Iustū enim bellum fit, cum homines inuasores propulsantur, vel cū  
 res ablatae repetuntur. c. Iustum. 2. q. 2. vel cum transitus innoxius negatur  
 c. Notandū. 2. q. 2. et aliis nouē de causis, quas explicat Maior in Quar-  
 5 to. d. 15. q. 20. Facit, quod Thomas secunda Secundæ, q. 40. art. 1. ait iustam  
 bellandi causam cum principis autoritate & intentione, seu animo & mo-  
 6 do bellandi recto iustum efficere bellum. Quin & in eodē articulo anno-  
 tauit alter Thomas illud quotidianū. f. q. quēadmodū lictores, siue sen-  
 tentiarum criminaliū executores, si iuste dannatos odio, vel feritare occi-  
 dunt, peccant quidem mortaliter. c. Minister. 2. q. 5. non tamen tenentur  
 restituere quicq; his, qui ob hoc sunt læsi, neq; etiā vestes ipsas. Ita qui pra-  
 ua mente, intentioneue occidunt inimicos & prædas eorum diripiūt, pec-  
 cant quidem grauiter. At restituere minime tenentur.

Contra tamen hunc intelligendi modum facit primo, q; text. habet cō-  
 7 trarium esse omnino regulis ecclesiasticis post pœnitentiam redire ad mi-  
 litiam sœcularē<sup>f</sup>. Siue ergo eā vocē omnino exponas pro totaliter, seu in-  
 totum, quod facit Archid. cōmuniter receptus in. c. Si beneficia. de præ-  
 bend. lib. 6. siue pro sine modo, pacto & conditione, quod facit. gl. in. c. Sa-  
 ne. 2. de off. deleg. siue aliis modis, quos ibi Feli refert: certe nullatenus sibi  
 constare videntur dicere textū consulendo loqui, & dicere illud, a quo de-  
 hortatur, esse omnino contrariū regulis ecclesiasticis. Secundo facit, q; rō  
 textus est, quod militare negociū sit sœculare, a quo Apostolus iubet Deo  
 militantē secedere. Tertio facit, q; finis habet non esse a diaboli laqueis li-  
 berum, qui se mūdanz addixerit militiæ. & ita loqui videtur de negotio,  
 quod sine peccato nō exercetur: & per consequentiā præceptiue, nō cōsul-  
 tiue. Per quas ipsas rationes videtur discedendū a primo intelligendi mo-  
 do gl. nostræ per ipsam tacto in principio & in fine explicato. f. q; loquitur  
 de pœnitentia iniuncta & acceptata. Hoc enim nō potest esse verū. Quia  
 primo id diuinatio quædam est. Secundo ratio text. alta exprimitur. Ter-  
 tio illatio textus inepta esset, vt de se patet. Non etiam intelligi potest ter-  
 tio eo modo, quo gl. secundo intelligit in iis verbis: vel deliquit in ipsa mi-  
 litia, vt. f. loquatur solum, quando quis confitetur aliquod peccatū in mili-  
 tando admissum. Nā primo id diuinare fuerit. secundo ratio textus, neq;  
 illatio vllatenus patiuntur. Tertio, q; neq; principiū hoc patitur: quando  
 quidem pari ratione, qui deliquit in sacrificando, non deberet āplius sacri-  
 ficare. Neq; etiam intelligi posse videtur quarto modo, quē tangere vo-  
 luisse videri potest glossematarius, dum pœnitentiæ solēnis meminit, vt  
 f. intelligatur de pœnitēte solenniter. Nam primo hoc etiā est diuinare.

Secūdo

Secūdo neq; ratio, nec finis textus illi modo intelligendi quadrare potest.  
 Præterea hoc cap. hodie penit<sup>9</sup> esset inutile, maxime si aduertas hac ætate  
 tales solēnes pœnitētiās de quibus in illo. c. In capite. 50. d. nō esse in vsu.

Quare planius intelligat quinto modo. f. hic militiam accipi pro mili-  
 tari exercitio & arte vitiiis militū peculiaribus sœdata, non pro ipso nudo  
 exercitio, neq; p ipsa nuda arte. Vitia enī militū nō sunt artis & exercitii,  
 sed hominū in eam illa inuehētū. c. illo: Noli. 2. q. 5. facit. c. Quādo. 28. d.

Contra etiam corollariū, quo asseritur militare licitū esse, facit primo  
 illud Matthæi. 26. Omnis, qui accipit gladiū, gladio peribit. & Matth. 5.  
 Ego dico vobis non resistere malo. et ad Roma. 12. Non vos defendētes  
 charissimi, sed date locū iræ. & habet. 2. q. 1. in p̄cip. Facit, q; nihil est vir-  
 tuti contrariū nisi vitiiū. c. Cum renūciatur. 2. q. 1. sed bellū paci contrariū  
 est. c. Noli. 2. q. 1. Pax autē virtus videtur iuxta illud: Fiat pax in virtute  
 tua. & illud: Pax multa diligentibus legē tuam. Facit, q; torneamēta pro-  
 hibentur. c. 1. de torneamentis. sed torneamenta sunt præexercitamenta.  
 bellica. Ergo a fortiori ratione ipsa bella prohibita sunt argu. aūtheutici.  
 Multo magis. C. de sacrosanct. & c. Cū in cunctis. de electio.

Ad horum primū respondeo illū dici accipere gladium. Matthæi. c. 5. 10  
 qui nulla superiori ac legitima potestate, vel iubēte, vel concedente in san-  
 guinē alicuius armatur, vt exponit Augusti. in. 2. lib. contra Manichæos &  
 refert Gratianus in illo egregio. c. Ille gladium accipit. 2. q. 4. Quē modū  
 accipiendi gladium esse prohibitū concedimus: negamus tamen eos, qui  
 iuxta bella bellant, ita gladium accipere.

Ad secundū concedo non esse malo resistendum, imo potius alterā ma- 11  
 xillā quo feriat, parandā, quando ita opus esset factō, Non autē quādo  
 bonū publicū, vel illorū, qui malū inferūt saltē spirituale contrariū exigit,  
 vt eleganter declarat Augustinus in sermone de puero Cēturionis & late  
 refertur in. c. Paratus. 2. q. 1. Et nos hoc posteriore casu dicimus malo esse  
 resistendū & iniuriā vindicandā: ne bonū nostrum publicū pereat, neq; bo-  
 num spirituale inimicorum.

Ad tertium dico per illud Apostoli: Non vos defendentes, vltionē in- 12  
 iustā & non defensionē iustam prohiberi. vnde nouus interpres in illo. c. 12  
 Ad Roma. pro defendētes posuit vlciscentes. et merito. Quia vt ipse in  
 annotatio. ait, Græcis est ecclicountes, quod est, vlciscentes, vel vindican-  
 tes. Nā & interpres antiquus paulo inferius Græcā vocem ecclicensis vin-  
 dictam vertit rectius vindicta versurus in nominandi casu.

Ad quartū nego primō f. pacē, esse virtutē: sed potius virtutis illius, q;  
 13  
 omniū regina est, charitatis opus secundū Thomā scūda Secundæ. q. 29.  
 art. 3. iuxta illud Psal: Pax multa diligentibus legē tuā. Secundo respōdeo  
 concedendo bonā pacem malo bello esse contrariā. nec nos tale bellū licere

h conce



- 14 concedimus Belli aut boni non contraria, sed finis est pax bona, mala vero contraria. Bonum enim bellum gerimus, ut pacem habeamus. Non pax queritur, ut bellum exerceatur: sed bellum geritur, quo pax quaeratur. c. Noli. 23. q. 1.
- 15 Ad sextum concedo Illicita esse torneamenta & alia praexercitamenta bellandi, in quibus, ut plurimum notabiliter laeduntur se exercentes: non eo quod torneamenta sunt praexercitamenta bellica, sed quia piculosa. Unde alia praexercitamenta, in quibus raro, vel nunquam tales accidunt laesiones, licita sunt: qualia sunt, quae nunc dicuntur hastiludia, in quibus hastae sine mucrone sunt in usu, & aliae digladiationes, in quibus gladii sine acumine accipiuntur.
- 16 Quod probatur in illa extrauag. Iohan. 22. de torneamento. petente id rege Nauarrorum tunc Galliam gubernante condita. et sentit senior Tho. in secundum. Secundae. q. 40. art. 1. Ad quartum. ubi minor dilucidius loquitur.

## IN GLOSSAM PRIMAM.

- Quae ad hanc glossam pertinent super textum sunt explicata, excepto illo, quod ait poenitentem obligari ad eam poenitentiam, quae ipsi iniungitur, adimplendam. Pro quo facit. c. 1. vers. Ponat se. supra ead. Ex dictis tamen ibi hoc limitandum est procedere, quando iniunctam poenitentiam acceptauit. Quoniam neminem ad acceptandum compelli posse ibi probatum fuit. Ratio vero diuersitatis illa est, quod, quemadmodum vouere consilii est, reddere tamen votum praecipit. c. Magnae. de voto. ita poenitentiam acceptare liberum videtur poenitenti, modo velit ipse aliter, quam per poenitentiam iniunctam satisfacere hic, vel saltem in purgatorio. acceptam vero tenetur adimplere.
- 18 Ex quo inferitur peccare mortaliter illum, qui per contemptum vel negligentiam notabilem non adimplet poenitentiam acceptatam: si modo ita sit iniuncta, ut praeciperetur. Non ociose addidi per contemptum, vel negligentiam notabilem. quoniam, si per obliuionem aliquando id contingeret, vel per negligentiam leuem. non est putandum illud mortale arg. gl. 1. c. Dictum. 81. d. & quae tradit Feli. in c. Irrefragabili. de off. ordi. per quae glossa illa putata fingit. quae quarta est. c. Ea, quae. de off. archid. quaeque habet negligentiam esse peccatum mortale: declaratur procedere in negligentia notabili non in qualibet leui. Et quod de obliuione dixi, probatur per illa, quae pulchrae scribit Thomas a Vio prima Secundae. q. 77. art. 4. de ignorantia. et quae scripsit Gerson. 2. parte 33. alfab. sublitera. I. & sublitera. M.
- Sed quotidiana quaestio est: an ei, qui non egit poenitentiam acceptam, sufficiat confiteri omissionis peccatum, an vero reiterare oporteat confessionem peccatorum, propter quam talis ei fuit imposita poenitentia. Et multis visum est ad eam iterandam teneri. in quibus est Richard. in Quarto. d. 17. art. 2. q. 8. in argum. 4. in ea videtur etiam esse Paludanus in Quarto. d. 17. q. 5. quem ita tenere refert & probat eius opinionem Diuus Anto. in 3. parte.

tit. 14.

tit. 14. c. 19. §. 19. Syluester etiam verbo: Confessio. primo. q. 3. Pro quibus, facit illa Richardi ratio: poenitens tenetur satisfacere pro peccatis ad arbitrium confessarii. c. 1. vers. Ponat. supra ead. facit. c. Mensuram. supra. d. 1. At confessarius non potest arbitrari quidquam, nisi peccata nouerit. l. De qua re. ff. de iudic. aptissimus in hoc text. in extrauag. Quia quorundam. Iohan. 22. col. 4. & 5. de verb. signif. Nosse autem, nequit, nisi iterato sibi confiteatur poenitens, si est alius confessarius, vel prior, qui sit peccata iam oblitus. igitur propositio vera.

Verius tamen est eum peccare quidem: at non teneri ad reiterandum. Primo, quia, qui semel confessus est legitime peccata sua, nulla humana autoritate cogi potest, ut eadem confessus confiteatur. Tho. quolib. 1. art. 12. Secundo, quod nullo iure hoc probatur. ergo non est id asserendum. c. Legat. 24. q. 2. §. Erubescimus. authent. de trient. & semiss. col. 3. Facit. c. 2. de trahat. prael. & c. Consulisti. 2. q. 5. nisi Deo pro poenitentia sacramentali satisfacere vellet.

Non obstat argumentum Richardi. distinguo enim, quod ille assumit. scilicet teneri poenitentem ad arbitrium confessarii satisfacere. Quoniam autem vult sacramentali poenitentia, quae multo est efficacior, satisfacere, aut non: si non, nego illud. Quoniam, sicut non tenetur poenitentiam acceptare, ita neque poenitentia sacramentali satisfacere. Si autem velit satisfacere poenitentia sacramentali, tenebitur iterum confiteri, si confessarius ille, cui fuit confessio facta non inuenitur, vel iam ille oblitus est peccata, quae illi fuerunt patefacta, & poenitentiam nullatenus recordari potest. Et hanc conclusionem sentit Tho. in illo art. 12. & in Quarto. d. 17. q. 3. art. 3. q. 5. & intrepide affirmat Thomas a Vio in verb. Confessio iteranda, & Maior in eadem. d. q. 6. Neque Palud. in illa. q. 5. determinat aliud, quam diximus, si bene perpeditur, licet errandi ansam Diuus Anto. praestiterit, et rursus is errare fecerit Angelum & Syluestrum. Et cum frequenter ita consuluerim & dixerim Paludanum illud nunquam dixisse, gauisus sum valde reperisse Adrianum, qui hoc ipsum, quod nos, de Paludano sentientes in ea, quam defendimus, opinione fuit in Quarto de confessione col. pen. in fine. Est ergo conclusio in hac materia certa, & sine scrupulo meo iudicio tenenda confessionem legitime factam non esse reiterandam ex eo capite solo, quod poenitentia iniuncta non fuerit adimpleta. siue id contigerit ex contemptu, siue negligentia, siue obliuione, nisi poenitens considerasset maiorem efficaciam ac virtutis esse poenitentiam sacramentalem, siue illam, quae a confessario praecipitur, quam illam, quae sponte a poenitente sumitur, & mente reuoluens maiorem forte poenitentiam a Deo condonari ob unius diei ieiunium a confessario praecipit, quam quatuor dierum ab ipso poenitente assumptum, velit Deo suo poenitentia sacramentali satisfacere. Adde tamen hanc poenitentis voluntatem non concludere, quod confessionem, quam fecerat, poenitentis integram iteret: sed illa tantum solum peccata, pro quibus sacramentaliter satisfacere volet. Quidquid ergo in plurimis, qui confitendi modum

h ii continet

cōtin't, libellis reperias, & quidquid Sūmistæ doceant, quod diximus cū grauiſſimis autoribus neruolīs rationibus freti firmo teneamus.

Cap. Si quis.

S V M M A R I A.

25 Pœnitens non verbo, sed opere confessionem ostendit.

26 Pœnitentiæ solēnis vestigia & quæ mireris, apud Saxones.

**H**oc cap. sola illa verba notanda sunt: Non verbis tantum sed opere & virtute conuersationē sanctā a pœnitentibus demonstrandā. Facit illud Actorū. 1. Caput I E S V S facere & docere. præmisit facere & postposuit docere. facit illd Matth. 7. Non omnis, qui dicit domine domine, intrabit in regnum Dei. et illud Annæ apud Baptistam parthe. Mari. 2. De virtute loqui, minimū, virtutibus uti Hoc Sanſenis opus.

Et illud facetum, quisquis fuerit, qui dixit in illis verbis: facere & docere, penultimā prioris lōgā, & posterioris breuē esse debere. In qua re illud notandum, virtutis studiū bonorū exemplis facilius, quā verbis disci iuxta illud Senecæ. Lōgum iter per præcepta, breue autē & facile per exēpla. & illud Innocēti: Exēpla Sanctorū p̄spicaciter recordāda. c. De quib⁹. 20. d.

Quæ vero alia in hoc & sequē. capit. tractantur, quia de solēniter pœnitentibus dicuntur & vix in vsu occurrent: missa faciō contentus viua voce retulisse, quæ habētur in. c. In capite. 10. d. quod habet illā formā pœnitentiæ solēnis antiquæ. Quibus addo eius quædam vestigia reperiri apud Saxones in eo tēplo, quod Alberstadii est virgini matri sacrū, quod prophænis nō patet, sed tantū initiati subeunt. Inducitur enim vnus aliquis e populo cineritio die hominū opiniōe nequissimus. hunc velato capite, pulla veste sacris admouēt, quibus rite peractis templo, eicitur, eiectus toto iuniorū tempore nudis calcibus urbē pererrāt Diuorum templa visitabū dus, sacerdotes illi victum suggerunt. Mox in Dominica cœna iterū in tēplū inductus post olei cōsecrationē ab vniuerso clero expiatus dimittitur elemosyna prius accepta, quam pie offert templo. Hunc Adā vulgo vocant. Quia, vt protoplastos ille omni vacet crimine, pereunq; ciuitas creditur expiata. quod testatur Iohanes Bohemus Aubanus lib. 3. c. 13. de ritu omnium gentium.

Cap. De his.

In hoc. c. pro repetitis habeo, quæ in superiori dicebā.

Cap. Falsas. Gregorius.

Falsas

**F**alsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum autoritatem sanctorū patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoq; miles & negociator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpa grauiore irretitus ad pœnitentiā venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram pœnitentiā non posse peragere, per quam ad eternā vitam peruenire valeat, nisi negocium relinquat, vel officium deserat, vel odiū ex corde dimittat: bona quidem quæ iniuste abstulit, restituat, arma deponat vltimusq; nō ferat, nisi cōsilio religiosorū episcoporū defendenda iustitia. Ille tamē desperet, interim quidquid bona poterit facere hortamur, vt faciat, vt omnipotēs cor illius illustret ad pœnitentiā.

S V M M A R I A.

- 1 Pœnitentia falsa est, quæ non secundū autoritatem patrū imponitur sine iusto respectu. n. 10. & 11. & 15.
- 2 Pœnitentia septennis pro quouis mortali secundū comunē.
- 3 Pœnitentiales canones. 47. & eis in foro conscientia non esse locū probabile. n. 16. eorum tamen scientiā confessariis opportunā. n. 18.
- 4 Fornicanti presbytero q̄ pœnitentia, quæ specialis itē quibusdā aliis.
- 5 Intellectus huius. c. Falsas. tractatur intelligēdo primo de pœnitentiā, quæ satisfactio est, & impugnatur grauius. n. 21. & refertur alter intellectus, qui omittitur. n. 24. datur nouus. 25.
- 6 Pœnitentia duobus modis a patribus taxata: generatim & speciatim.
- 7 Pœnitentia maior iusta non vana.
- 8 Pœnitentia patrum decretis taxata nō semper peccato æqua, tametsi æqua latitudinem habeat aliquantā. n. 9.
- 9 Pœnitentiæ minuendæ multæ causæ & vna nouissima. n. 10.
- 12 Pœnitētis imprudentis est gaudere parua pœnitentia, nec signū veræ amicitia eius impositio.
- 13 Pœnitentia, q̄ iusta est simpliciter, secundū quid nonnunq; falsa.
- 14 Pœnitentiam septennē non esse pro quouis peccato mortali iure imponendam probabile.
- 16 Pœnitentiam illam septennē ad forum exterius pertinere.
- 17 Capit. Quæ ipsius. 38. d. forte non Augustini.
- 19 Pœnitentia coram Deo æqua aliquando iniqua est, quoad confessariū, neq; illius iniquitas pœnitentē extta salutis statutū ponit. n. 23.
- 22 Ideo vox illatiua.



Res partes habet: primo diffinit pœnitentiã falsam, secũda  
ibi: Ideoq; infert. Tertia ibi: Nec tñ. vnũ documentũ ponit.

Ex principio ergo colligitur diffinitio falsæ pœnitentiæ,  
esse videlicet pœnitentia, quæ non secundũ autoritatẽ patrũ  
pro qualitate criminũ imponitur. Pro qua facit, q; mensura dicitur falsa,  
quæ non est iusta, sed maior, quã par sit vel minor. l. In Dardanarios. ff. de  
pœnis ibi: propter falsum mēturæ modum. & c. 2. cũ ei annotatis de empt.  
& moneta falsa est, cum deest, vel pondus, vel materiæ preciũ. l. Lege Cor  
nelia. l. Qui aureos. ff. ad. l. Cornel. de falsis. facit. c. Non afferamus. 27. q. 1.  
& c. Omnis, qui statherã, 45. d. & c. 1. de reiud. lib. 6.

Contra quam tamen falsæ pœnitentiæ diffinitionẽ ad manũ est argumẽ  
tũ illud fortissimũ. q; nulla fere hodie pœnitentia pœnitentibus a cõfessa  
riis secundũ patrũ antiquorũ autoritatẽ imponitur. Nam recepta est ple  
risq; omnibus sententia pro quouis mortali peccato septennẽ imponẽdã  
esse. c. Hoc ipsum. 33. q. 2. & clarius in §. seq. gl. c. Admonere. 33. q. 2. & gl.  
in c. Prædicadũ. 2. 2. q. 1. & in illo. c. Hoc ipsum. & c. Sunt plures. de pœnit.  
d. 3. tradit Hostiẽ. de pœnit. & remiss. §. Quæ pœna. Antoninus. 3. parte  
tit. 17. c. 20. & Paludanus in Quarto. d. 20. q. 2. & hoc pleriq; omnes asserũt  
At hodie vix vllum confessariũ reperias, qui septennẽ alicui, etiã pro cen  
tũ mortalib; peccatis, iniungat: vix pœnitentẽ, qui hãc acceptet. Ergo om  
nis, quæ hodie agitur, pœnitentia est falsa. Quod tñ, quis audeat dicere?

Secundo contra diffinitionẽ prædictã facit q; quadraginta septẽ sunt  
canones, quos pœnitentiales vocãt, quosq; collegit. Hostiẽ in sũma de pen.  
& remiss. §. quæ pœna ver. Vt autẽ. quosq; ab õnib; sacerdotibus neces  
sario addiscendos esse habetur in c. Quæ ipsis. 38. dist. Quibus pro certis  
peccatis taxatur pœnitentia certa, quam nulli audimus hodie imponi. Nã  
presbytero fornicario decennalis mandatur iniungi pœnitentia magna cũ  
austeritate agenda in c. Presbyter. 82. d. At quis audit presbyterũ propter  
fornicationẽ simplicem decem annis pœnitere? Eum, qui filiam suã spiri  
tualem siue baptismo, siue confirmatione, siue confessione sibi habitã car  
naliter cognouit, duodecim ånis peregrinãdo pœnitere oportet, & postea  
in monasteriũ semper ibi seruiturũ ingredi. c. Si sacerdos. 30. q. 1. Et, qui  
cũ brutis, vel cum cõsanguineis & affinis &, qui contra naturã peccauit,  
septem annis pœnitere debet. c. Hoc ipsum. §. 1. 33. q. 2. At quotus quisq;  
hodie eorũ, qui in eiusmodi decidunt crimina, talẽ agit pœnitentiã? Igit  
aut falsus est Gregorius, aut falsa fere õnis, q; hodie imponitur pœnitentia.

Tertio contra Gregoriũ facit, quia quæ iniungitur pœnitentia, aut ideo  
est falsa: quia nõ est penitus iusta & æquapœna, q; peccatis cõfessione aper  
tis debetur delendis. Et ad hunc sensum etiam, quæ pœnitentia iuxta  
sanctorum patrum regulas imponitur, frequenter falsa esse potest. Quia

maior

maior vel minor, q; oporteat. Nam, quæ septennis pœnitentia vnum per  
iuriũ iuste delebit, illa nõ poterit aliud multo grauius delere, & alii multo  
minori & leuiori maior, quam par sit, erit.

Pro resolutione omniũ dico hunc textũ primo intelligi posse de pœ  
nitentia idest, pœna, quæ pœnitenti a confessario iniungitur. quod innuit  
textus in verbo illo: imponũtur. Facit etiam, quia verbũ pœnitentia in hoc  
text. non videtur sumendũ pro sacramento pœnitentiæ, neq; pro pœniten  
tia virtute seu contritione. Illæ namq; nõ imponũtur, sed aut ministrari di  
cuntur, aut quæri. At in textu est verbũ imponuntur. Facit & illud verbũ  
secundũ autoritatẽ patrum. per quod innuitur Gregorius agere de pœni  
tentia taxata & a patrib; vel in specie depicta, vel in genere deliniata, dũ  
aut speciatim dicũt: Tantũ tempus, tali modo, talẽ pœtorẽ pœniteat. A ut  
generatim aiunt: Pœna maior, vel minor imponatur peccatori, secundum  
qd variis circũstãtis inspectis aut maius, aut min; fuerit illi; peccatũ. Et  
in hũc sensũ intellexit Magister in Quarto. d. 16. & gl. 1. hui; cap. & Maior  
in Quarto. d. 20. & Hostiẽ. tit. de pœn. & remiss. §. Quæ pœna. in principio.

Quo modo intelligendi retento dico secundo mentẽ Gregorii in hoc  
cap. non esse dicere pœnitentiã, quæ a confessario imponitur minus suf  
ficiens, esse falsam. 1. nullius effectus. Quoniã & si non tollit totã peccato  
debitam pœnã, tollit tamẽ partẽ aliquã maiore, vel minore pro tua quali  
tate, si alioqui rite ac legitime fuerit pœnitẽs cõfessus. c. Nullus debite. su  
pra. d. 1. cũ his, q; alias ibi dixi & scripsi. & ab õibus Theologis in Quarto. d.  
20. tenet. & a nostris in c. Significauit de pœnit. & remiss. & gl. 2. extrauag.  
1. de pœnit. & remiss. Tertio dico Gregorii secundi mentẽ nõ esse dicere  
pœnitentiã illam esse omnino iustã. 1. neq; maiore, q; par sit, neq; minore,  
q; secundum patrũ decreta taxat. Vt enim tertiu argumentũ efficaciter cõ  
cludit, interdũ erit maior, q; par sit, & interdũ minor. Quoniã stat dare pec  
cata eiusdẽ speciei, quibus eandẽ pœnitentiã imponi mandat sc̃ta patrum  
decreta: quorũ tñ alterũ primo lōge grauius erit, & tertiu vtroq; & quartũ  
tribus. Et ita pœnitentia non eodẽ modo erit õibus illis iusta & æqua õino  
Nã & si, vt Parisienses nouissimi dixerunt in illa. d. 20. credendũ est diui  
nã bonitatẽ & åplitudinẽ nõ in indiuisibili pœnitentiã q; titate illã æqualita  
tẽ reposuisse: sicut preciũ iustũ merciũ nõ est in indiuisibili sitũ, vt dixim;  
in gl. c. præced. tñ vnus speciei peccatũ tanta potest aliud eiusdẽ spẽi gra  
uitate supare, vt, q; pœnitentia debetur alii, multo excellat iustæ pœnæ lati  
tudine alii debitã. sicut & preciũ vnus mercis multo solet supare latitudi  
nẽ iusti precii ali; mercis eiusdẽ speciei. Passim enim repies equũ viginti  
ducatorũ ac equũ cẽtũ ac ducetorũ: imo mille ducatorũ, passim pãnũ vni;  
ducati & aliũ eiusdẽ speciei duorũ triũ & quatuor ducatorũ. Quarto dico  
nõ fuisse ipi; Gregorii mētẽ falsas appellare pœnitentias illas, q; prudẽter

h iiii a cõfessa

a confessario imponitur. Quod patet ex gl. nostra in verbo autoritate, secundum quam poenitentia, quae iusta minor a confessario imponitur, ex causa iusta non dicitur esse falsa. Causas autem iusta minores imponendi multas & varias esse diximus & scripsimus in c. Mensuram. supra. d. 1. f. f. debilitatem, aegritudinem, magnam contritionem, & aliquando parvam deuotionem timorem item, ne iustam poenitentem respiciat, vel acceptam parum impleat.

11 Adde item aliam nulli, f. quod sciamus hactenus consideratam, quod hodie omnes confessarii in poenitentiam iniungunt poenitentibus quidquid boni fecerint & nulli sustinuerint per quam clausulam, & si non alligat eos ad bona peragenda, efficiunt tamen, ut quaecumque peregerint, in poenitentia eis cedant sacramentalem. Et ita totum vitae tempus quodam modo poenitentiae agendae a quolibet confessario cuiuslibet poenitenti, quatenus opus est, videtur constitutum & taxatum. de quo dicemus et aliquid in c. 1. infra. d. 6. in sexto dicto.

Quinto autem dico illas videri Gregorium appellare poenitentias falsas, f. quae sine causa minus iusta a confessario imponuntur, vel ob ignorantiam, vel amicitiam, vel socordiam & denique ob aliquem minus iustum respectum: v. si ob iustum, non tamen poenitentem admonet eam, quam illi taxat, non esse iustam, quo pro peccato sufficienter satisfaciatur, ne ipsum contristet, siue molestet, & ne ipsius humanum amorem perdat. Cui considerationi consonat illud, quod Parisiensis in Quarto. d. 20. col. 3. dixerunt, f. imprudentiae poenitentis esse gaudere ob parvam poenitentiam sibi constitutam: neque verae amicitiae signum esse paruae poenitentiae impositionem.

Sexto videtur illa quoque poenitentia dici posse falsa, quae iusta minor est, quamuis sancte a confessario imposita, nec minus recte a poenitente accepta.

13 Illa enim, quae simpliciter iusta dici potest: secundum quid tamen potest appellari iniusta. Primo, quia illa mensura dicitur esse falsa, quae licet aliquam partem debitae quantitatis, non tamen integram continet, l. In Dardanarios. ff. de poenis. c. 2. de emptio. At poenitentia, quae iusta minor ob quaecumque bonum respectum imponitur, quae aliquam partem quantitatis poenitentiae ad satisfaciendum contineat: non tamen integram, neque per illam integre liberabitur a poena purgatorii secundum plerumque omnes in Quarto. d. 20. quod multis argumentis efficaciter ibi a doctis probatur, quidquid gl. dicat in c. Mensuram. de poenitentia. d. 1. & quidquid etiam gl. extrauag. 1. de poenitentia & remissione. quaeuis paulo moderatius loquatur, quam altera. & quidquid Pan. in c. Deus, qui. de poenitentia. et Burgensis in c. 2. de emptio. determinent.

Septimo dicimus hos duos intellectus proxime relatos saltem in se veros esse, quamquam forte non plus satis textui conueniunt. de quo mox dicam. Hoc igitur intelligendi modo priori, qui secundum hos duos intellectus defendi potest, & qui videtur communis retento: non obstant, quae contra conclusionem ex hoc textu elicitam allegabantur. Non primum: negari enim po-

test

test primus cuiuslibet capitali peccato septennem poenitentiam iniungendam esse. Nulli enim ego inueni legem, quae hoc statuatur, quae gl. illa tres in argumento allegata id asseruerint, & Gratianus in c. Hoc ipsum. §. 1. 3. q. 2. id, sine villa tamen lege docuerit ab ecclesia usurpatum & vltimum receptum. Contra quae sententia est c. Mensuram. supra. d. 1. vbi Hieronymus ait mensuram temporis in agenda poenitentia non esse a canonibus pro vnoquoque crimine praefixam. Et huius sententiae videtur esse. Tho. in Quarto. d. 20. q. 1. art. 2. Ad secundum. vbi ait: Non est vniuersaliter verum pro quolibet peccato septennem poenitentiam exigi & c.

Secundo responderi potest, quo posito & non concessio cuius mortali peccato septennem poenitentiam iniungendam esse: id tamen intelligendum est, nisi aliud iusta causa facere suadeat. quod supra dicebam. Et ita non sequitur: omnes, quae hodie imponuntur, poenitentias falsas esse. Quoniam factis imponuntur secundum autoritatem patrum, si eis doctis diminuantur, praesertim, quando (quod fere semper fit) additur illa clausula, per quam, quidquid boni fecerit vel mali sustinuerit, in poenitentia ei cedat sacramentalem, ut supra est dictum.

Tertio responderi potest illam septennem poenitentiam non pertinere ad forum conscientiae purum & solum, sed ad forum, quod appellant mixtum: nempe, quando non ad puniendum peccatum, sed ad corrigendum peccatorem in exteriori foro proceditur. In quo foro etiam procedere. c. 1. de poenitentia. alias ibi persuasisse nobis videmur. & in c. Placuit. d. 7. infra nos tractaturos speramus.

Ad secundum respondemus negando poenitentias in canonibus poenitentialibus contentas locum habere in conscientiae foro. Contra quod tamen grauius urget. c. illud Quae ipsis. 38. d. quod habet, vix pro sacerdotibus habendos, qui canones poenitentiales ignorarint. Urget etiam prisca indulgentiarum forma tot dies, tot annos, tot quadragesimas de poenitentibus iniunctis relaxandi. Quae non obscure demonstrare videtur multos olim annos, multas quadragesimas, plures dies poenitentibus, quo in illis poenitentiam agerent, iniungi solita.

Ad horum tamen prius responderi primo potest illud cap. cuius sit, non constare, quando eius superscriptio solum indicat ex dictis esse Augustini. Secundo responderi potest non idcirco in parochis canonum illorum poenitentiam requiri, quod poenitentias in illis contentas oporteat eos in foro conscientiae imponere: sed quia illis doceri possunt, quae poenitentiae qualitas cui peccato magis conueniat. Instar enim illarum a iure pro exteriori foro praefixarum debent suas imponere parochi secundum omnes.

Ad posterius autem negari potest ex illa indulgentiarum forma contenta di canonum illorum poenitentialium poenitentias imponi solitas in confessione. Quis enim audeat dicere poenitentiam illam primi canonis poenitentialis nepe.

c. Pres.

c. Presbyter. 2. d. imponi solitā fuisse a confessario alicui? Quid enim illud aliud esset facere, q̄ detegere confessionem? Quem canonē in foro exteriori loqui satis inuit ibi Alexadrinus. & in simili sentit Antonius in c. 1. de pœnit. & remiss. Concludit tamen illa prisca indulgentiarū cōsuetudo multo maiores olim a confessariis pœnitentias imponi & a penitētib⁹ accipi solitas, quam hodie, & multū diuersas. quod libenter concedimus. Sed ex eo non sequitur, quas hodie CHRIS Tiani accipiūt pœnitētias fere omnes esse falsas per ea, quæ supradicta sunt.

19 Ad tertium respondeo primo per pœnitentiam falsam Gregoriū intellexisse pœnitentiam minorem illa, quā vir prudens imponere debuisset, vt in quinto dicto supra dicebā: siue illa esset illi peccato æqua, siue iniqua seu inæqualis. Quia licet illa vera esset ante Deum & æqua, tamē quoad imponētē, qui non erat diuini iudicii conscius: poterat esse falsa & male imposita. Secundo respondeo concedendo, quod argumentū nititur probare, intelligendo per falsam pœnitentiam, quod supra in sexto dicto intelligebamus, nempe illam, quæ maior vel minor ante Deum esset, q̄ ea q̄ delendo penitus peccato sufficeret: esse aliqua parte falsam.

21 Contra tamen hunc intelligēdi modum, & ita q̄ textus nō agat de pœnitētia, quæ pro peccati satisfactioe imponitur: sed de pœnitentia virtute siue cōtritione, qui eius est actus, efficaciter facit primo, qd̄ verba, quæ sequuntur, plane demonstrāt Gregoriū agere de illa pœnitētia, quæ ideo est falsa, quia nō receditur a peccato. At enim: miles & negociator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non potest. Et iterū: qui bona detinet alterius, vel qui odium in corde gerit. Quæ omnia non obscure ostendunt eum non agere de pœnitentia, quæ a confessario iniungitur, sed de illa, quam ipse facit, nempe contritione, quæ pœnitentiæ virtutis actus est, quæq; dolore præteritorum peccatorū & proposito futura vitandi cōstat. c. Pœnitentia. 1. & 2. supra. d. 3. Secundo facit, q̄ illa dictio ideo, q̄ causalis & illatiua est secundū Bartolū in l. Demonstratio. §. Quod autē. n. 9. ff. de cōdi. & demōst. & quæ ex dicto priori cap. nostri infert ad prædictos, qui toto corde peccata omnia non exuunt, nullatenus apta videri potest, intelligendo principiū de pœnitentia falsa per confessariū iniuncta. Quoniam ex pœnitētia falsa a confessario iniuncta nullatenus inferri potest ad pœnitentiā falsam, quam ipse pœnitens affert & facit. Quoniam illa pœnit⁹ separata sunt per prædicta, & a separatis non fit illatio. l. Papinianus exul ff. de minor. c. 2. de trālat. prælat. Tertio cōtra hunc intelligēdi modū facit. c. fin. infra eo. quod iisdem fere verbis vtitur excepto verbo imponunt, & de eadem penitus materia agit. Et tamen clare demonstrat per pœnitentiam falsam intelligere pœnitentiā illam, quam quis de vno, vel de pluribus agit peccatis, nō tamen de omnibus. & ita nō intelligit de pœnitentia cōfidenti

confitenti a confessario iniuncta: sed de illa, quam pœnitens ad cōfessariū defert. Quarto facit finis. cap. nostri, quod præsupponit eum, de quo agit pœnitentem extra salutis statū esse. At enim: Ne tamē desperet interim, quidquid boni operis faciat, vt omnipotēs Deus cor illius illustret ad pœnitentiam. F Sed q̄ pœnitentia cōfidenti a cōfessario sit iusta & satis æqua peccatis aut non: neq; in salutis statu ponit pœnitentē, neq; ab eo tollit per prædicta. ergo cap. nostrū non agit de illa.

His argumentis difficile meo iudicio fuerit plene satisficere. Ideo alter intelligendi modus est, vt intelligatur totū cap. de pœnitētia falsa, hoc est, facta ex parte pœnitētis. Quod in causa fuit, cur Cardi. hic de cōfessionis veræ conditionibus ageret. quod tamen parū vtiliter facit & ipse dicens dū in c. fin. referu. Quare tertius idemq; nouus f̄ occurrit intellectus, nē pe textum hunc in princip. generatim agere de omni pœnitētia falsa, siue illa sit falsa ex parte pœnitentis, quia nō omnino eum pœnitet: siue ex parte confessarii, quia non omnino iustā, vel non, qualē prudens imponere debuit, imponat. Facit. c. fin. infra eadē. quod huiusmodi pœnitentiā appellat falsam. Facit etiam, q̄ pœnitentia, quæ iniungitur impœnitēti, & ei, quem nō omniū pœnitet, & absoluitur cum illa, non imponitur iuxta patrū decreta, quibus statutū est, ne talis absoluaetur. c. Quod quidā. de pœnit. & c. Sūt plures. supra. d. 3. c. Legatur. 24. q. 2. c. Si quis cōtristatus. 92. d. & ita falsa dicitur. Per hunc intelligendi modum omnibus argumentistā pro primodicto adductis, quæ secūdū intellectum expugnat, quā aliis, q̄ priorē destruunt, facile responderi potest. & ideo in singulis diluēdis nō morabor.

Gregorius in homilia. 24.



**N**egocium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post cōuersionē repetere culpa non fuit. Sūt enim pleraq; negocia, quæ sine peccato exhiberi aut vix, aut nullaten⁹ possūt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hęc necesse est, vt post conuersionem animus nō recurrat.

SUMMARIA.

- 1 Officiis ab illis, q̄ vix, aut nullatenus sine peccato exercent, abstinēdū.
- 2 Ars, quæ sine peccato exerceri nequit, illicita, sed venialiter tantū, si absq; veniali peccato nō potest, mortaliter vero, si non absq; mortali. n. 4. & 5.
- 3 Arte omni & officio bona hominū pars abutitur.
- 6 Ars, quæ sine veniali nō exercetur, venialiter mala.

- 7 Præceptum non omne obligat ad mortale  
 8 Ars, cuius operibus homines & bene & male uti possunt, licita, licet, ut plurimum male utatur, idem. n. 10. & 23. nam & naturæ legibus maior hominum pars abutitur. n. 9.  
 10 Lex de continentia sacerdotum honestissima.  
 11 Vix pro nullatenus & pro difficile. n. 12. utroque modo in hoc textu capi potest. n. 13. sed planius priori. n. 15.  
 14 Vox eadem ad diuersa relata diuersa significat.  
 16 Artis malæ operum quandoque bonus usus, artem malā alterū e duobus facit. n. 17. est mala venialiter & mala mortaliter. n. 18.  
 20 Thomæ Illyrici Franciscani mira persuasio & mirū auditoriū. 21.  
 22 Ars chartarū lusoriarū in se non mala saltē mortaliter, neque illā exercentes mortaliter peccare, licet hodie extirpanda. n. 26.  
 24 Sacramentis etiam maiore CRISTIANORUM partem male uti.  
 25 Veneni negociationē quandoque licitam.  
 26 Monachis ne delicatissima opera, quibus ut plurimum ad vanitatē homines utuntur, faciant, est consulendum.



Varum partium prior soluit vnā quæstionē, posterior ibi: Sunt enim. declarat quæstionis terminos. Ex hoc cap. habetur pœnitentē ab illis negociis abstinere oportere, que vix, aut nullatenus sine peccato exerceri possunt. ad idē. c. Cōtrariū. & c. Qualitas & c. Cōsideret. §. In his. supra ead. dist. Et cū a nullo negotio abstinere de præcepto debeat pœnitens, a quo non debeat alius CRISTIANUS per ea, quæ in capitulis prædictis dicta fuerunt: sequitur abstinere debere omnes homines ab eiusmodi officiis. Facit, quod diffinit Thomas secunda Secundæ. q. 69. art. 2. Ad quartum. eam artem, cuius operibus homines sine peccato uti nequeunt, esse illicitā, qualis est ars idolorū faciendorum secundum eundē & ars sceneradi eadē ratione. Eas itē artes, quarū operibus homines ut plurimum male utunt, extirpandas e Republ. esse. Contra tamen hanc cōclusionē oppono, quia sequeretur ex hoc omnē ferme artē, omne officiū illicitū esse, & ita nullis eorū homines uti posse. Omnī enim arte genus humanū hodie ut plurimum male utitur iuxta illud Psal. 51. Omnes inutiles facti sunt, non est qui faciat, non est usque ad vnū. & illud: Saluum me fac, quoniam defecit sanctus. Quod late quidā ostēdit in libello illo infami, aut certe vano, quem de vanitate scientiarū inscripsit, & Erasmus ante illum in illa sua Moria mōstrauit, sed modestius & maiore cū lectoris utilitate. docet & vulgaris ille adagio: In suo quisque fur officio. & ille: Plus aloes quam mellis habet, constat item experientia. Nā si quis mortales omnes CRISTIANOS orthodoxos, hæreticos, Iudæos, Sara-

cenos & ethincos, siue gentiles e specula veluti quadā contempletur, facile animaduertet Theologia plures male, quam bene vtentes. Iuris itē peritia, medicina, liberalibus artibus atque aliis mechanicis multo plures abutētes, quæ eas in Dei vere cultum, quod omnino faciendū erat, conuertētes. Neque mihi dicas Gregoriū hic de arte illa, ut officio agere, quod sine peccato nequeat exerceri. Agit enim & de illo, quod vix sine peccato exerceri potest. & ita de illo, quod potest quidē, sed difficile a peccato separari per. c. 2. de cognat. spiri. lib. 6. & l. Vix. ff. de iudic. Secundo cōtra eandē cōclusionē facit, quod secundū illā ad officiū faciendi chartas, quibus homines hodie ludunt, pœnitēs redire nequiret, neque aliā ea uti: quia maior pars hominū hodie male chartis illis utitur. Quod ipsum de arte faciendi fucos & alia vana, quibus mulieres fucantur & ornantur, dicendum videretur. Facit tertio, quod sequeretur peccatum esse fabris lignariis & cæmentariis Iudæorum reparare synagogas, quod contra. c. Coniuluit. de Iudæis. videtur esse. Peccatū item esse lupanaria, in quibus meretrices prostent construere. Quod tamen videtur esse falsum. Contra tamen hunc intelligendi modum faciūt. quæ primū dictū supra positum firman.

Pro resolutione horum dicendū primo pœnitētes redire non posse, neque alios accedere ad illam artē & officiū, siue negociū, quæ sine capitali peccato exerceri nequeat. Qualis est ars faciendorum idolorum & ars scenerandi, ars necromantiæ & id genus aliæ. Secundo dico oportere quidē non redire neque accedere ad illam, quæ sine veniali peccato exerceri non possit, & non solum consiliū sed etiam præceptum esse, non tamen ad salutem necessariū. Quia non est necessariū ad salutē a peccato veniali abstinere iuxta illud Apostoli. 1. ad Corinth. 3. & c. Alias. 2. dist. Qui super ædificat lignum, scenum & stipulam, quasi per ignem saluus erit. quod explanādo tradit Thom. ab omnibus receptus prima Secundæ. q. 89. art. 2. Redire autē, vel accedere ad officiū, quod sine veniali exerceri non potest, redire ad veniale peccatū est: ergo non plus repugnat hominū statui eiusmodi officiū, quam peccatū veniale Pro quo est decisio mihi singularis Thomæ a Vio secunda Secundæ. q. 169. art. 2. in fine sui cōmenti, vbi clare sentit peccatū veniale tantū esse arte illa, vel officio uti, quod sine veniali peccato exerceri non potest: idque officiū, vel artem sine veniali exerceri non posse, cuius operibus ut plurimum homines ad veniale peccatū utuntur. Quæ forte diffinitio nimium ampla est & ad ea, cuius operibus semper, vel quasi semper venialiter peccatur restringenda per ea, quæ mox dicam.

Dicat tamen hic aliquis: quo modo, si præceptū est artem, quæ sine veniali peccato exerceri nequit non habere, tali uti solū veniale fuerit, cum præcepti transgressio mortale sit? c. Nam de cōstit. cū multis, quæ Fel. ibi congeslit.

Respondeo non omne præceptū inducere peccatū mortale. Præceptū est ne mentiamur. at nō omne mendaciū est peccatum mortale, licet peccatum sic, vt late Augusti. docet in lib. de mendacio, & in. c. Primū. 22. q. 2. & Alexander. 3. In. c. Super eo. de vsur. & alibi sæpe habetur. & tradit vterq; Thomas secūda Secunda. q. 110. art. 3. & multa esse præcepta, contra q̄ qui facit, solū venialiter peccat, neruose probabat Tho. a Vio in libro viginti septē quæstionū. q. 21. Cuius doctrina nobis valde placuit, & explicari posse videtur in præcepto de benedicenda mensa clericis facto in. c. Nō liceat. 44. d. & aliis nostræ regulæ, nempe Augustini magni præceptis non paucis moralibus & aliis, quæ non dantur de his, quæ necessario pertinent ad charitatē Dei, vel proximi. His enim exemplis responderi nō potest p̄ illud Thomæ in illo art. c. Ad secundū. qui sentire alicui videri potest non omne mendaciū esse cōtra præceptū. Nō enim sentit illud. quia vir doct⁹ non ait non esse cōtra præceptum, sed nō esse contra præceptū Decalogi. Quoniā nihil est cōtra præceptū Decalogi, quatenus est Decalogi præceptum, nisi quod est cōtra charitatem Dei vel proximi. Tertio dico illam artē & officiū, cuius operibus homines tam bene, q̄ male vti possunt, licitā esse, quamuis vt plurimū male illis vtantur. Quod probatur primo argumentis contra conclusionē ex text. nostra elicita supra formati. Et præterea, quod Thomas in illo art. non dixit artem illā illicitam esse, cuius operibus vt plurimū homines male vtantur, sed extirpandā esse & a Repub. tollendā per eum. qui illi præst. quasi diceret nō esse illicitā, donec a Reipub. principe prohiberetur. Vbi etiam Thomas a Vio magis in hac partē inclinat ea potissimū ratiōe, q̄ priuatus artifex cōmunis boni curā nō habet. Ea enim cura ad principē spectat & ita satis videtur artifici, q̄ suis operibus, vt male, ita bene possūt homines vti. Ego vero quarto illa ratione id mihi persuadeo, q̄ nō est illatio solida: Tali re bona, seu maior pars hominū male vtitur, ergo mala est & improbanda. Bona enim hominum pars etiam ipsis naturæ legib⁹ male vtitur. Naturæ lex dicit præceptū de vno vero Deo sine superstitione colēdo. at soli CHRĪstiani orthodoxi, & hi nō oēs debita cū religione illū colunt. Lex naturæ dicit sine debita reuerentia iudicio & iustitia non iurare, id est, Deū in testem non adducere. at quotusquisq; illa non abutitur? Quod ipsum in lege de nō fornicando, de non furando & aliena illicite nō vsurpando, non mentiando & aliis Decalogi præceptis facile videas. Quæ tamen omnia præcepta iuris esse naturæ constātere omnium opinio habet cū Thoma prima Secunda. q. 95. art. 1. Idem est de sexcētis humanis legibus. q̄ factæ quidē & honestissimæ sunt. eis tamen maior eorū, quos ligant, hominū pars abutitur. Qualis est lex illa nunq̄ satis laudata de continentia sacerdotū, sine cuius vtinā sublacione inter CHRĪstianos vera cōtingat cōcordia. Multa in hoc mutuari possent

possent a Iodoco Clichthouco in libello de continentia sacerdotū. Quinto facit, quod ipse Iodocus non citat. c. De occidēdis. 23. q. 5. in illis verbis: Absit, vt, quæ propter bonū & licitū facimus, si aliquid præter nostrā voluntatem cuiq̄ acciderit, nobis imputetur. & paulo post: Quid est in vsu hominum bonū ac licitū, vnde non possit perniciēs irrogari?

Quarto dico text. n̄um in illo verbo: vix. posse intelligi pro nullo modo, sicut in lege. Si iure. ff. de leg. 3. vbi Dynus & Bartol. ita exponūt. & in l. Tutor pupilli. ff. ad Senatusco Velleia. Quem intelligēdi modū tenēdo dicendū est vocem illā, quæ sequitur, aut disiungere tantū verba, & nō sensum & accipi pro siue. de qua est gl. quæ singularis putatur in. l. Ad ptegendū. C. de in litē. dand. tutor. & ita intelligēdo textus est planus: pro quo intelligēdi modo videt casus in. c. fin. infra eo, in illis verbis: falsa est p̄nitentia, cum p̄nitēs ab officio, vel curiali negocio nō recedit, quod sine peccatis agi nullatenus praualet.

Potest etiam exponi vox illa: vix, pro difficile, siue cum difficultate, iuxta. l. Vix. ff. de iudic. & iuxta text. in iure optimū in. c. 2. de cognat. spiritali lib. 6. Quo intellectu retento dicere f̄ oportet partē huius cap. præceptū inducere, partē vero cōsiliū. Quatenus enim habet p̄nitentē redire nō debere ad negocia, q̄ sine peccatis mortalibus, vt venialib⁹ exerceri nullatenus possunt, præceptū cōtinet. Quatenus autē habet nō debere redire ad negocium, quod sine peccato vix exerceri potest, de consilio intelligendum est iuxta illa, quæ scripsimus in. c. Qualitas. & in. c. Contrariū. supra ead. Neq; demireris eundē textum, quoad alia consiliū & alia continere præceptū. Id enim frequens est. vt in. c. Cōsideret. supra eadē. & in. c. 1. dist. seq. Facit f̄ q̄ in multis iuris partibus eadē vox eiusdē legis ad varia relata varie accipitur. l. 2. ff. de offic. proconsul. c. Ab excōmunicato, de rescript. a quibusdā in hoc laudatissimū. c. Cum dilectus de consuetud. & alia multa q̄ post alios cōgessit Dec. in. c. Quoniam Abbas. de off. deleg. Facit tertio q̄, quomodocunq; capiatur illa vox: vix. in hoc cap. diuerso modo capiat̄ oportet. Quoad illa enim officia, quæ sine mortali exerceri possunt, uō tñ sine veniali, præceptum continet non obligās ad mortale. Quoad illa vero quæ sine mortali exerceri nequeunt, præceptum continet obligans ad mortale per ea, que supra diximus. f̄ Plamor tamē videtur prior intelligēdi modus. s. vt ea vox: vix, pro nullatenus accipiatur.

Quinto dico mihi non videri esse eadem artem, vel officiū sine mortali peccato exerceri non posse, & illius operibus hoies, nisi male, vti nō posse. Est enim dare artē, cuius operibus, vel effectis homines bene vti possunt: quæ tamen ars improba est & mala. Diuinandi artes malæ sunt. 26. q. 3. c. 1. At multis, q̄ per illā artē sciunt & noscunt, hoies bene vti possunt, puta re, q̄ pdita fuit per illā artē inuēta, thesauro item damone mōstrante inuēto.

Ex quo

17. Ex quo inferitur alterum ex his duobus sufficere, quo ars aliqua dicatur reprobata: vel quod ipsius operibus homines, nisi cum peccatis uti non possunt, vel quod sine peccato in se nequeat exerceri. Sub priore membro continetur ars idolorum faciendorum & similitum. Sub posteriore vero ars diuinationis cum speciebus suis. scilicet geomantia, hydromantia & aliis, de quibus in c. 1. 26. q. 3. ars facerandi & alia id genus artes. Quarum opera quidem bona sunt, ut ars sanandi per superstitiones & carmina: quarum de numero videri potest ars quoque alchimiae iuxta extrauag. 1. de crimi. falsi.
18. Inferitur secundo artem reprobam. scilicet officium, vel negocium duplex esse reprobum, scilicet venialiter tantum & reprobum mortaliter.
19. Inferitur tertio non omnem illam artem esse reprobam cuius operibus homines, ut plurimum male utuntur, quantum si non est de necessariis, iuste illam princeps tollat.
- Quarto inferitur solutio eorum, quae pro utraque parte fuerunt allegata. quibus singillatim dissoluendis non est consilium immorari. Solum illud speciatim tangam, quod ad officium faciendi chartas, quibus luditur tactum est. Memini ab hinc fere viginti annos Fratrem Thomam Illyricum instituti Franciscani mirum in persuadendo concionatore apud Tholosates, cum in eorum insigni Academia praegeret, prima suarum concionum consulibus urbis ac totius populo persuasisse officium praedictas chartas excudendi reprobum esse, & ideo artifices illos peccare mortaliter. Et quoniam palam erat octo, vel decem homines cum multis ipsorum famulis illi arti operam in illa frequenti & populosa ciuitate dare ex eaque viuere, persuasit quoque mortaliter peccare consules, qui eos in ea patiebantur. Et adeo quidem id persuasit, ut post secundam concionem formas, siue characteres illos, quibus illae chartae excudebantur publici comburerentur, & artifices desertis suis artibus e publico alioceperint, donec alio vitae genere honesto Respublicae illis prouideret. Nec ab eo die in ea ciuitate, quae caput est linguae Occitanae, & omnium, quae Francorum pariter imperio post Parisios prima, nusquam vllus, saltem publice ludebat, cum tamen antea nemo non id faceret. Tanta est verbi diuini energia per virum, qui Dei seruus habetur proposita. Ea omnia, quae concionator ille dicebat & faciebat, tunc mihi visa fuere iustissima. Nunc autem rem altius perpendenti zelus quidem illius viri heroici, quem septem horis continuis media hieme mediaque platea, quam S. Georgii vocant a decem fere hominum milibus, quae nulla ecclesia capiebat, audiri vidimus, & auditorum de numero fuimus. Zelus inquam illius pius utilis & laude dignus fuisse videtur.
22. Extirpatio item illorum officiorum res sancta, nec minus Reipublicae utilis. At artem illam reprobam esse capitaliter in se & eam exercentes mortaliter peccare non satis videtur expeditum. Nam & Thomas a Vio in illo art. 2. non audet id diffinire. Pro qua parte ultra praedicta facit quod ars illa, cuius opera neque in se mala sunt, neque ad malum per se ordinata, imo in bonum & utilem
- finem,

finem, primum inuenta fuerunt, non videtur esse mala per c. De occidendis. 23. q. 5. supra citatum, & in duobus locis ponderatum. Quibus addi potest & ille tertius, qui habet: alioqui nec ferramenta domestica, aut agrestia sunt habenda, ne quis se illis, vel alterum interimat: nec arbores plantanda, ne quis ex illis se suspendat: nec fenestra facienda, ne per hanc se quisquam precipitet. Hactenus ibi.

Neque respondeat aliquis Augustinum de illis operibus agere, quibus hominum bona pars bene utitur. Nam primo Augustini ratio locum sibi vendicat etiam in illis, quibus maior hominum pars male utitur. Secundo, quae te rogo, dabis opera, quibus hominum bona pars non male utatur? Utinam etiam ipsis sacramentis operum omnium sanctissimis in fine omnium sanctissimum ordinatis bona CHRISTIANORUM pars non male utatur. Quibus omnes haeretici, omnes fere orthodoxi male morati, multi etiam bene morati frequenter male utuntur. Quotus enim quisque hodie matrimonium cum suorum peccatorum contritione contrahit? quod tamen facere debere supra in rubrica monstrauimus & probat in c. Illud. 95. dist. et opinio receptior habet. Quot aspernatur confessionem? Quot sine contritione confitentur? Nonne Thomas a Vio arbitratur bonam CHRISTIANORUM partem sine iusto peccatorum dolore illa confiteri in q. 5. de confess? Quod mihi adeo persuasum habeo, neque id temere, ut cum propheta clamare cogar: Saluos fac domine, quoniam deficit sanctus. Quare igitur ars chartarum faciendarum cuius finis est honesta hominum recreatio, in quem multi etiam hodie utuntur, reprobam indicabitur, licet chartis ut plurimum homines abutantur? Facit. I. Quod saepe. §. Veneniff. de contrahend. empt. q. habet etiam veneni negociationem licitam esse, quando illud tale est, quod alii admixtum vsui hominum utile possit esse. Tertio facit, quod Innocentius a Panor. & aliis ibi receptus in c. Multa. ne clerici vel monachi dicebat licitum esse fingere ac vendere ornamenta, quibus se ornare mulieres, ut suum statum decet, valeant, & etiam quo suis maritis magis placeant. quem etiam Io. And. sequitur in illa rub. & in Mercuriali regulae. Ea quae lib. 6. Et tamen constat bonam partem mulierum, aut ultra, quam illas deceat, aut ut aliis, quam suis maritis placeant, aut certe ob leuitatem, quo formosiores, vel quo maiore honore dignae videantur, ornari.

Non igitur facile artes huiusmodi, & qui eis utuntur homines reprobi penitus iudicandi sunt, quibus quis qui Reipublicae curam gerit, eas & earum exercitores a sua Reipublicae quoties ei viderit expedire, pellere possit & explodere. Ex quibus inferitur ad illius quaestionis, quam nuper interrogabar, decisio nempe: an sanctimonialia siue monachae illae peccarent, quae ornamenta mulierum delicatissima idonea potius lasciuiae ac vanitati, quam grauitati & charitati fingerent. In qua re in praesentia tria breuiter dicenda occurrunt primum. Me non audere facile pronuntiare illas in hoc peccare propter praedicta.



Secundū eas etiā si peccant, venialiter tamē tantū peccare. Quoniā quæ huiusmodi ornamentis, vt plurimū & principaliter vtuntur, ad vanitatē & venialia peccata vtuntur. Et ideo ars illa tantū venialiter ad summū potest esse mala. Tertium est meo consilio, quæ alioqui sustentari possunt, ab his operibus abstenturas esse.



### Textus. c. fin. Innocentius Papa. 2.



Fratres nostros episcopos & presbyteros admonemus, ne falsis poenitentis laicorum animas decipi & in infernū pertrahi patiantur. Falsam autē poenitentiam esse constat, cum spretis pluribus de vno solo poenitentia agitur, aut cum sic agitur de vno, vt nō discedatur ab alio. Unde scriptum est: Qui totam legē obseruauerit, offendat autē in vno factus est omnium reus. I. quantum ad vitam eternā. Sicut enim, si peccatis omnibus esset inuolutus, ita si vno maneat, vitę eterne ianuam nō intrabit. Falsa enim est poenitentia, cum poenitēs ab officio vel curiali negocio nō recedit, quod sine peccatis agi nullatenus praeualet, aut si odium in corde gesserit, aut si offenso cuiuslibet nō satisfaciatur, aut si offendenti offensus nō indulgeat, aut si arma quis contra ecclesiam ferat.

### SVMARIA.

- 1 Præceptiua verba consiliū, & cōsultiua præceptū iuducere ob materiā subiectā, alioqui minime.
- 2 Confessiōis legitimæ. 16. cōditiones, quatuor, qua parte est virtutis op⁹. n. 3. tres, qua parte est actus poenitentiæ. n. 4. quatuor in quōtū est confessio. n. 5. tres, in quantū est pars sacramenti. n. 6. duæ de bene esse. n. 7.
- 3 Virtutis operi quatuor conditiones necessariæ.
- 8 Simplex hæc vox quid iuris peritis significet.
- 9 Cōfessio peccati alternatiua, v' generica, q̄ de veniali æque, ac mortali pōt intelligi nō satis simplex. & ideo tūc interrogād⁹ poenitēs. n. 20.
- 11 Humilitas siue modestia exterior nō videtur substācialis cōfessionī.
- 12 Puritas quid.
- 13 Confessionē non efficere inualidā extraria nec aliena peccata.
- 14 Confitentis mendaciū, si est de mortali nōdū detecto mortale est. n. 14 non de veniali, aut de mortali prius defecto, quæ confiteri proposuit. n. 16. & n. 17. nisi propositū mutet. n. 18. quod satisfacere videt, qui in ipsa confessione illa negat. n. 20.

19. Propositū solum neminē obligat.
- 21 Mendaciū omne in iudicio dictū mortale. n. 14. in pertinentibus ad iudicium non in aliis, siue iudex sit, siue pars, quæ mentitur. n. 21. & 22. & tria quotidiana corollaria. n. 23. 24. 25.
- 26 Cōfitemens, quæ nō peccauit, vel de quibus dubitat, an peccarit, noue ac capitaliter peccat, nisi bona fides excuset, n. 27.
- 28 Cōfiteri frequēter laudabile siue eadē, siue diuersa. n. 29. modo id fiat ex deuotione cū quieta cōscientia sine inquietudine scrupulosa. n. 30.
- 31 Confessionis iteratio ex vno quinq; fontium oritur, & quando ex defectu potestatis nascitur, sola illa sunt iteranda, ad quæ illius potestas non se extendebat. n. 32.
- 33 Confessio ex defectu contritionis iteranda & ratio pulchra huius. n. 34. nisi dolor sit de omnibus cum proposito futura vitandi. n. 35. & ita non omnis informis confessio iteratur. n. 36.
- 36 Confitemens scit se legitime confessum, nescit tamen se contritū.
- 38 Excōmunicat⁹ se prius absolui a peccatis permittēs, q̄ ab excōmunicatiōe soluat, peccat, nisi ignorantia excuset. n. 45. Si tñ se posse absolui putet absolutus est. n. 47. non aut si se putat nō posse absolui. n. 48.
- 39 Excōmunicato etiam, quoad Deū, absoluto ecclesia nō cōmunicat.
- 40 Sacramenta permittit hæretico etiam relapso, non tamen ante abolitionē ab excōmunicatione. n. 41.
- 42 Absolutio nullius excōmunicatiōis alteri excōmunicatiōi repugnat, sed omni excōmunicationi repugnat ois absolutio a peccatis.
- 43 Excōmunicatio tollit omnē cōmunionē exteriorē & aliquā interiorē, nisi sit iniusta. n. 44.
- 46 Excōmunicati, qui se pbabiliter ignorat excōmunicatū, ipetratio valida.
- 49 Absolutus sancte a peccatis tenetur quandoq; superiorē pro excōmunicationis absolute adire.
- 50 Confitentium in excōmunicatione consolatio.
- 51 Adrianus labitur
- 52 Nudum non dicitur caput reticulo cinctum.
- 53 Confessio discreta sit, quoad verba, quoad circumstantias & narrandi modum & etiam, quoad idoneū confessarium. n. 52.
- 55 Confitemens principaliter, vt veniā impetret, satis cōfitemetur lubēs, quis, timor infamię ad id faciendū eū adigat.
- 56 Simoniā non cōmittit, qui p̄cipaliter propter Deū missat, licet p̄ces, aut preciū ad id allegerint. neq; qui ob Deū principaliter vadit ad matutinū officium nō iturus, nisi spe lucri allectus. n. 57.
- 58 Confitemenda omnia peccata etiam cordis & quare. n. 60. etiam reseruata. n. 61. modo sint, vel dubitentur esse mortalia. n. 62. nondum

- cōfessionē detecta. n. 63. Quorū habetur memoria & sciētia. n. 64.  
 obliuio enim probabilis & ignorantia excusat, nō alia. n. 65.
- 59 Occulta suapte natura, nepe cordis acta ecclesiæ ptati nō subiacerē.
- 66 Pœnitens quantū vigilabit in reducendo ad memoriā peccata.
- 67 Gabriel in intelligendo Augustino lapsus.
- 68 Confessurum peccata in memoriā reducere oportere nullo iure cauet expresso, ratione tamen conuincit aliquantā diligentia in hoc adhibendam. n. 69. ab alio maiorē ab alio minorē. n. 71. nimia tamē malā. 72. Quanta igitur erit? n. 73. & 80. quid quando confitens ait se nō satis cogitasse. n. 83. Quid si hoc cōfessarius suspicet. n. 84. id ipsum de ignorante, qui peccauit, an sint peccata, dicendū. n. 83.
- 70 Curam iustam omni negotio adhibendam.
- 74 Cura, quā innatus affectus promouet, vt plurimū maior.
- 75 Tristitia omnis simpliciter malū, aliqua secundū quid bonū.
- 79 Confessio integratur confessarii percunctationibus.
- 81 Confitens vulgi confessiones ob indiscussionē conscientia non tam frequenter, q̄ scrupulosi putant, iterandas.
- 82 Confitentē a confitēdo excusat ignorātia, q̄ a peccādo nō excusauit.
- 95 Confiteri sua peccata nemo per interpretē tenetur, quamuis aliquādo possit, neq; mutus per scripturā, licet possit. n. 76. neq; ad scribēda peccata ob memoriā. n. 87. nisi verisimile illi esset se illa post nō recordaturū & nollet statim cōfiteri. 88. vtile tñ id valde. n. 89.
- 90 Fama propria magis, quam aliena seruanda.
- 91 Confiteri nemo tenetur peccata sua publice etiam publica, occulta vero neq; posse, nisi tali casu. n. 92.
- 93 Confitendi pudorē minuit pudor grauissimus male facti.
- 94 Confessio peccatori personalis.
- 95 Sacramenta omnia personalia prater matrimoniū.
- 96 Confitentis displicentia quanta debeat esse.
- 97 Confitenti, cui non satis peccata displicent, quid faciendū.
- 98 Confessionis acceleratio cōmissio pctō cōsiliū, nisi necessitas vrgeat.
- 100 Thomas a Vio carpitur. (n. 99)
- 101 Confessio fortis esto adeo, vt pudorem vincat & pudore victus suā captiuitatē fateatur. n. 102. quod admoneat confessarius. 102.
- 104 Cōfitemens sibi peccata iputet, nō alii, qđ intellige principaliter. n. 105.
- 106 Peccans in vno reus est omniū. quadrupliciter exponitur. primo qđ tādū dabit pœnas, quādū, si omnia peccasset. n. 111. Secūdo quia omniū beneficiorū est ingratus. n. 112. Tertio, qđ oīū virtutū diminutionē patit. n. 119. Quarto tantū a Deo & ipsius amore auertit, quantū propter omnia, quæ vltima expositio fere vna est cū prima & vera

- & vera. n. 119. additur quintus Paraphrastæ, nec min⁹ aptus. n. 121.
- 107 Virtutes omnes connexæ in prudentia. n. 115. modus compēdiōse eas oēs quærendi. n. 117. & ideo dolendū, qđ eo nō vtamur. n. 118.
- 108 Peccare plura peius, quam peccare pauca, & hæreticū dicere omnia peccata esse paria. n. 109. nec peccata cōnectuntur, vt virtutes. 110. quod mortalia omnia in aduersiōe a Deo conueniāt. n. 120.
- 114 Virtutes omnes labefactantur per vnum peccatū: quod duobus modis verificatur. n. 115. & n. 116.



**I**N hoc vltimo cap. Innocentius huius nominis secundus exhortatur presbyteros, ad quos spectat iniungere pœnitētiā: ne falsis pœnitentiis laicorum animos decipiant. Et diuidit in tres partes: Prima facit, quod dictum est. Secūda ostēdit, quæ sit falsa pœnitentia. Tertia per quædā exempla, q̄ sit falsa pœnitentia explicat. secunda ibi: Falsa autem. tertia ibi: Falsa etiam est pœnitentia.

Ex prima parte collige verbū: admonere. inducere præceptum. Facit Cle. 1. de testib. in verb. hortamur. quod ibi præceptū importat secundū gl. cōmunitè receptā. Facit. c. Ad aures. verbo cōsilio. vbi gl. memorabilis a plerisq; cōmendata dixit verbū: cōsiliū. importare ibi necessitatē. Quæ ideo vera sunt, quoniā ex materia subiecta id colligitur. Nā ex proprio significato & in dubio exhortatio liberā volūtātē excitat. c. Deniq; in fin. 4. d. & etiam cōsiliū. c. Quisquis. 14. q. 1. & monitionē a præcepto differre palā declarat. c. Literis. de rescript. iuncto. c. Mādatū. cū illi annotatis eiusdem tituli. In qua re illa est resolutio<sup>f</sup> verba cōsiliū denotantia præceptū inducere, & e contrario verba præceptiua cōsiliū: quando id materia exigit subiecta. Quod probat gl. & ibi alias diximus. c. 1. de testa. cōiūcta gl. c. Rogo. 11. q. 3. & in c. 1. 12. q. 1. verbo: præcipimus. tradit Feli. in. c. Nā. de cōstit. Alioquin in dubio verba præceptiua præceptū & consultiua cōsiliū inducunt. Si quis autē contendat cū Philippo Decio tenēdum esse in illo c. Nam. col. 3. verba consultiua non perdere suam proprietatē ob materiā subiectam: quoniā nulla est repugnantia hortari quem ad præcepta & a prohibito dehortari, & quod satis est per alia iura id præcipi, quamuis p ea, in quibus verba cōsultiua ponunt, id non dicamus præcipi. Si quis inq; contendat ita dicendū, ego cum illo non contendā, quandoquidē idē effectus ex vtroq; dicendi modo colligitur. & vt primū frequentius docetur, ita secundum paulo subtilius videtur.

Colligo secundo pœnitētiā dici falsam, quādo quē vnus, vel aliquorū peccatorū, & non omniū pœnitet. & pari ratioe cōfessio falsa dicetur, q̄ similis fuerit tali pœnitentiæ. Et qm̄ in. c. Falsas. supra ead. p̄miseram⁹ tradere hic & declarare, quas q̄litates oporteat habere cōfessionē sacramentalē, ideo

- 2 dicēdū f̄ sexdecim cōditiones eā desiderare iuxta illos quatuor versiculos:  
 Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis  
 Atq; frequens, nuda, discreta, libens, verecunda,  
 Integra, secreta, lachrymabilis, accelerata.  
 Fortis & accusans & sit parere parata.

- Quos declarat Thomas in Quarto. d. 17. q. 3. art. 3. q. 4. & Antoninus. 3. part. tit. 14. c. 1. §. 2. & alii alibi. Nos vero, & si non breuius, vtilius tamen, q̄ omnes alii speramus aperire modo prius explanationē Thomę subiiciamus. quę talis est: Dictarum conditionū (inquit) quędam sunt de necessitate confessionis, quędam sunt de bene esse ipsius. Eę autē, quę sunt de necessitate confessionis, vel competunt ei, secundum quod est virtus, vel secundū quod est pars sacramēti. Si primo: aut ratione virtutis in genere, aut ratione specialis virtutis, cuius est actus, aut ex ipsa ratione actus virtutis. Virtutis f̄ autem in genere sunt quatuor conditiones vt in. 2. Ethic. habetur. Prima est, q̄ quis operetur sciens. et quantum ad hoc cōfessio dicitur discreta, secundum quod in actu omnis virtutis prudentia requiritur. Est autem hęc discretio, vt maiora cum maiore pondere confiteatur. Secunda conditio est, q̄ sit eligens, quia actus virtutum debent esse voluntarii. et quantum ad hoc dicit libēs. Tertia conditio est, quod propter debitū finem operetur. et quantum ad hoc dicit, q̄ sit pura, vt. f. recta sit intentio. Quarta conditio est, q̄ immobiliter operetur. et quātū ad hoc dicit, quod  
 4 debet esse fortis, vt. f. propter verecundiā nō dimittat f̄. Est autem cōfessio actus p̄nitentię virtutis, quę quidem principiū sumit in horrore turpitudinis peccati. et quantum ad hoc confessio debet esse verecūda, vt se nō iacet de peccatis propter aliquā sæculi vanitatē admixtam. Secundo progreditur ad dolorē de peccato cōmissio. et quantum ad hoc debet esse lachrymabilis. Tertio in abiectioe sui terminat. et quantum ad hoc debet esse humilis, vt se miserum confiteatur & infirmū. Sed ex propria ratione huiusmodi actus, qui est confessio, habet, q̄ sit manifesta. quę quidem manifestatio per quatuor impeditur. Primo per fallitatem. & quātum ad hoc dicit fidelis vera. Secundo propter obscuritatem. et cōtra hoc dicit, q̄ sit nuda, vt non inuoluat obscuritatem verborū. Tertio per verborū multiplicationē. et contra hoc dicitur, q̄ sit simplex, vt non recitet in confessione, nisi quę ad quātitatē pertinet. Quarto, quod nō subtrahatur aliquid de his, q̄  
 6 manifestanda sunt. et cōtra hoc dicit integra f̄. Secundū autē quod cōfessio est pars sacramenti, sic cōcernit iudicium sacerdotis, qui est minister sacramenti. vnde oportet, q̄ sit accusans ex parte confitentis: parere parata per comparationē ad sacerdotē: secreta, quantum ad conditionē fori, in quo  
 7 de occultis consciētīę agitur f̄ sed de bene esse cōfessionis est, q̄ sit frequēs & q̄ sit accelerata, vt statim etiam confiteatur. Hactenus Thomas.

Cui

Cui addendū primo, q̄ verbū simplex iuris peritis significat sine plica. gl. putata sing. in Cle. Sape. verb. simpliciter. de verbo. signif. bonus text. in. c. Firmiter. de summa trini. Et ideo, quod sub conditione fit, nō dicitur simpliciter fieri. l. 1. §. Si quis simpliciter. ff. de verb. Ideo cōditio prima cōfessionis, quę simplicitas dicitur, iuxta ordinē verborū predictorū carminū denotare videtur, q̄ confessio taliter fiat, quo clare, quatenus materia patitur, intelligatur a confessario peccatum. Quę expositio germanior videtur illius verbi sensui, quam illa Thomę cōmuniter recepta. s. vt nō recitentur in confessione, nisi quę ad quātitatē pertinent. Nisi dicamus eū, qui verborum multitudine veritatē tegit, veluti grana palarū multitudine teguntur in area, non dicere illam sine plica & explicite, siue simpliciter. Quod visus est sentire doctissimus ille Thomas.

Ex quo infertur f̄ eū, qui peccatū ita confitetur, vt confessarius percipere nequeat, an sit mortale: an veniale: quia nō satis intelligit cōfitentis verba inuoluta, generica, disiunctiua & implicita, non satis sufficienter confiteri. Et ideo confessarius debet tunc eum monere, quatenus magis suorum verborū plicas explicet. Verbi gratia: sunt, qui disiunctim cōfitemur se deliberate, vel motu primo desiderasse resturpes, alii generatim, sed non debita cū attentione preces horarias dixisse, alii se morosa, vel alia carnis delectatione detentosuisse. Quę oēs confessiones mihi videntur inuolutæ & plicate. Quoniā æque de veniali possunt intelligi, ac mortali f̄. Quo casu peccatō  
 10 nitentē a cōfessario interrogari debere arbitror, vt simpliciter sua peccata declaret omissis plicis illis generalibus, quę confessionē reddūt ambiguā declaret simpliciter. i. nomine illo specifico, quod sufficiat ad intelligendū ipsius peccati quātitatē: vtrū mortale sit, an veniale, & cuius speciei.

Secunda conditio est humilitas. i. modestia, qua se cōfites agnoscat miserum & infirmū. Ex quo infertur eum, qui cōfitemur, veluti se de peccato iactans, non satisfacere. eum itē, qui cōfitemur sine causa capite nō aperto, aut genu non flexo, minimū abesse a confessione ficta. Qualis erat, quē audiui sedentē & virgā manu tenentē, illaq; veluti ludentē confessū fuisse sacrificio pariter cum eo sedenti. Qualis item alius, qui coequitans cōfessario capite confitebatur cooperto & erecto sine vlla, quę id luaderet, iusta causa f̄. Hęc autem quamuis sine peccato esse nequeūt, saltem veniali, non  
 11 tamen per illa puto confessionē vitari, si cetera omnia præter hanc humilitatem, siue modestiam exteriorē concurrant.

Tertia conditio est puritas. i. munditia ab impertinentibus. Id enim Latinis puritas significare videtur iuxta illud Perlii: purū & sine labefalinū. Facit. c. Pura. 3. q. 9. c. Statutū. §. In super. de rescript. lib. 6. Peccatū enim, saltem veniale est eiusmodi extraneis & impertinentibus confessionē cōfusaneā facere. Præsertim aut debet esse pura a peccatis alienis, ne in eo loco

i iiii &amp; tpe

& tēpore detractōnis, vel susurratiōnis peccatū peccetur. in quo & quādo  
 13 omniū peccatorū purgatio quaritur. A rbitror tamen, neq; f impertinētia  
 prædicta, neq; aliena peccata manifestata efficere, quo minus illa cōfessio  
 sit valida, præsertim, si non aduerteret confitens se in eo peccare, vel si ad-  
 uerteret se peccare pœniteret eum illius peccati, & sufficiēter id palā face-  
 ret confessario. Quem tamen talia miscentē ilico debet confessarius, vt ta-  
 ceat, monere & vt pœniteat rogare arg. c. 1. col. 3. infra. d. 6. Si autem occur-  
 rat aliqua sui peccati circūstantia confitēda, quæ sine alterius personæ ma-  
 nifestatione aperiri nequeat confessario, eo casu quid esset agendum dixi-  
 mus in. c. Consideret. supra ead. in princip. in annot. 9.

Quarta est fidelis. 1. digna, cui fides habeatur, hoc est, verax. Ex quo infer-  
 tur q; cum mendacium semper sit peccatum. c. Primū. 22. q. 2. c. Super eo.  
 de viur. in cōfessione tamen dictū grauius est. Imo aliquibus visum est se  
 per esse mortale. Pro quibus facit, qd Thomas ait secūda Secundæ. q. 69.  
 art. 1. Omne mēdaciū in iudicio dictū peccatū esse mortale. facit, q; Palu.  
 in Quarto. d. 21. q. 2. art. 1. ait siue causa humilitatis, siue hypocrysis deli-  
 beratæ in confessionis iudicio mentiri irreuerentiam quandā esse sacra-  
 menti, & ita videri mortale. Thomas item in illo art. 1. sub finem ait confi-  
 tentem quidem abstinere posse a confitendo veniali. At si confiteatur &  
 mentiatur, mortaliter peccare. Quoniam, sicut vis iuramenti mēdaciū  
 ex se veniale facit mortale, ita vis & calor iudicii de veniali efficit mortale.  
 & Anto. 3. part. titul. 1. 3. c. 12. in conditione sexta ait penitentē, qui aduertēs  
 in iudicio confessionis mentitur, præcipue de mortali, peccare mortaliter.  
 Facit, q; cōcionator assumēs aliquod miraculū, vel aliud factum alicuius  
 Sancti: allum, tanq; suæ concionis materiam, mortaliter peccat, si mētiat,  
 ex mente Thomæ secūda Secundæ. q. 110. art. 4. Ad quintum. vbi clarius  
 15 id Thomas alter aperit. Nos tamen cum aliis putamus primū f eum, qui  
 de mortali peccato nondū per confessionē confessario aperto mētitur, pec-  
 16 care mortaliter secūdu omnes. Deinde idem putamus de mentiēte f sup  
 peccato veniali, quod confiteri proponit. Quia, qd ait Thomas ipse a Vio  
 suo confitendi proposito fecit illud peccatū veniale iustā confessionis ma-  
 teriam, et ita tenetur id, quod super ea dicit, efficere verum.

17 Ex qua ratione facile inferas idem esse, si quis mētiatur super peccato  
 mortali iam cōfessione aperto, quod tamen confiteri proponebat.

18 Tertio vero credimus Imendacia confessioni extraria & impertinētia,  
 mendacia item circa venialia, quæ quis non proposuit confiteri: vel si pro-  
 posuit & illud propositū reuocauit, non peccare mortaliter. Idem autē ar-  
 bitror dicendū de illo, qui intra confessionis actionē mutauit illud propo-  
 sitū: quod de illo, qui ante confessionē. Quoniam in his, quæ a sola nostra  
 volūtate pendent, donec in aliā transeant obligationē, puta voti, vel con-

tractus

tractus, vel delicti, vel aliam pro lubito nostro mutari possūt. c. Cū Mar-  
 thæ. de celebr. miss. l. 4. ff. de adit. legat. Propositū autē hoc, vel illud faciēdi  
 nullā inducit obligationē secūdu Archid. in. c. Qui bona. 17. q. 1. col. 2. &  
 sentit Tho. secūda Secundæ. q. 88. art. 1. & Abbas, quē sequitur Panor. in  
 c. Literaturā. de vot. col. 1. quidquid gl. 3. illius. c. Qui bona. dixerit.

Ex quo inferitur rarū esse f, qui de veniali, vel mortali antea legitime  
 detecto mentit, mortaliter peccet. Quoniā aut nō proposuit illa cōfiteri,  
 & nō peccat mortaliter per prædicta: aut si proposuit, potuit reuocare pro-  
 positū per proxime dictum. Et qui nūc mentitur super illis, quia non vult  
 confiteri, mutat propositum, vt palam est. Facit pro prædictis, q; mēdaciū  
 in iudicio dictum tunc demū est peccatū mortale, quando ad illud iudiciū  
 pertinet. Quod sentit Thomas senior & ibi explicat clarius iunior secūda  
 Secundæ. q. 90. art. 4. sub finem, dum ait mēdaciū contra iudiciū, vel do-  
 ctrinā esse peccatū mortale. Ponderandū enim est non dixisse: quæ in iu-  
 dicio & docendo dixit, mendacia esse peccata mortalia, sed: quæ contra iu-  
 dicium & doctrinam sunt.

Ex quibus verbis nō minus subtiliter, quā vtiliter alter Thomas infert  
 f iudicem, qui dum iudicat, miscet aliquot mendacia, non tamen cōtra iu-  
 dicio, sed circa impertinentia peccare quidem: sed non mortaliter. Et ita  
 in specie docuit idem Thomas in. 4. condit. confess.  
 Ex quo ipse infero f idem esse dicendum de partibus, quæ super imperti-  
 22 nentibus mentiuntur eadem omnino ratione.

Non obstant pro contraria parte adducta. Nam quod ait Thomas in  
 illa. q. 69. art. 1. intelligi potest primo de mendacio illo in iudicio dicto, qd  
 pertinet ad illud: & non de illo, quod ei est impertinēs. Eodem modo tollē-  
 da sunt alia elogia doctorum præcatorum. Secundo responderi potest  
 Thomā intelligendum esse secūdu ea, quæ aliubi, nempe. q. 70. art. 4. ipse-  
 met dixit. f. mendacium in iudicio esse mortale suo genere, sicut quælibet  
 alia iniustitia. Per quod tacite significabat in specie nōnunq; esse veniale.  
 Et quidem, nisi tanta esset Thomæ a Vio autoritas, mallet tenere men-  
 dacia in iudiciis super leuibis esse tantum venialia. Cui consequēs esset  
 idem dicendū esse de mendaciis in confessione dictis, quamuis de rebus  
 ad confessionē pertinentibus dicerentur. Cum enim in omni materia sub-  
 reptio & rei leuitas a mortali excusent, vt probat text<sup>9</sup>, si bene ponderetur  
 in. c. Vnum. col. fin. 2. s. dist. & tradit Tho. prima Secundæ. q. 88. art. 5. & 6.  
 & secūda Secundæ. q. 35. art. 3. & q. 59. art. 4. & q. 66. art. 6. non video, quare  
 non etiam in iudiciis tam interioris, quā exterioris fori excusent. Mouet  
 ad hoc etiam, quod nisi magnus ille Thomas Aquinas hoc dixisset. Tho-  
 a Vio id non asseruisset: & Aquinas hoc nō videt ita dixisse. vt germana  
 expositio ex ipsiusmet dictis non colligatur, quod supradictū est.

Ex

- 23 Ex prædictis tamen etiã retēta opiniōe Caietani, q̄ mihi nō adeo placet, infertur primo confitentē interrogatū, an cum mulieribus leuia quædã & ludicra, non tamen de se ad libidinem mouētia loquutus fuerit: si respōderit non esse loquutū, vel quia iam inde a principio proposuerat id non cōfiteri, quia iudicabat esse veniale, vel si saltē, cum interrogaret, tacite reuocauit propositū id cōfiteđi sciēs se ad id nō teneri nō peccare mortaliter.
- 24 Infertur secundo eum, qui interrogaretur: an aliquando rem in vita sua cum muliere habuisset aliqua, & ille sciens se non habuisse rem quam iam antea non esset confessus, responderet nō habuisse vnquam, eo quod proposuerat, quæ ante legitime confessus fuerat, iterum non cōfiteri: non peccare mortaliter. Quod ipsum de id genus aliis dicendum est.
- 25 Infertur & tertio interrogatū a cōfessario: num pater, aut auis ipsius talia, aut talia gessissent (quod olim ipse puer interrogat: s̄ sui) & si respōderet nescire, cum sciret vel nō gessisse, cū gessissent, minime ipsum mortaliter peccaturum.
- 26 Infertur autem & quarto eum, qui cōfiteret se peccasse aliqua mortalia, quæ tamen scit se non peccasse, qui etiã dubitat, an peccasset, & fatetur se certo peccasse, peccare mortaliter. Quod tamē molliendum videtur, ne procedat in eo, qui non eo animo illa fatetur, vt sacerdotem decipiat: sed quia putat se benefacere, dum tutiorē videtur sibi viam eligere, vel dū arbitratur se fortiter accusare sanctum esse. Quoniam huiusmodi pœnitēs non mēntitur saltem perniciose, & si falsum dicat. c. Animaduertendū. 2. 2. q. 2. quod habet mendaciū esse falsam vocis significationē cum intētionē fallendi. Quod maxime confirmatur per eam opinionē, quā contra Thomā de Vio paulo ante defendebā. Qui casus, vt arbitror, multis cōtingit frequenter, sicut olim mihi puero, dum confiteri peccata per formulas impressas conabar, & omnia in eis scripta fere peccata putās ita faciendū esse cōfitebar. Illud autem occurrit addendum opinionē Thomæ a Vio veram videri, & quod proxime dicebamus, limitandū esse, quando pœnitēs nullum peccatū veniale, vel mortale haberet, quod confiteri oportet, neq; confitetur vllum, quod vere peccasset: sed aliquod veniale, quod nō peccasset, confitendo mentiret. Is enim hoc faciēdo capitaliter peccaret: nō quia mentiretur, sed quia, quod nō esset sacramenti materia, pro illa substitueret & veluti propinaret. Quod vir quidā ad vnguē doctus doctē confidens mihi dicebat. Magna enim irreuerentia fieri videt tanto sacramēto acere, vt illius forma in cassum super eā, quæ non sit apta, materiā proferatur. Et grandē irreuerentiā non solum sacramentorū, sed omniū sacrorum, quod sacrilegiū est, capitalē oportet iudicari per ea, quæ vterq; Thomas scribit secunda Secundæ q. 9. art. 1. 2. & 3. & quæ annotat gl. in c. Sacrilegiū 7. q. 4. Neq; dicas eadē ratione igitur peccaturū mortaliter, qui cum aliis

peccatis

peccatis mortalibus, vel venialibus per ipsum admissis mentitur aliquod veniale, quod non admisit, peccasse, quando de toto ad partē argumentū valet. l. Quæ d tota. ff. de rei vēdic. & c. Pastoralis. §. Itē cū totū. de off. dele. Et qui hoc facit, videt efficere, vt forma illa sacramentalis in cassū & inaniter p parte aliqua materię applicet min⁹ idonea. Ne (in q̄) hoc dicas, cōsidera horū duorū casuū nō esse eandē rationē. qm̄ in priori nulla est collata materia, q̄ pœnitētiæ sit idonea, in posteriore vero cōfert. Et quia pœnitēs ea mēte accipit pœnitentię sacramentū, siue absolutionē illā sacramentalē, vt valeat modo, quam potest aptissimo: & ita vult saltē implicite, vt illa forma super eam materiā, vel totā, vel particularem cadat, supra q̄ aptius cadere potest. Sicut & qui super panem, qui nō solū e tritico, sed alia min⁹ apta eucharistię materia esset cōfectus, verba proferret super aptā partē, & non super ineptā pronunciare videretur verba consecratoria.

Quinta conditio est frequentia, q̄ tangitur in illo verbo frequēs, duobusq; modis intelligitur. altero, vt qui frequenter cadit, frequenter confiteatur. altero, vt eadem peccata pluries, quam semel in anno cōfiteatur. Prior modus intelligendi est verus de cōsilio. et hoc est, quod Thomas ait in d. 17. q. 3. art. 3. q. 4. hanc conditionē de bene esse confessionis esse & non necessitatis. Est autem de bene esse: quoniam confessio medicamentū est maxime Dei timorē conseruans. Præcepto autem nemo pluries, q̄ semel in āno regulariter tenetur cōfiteri, vt diximus in summa huius dist. Alter est modus intelligendi, vt eadem peccata pluries, quam semel confiteamur. Et secundum hunc intelligendi modum etiam continet cōsiliū iuxta illud Augustini: Quanto pluribus confitebitur turpitudinem criminis, tanto facilius inueniet gratiam remissionis. c. Quem pœnitet. supra. d. 1. Quāuis enim per primā confessionem & contritionē peccatorū peccata illa, quoad culpā, condonentur: pœna tamen & satisfactio tēporalis pro illis subeūda, in quam pœna aterna cōmutata fuit, minuitur tum propter verecundiā, quam confitens patitur, tum propter absolutionem sacramentalē, per quā non solum augetur gratia, sed etiam minuitur pœna in purgatorio sustinēda secundum tententiam receptam, quæ diligenter discutitur per Thomā a Vio secundo tomo. q. 4. in materia confess. Et is sensus est germanus contextui illius. c. Quē pœnitet. quanq̄ memini Panor. in c. At si. §. De adulteriis. col. 3. de iudic. & Fel. in c. Sicut dignum. col. 1. de homicid. ad aliud propositum non ita illi contextui germanū illum putasse fing.

Hoc autem sanctum esse ac vtile intellige, & quando quis cōfitetur ex deuotione pluries eadem peccata cum quieta conscientia sine molestia cōfessoriorū non conterendo in hoc tempus aliis magis piis, aut vtilibus operibus impendendum, & breuiter seruatis prudentiæ conditionibus: alias autem vituperabile est. Quæ de re Thomas a Vio in hæc verba prudēter scribit.

scribit: Ex scrupulosa & inquieta phantasia cadere in conscientiam iterandae & reiterandae pluries confessionis vituperabile est. Quonia procuranda est pax animae & conscientiae, quae cum huiusmodi iterationibus non stat. Et quando hoc accidit, in veritate deberet talis, postquam semel ita confessus est & absolutus, ut tamen ipse, qui confessarius doctus sufficienter iudicet confessionem quiescere. Et si postea scrupulus aliquis occurrit de aliquo, tanquam non confessio si sibi videtur, quod fuerit confessus, quiescat & non amplius confiteatur. Nec propterea exponit se iste periculo, quia non est certus se confessum. Quoniam hoc putandum est huic viro infirmo, ut certum, quod apud alium esset opinio. Et enim passio haec infirmitas corporalis tollens, seu impediens in illo tempore firmitatem iudicii, & timor & motus phantasiae in tantum operantur, ut nisi quiescat, consurgent tot ambigua, ut nunquam videatur confessus. Cuius signum est, quod idem centies confitentur, & quod isti semper in dubium redeunt confessionis, qui forte diligentius caeteris confessi fuerint. Nec est in potestate talis retinere motum phantasiae, nisi in principio comprimatur, unde sequuntur pericula corporis & animae ad tollendum, vel impediendum utriusque bona. Dixi autem: in veritate, propter personas iterantes confessiones, non quod in veritate scrupulosae sint: sed quia nunquam in veritate confitentur, ita ut semper confitentur & nunquam sunt confessae, tanquam daemones semper poenitentes & nunquam se corrigentes. Haec ille. Quod autem secundum hunc intelligendi modum non contineat praecipuum, facit, quod nemo auctoritate vlla humana cogi potest ad confitendum iterum, quod peccata legitime semel confessus est. quod Thomas asserit quolibet. 1. q. 12. Quia inquit confessio peccatorum quiddam sacramentale est diuino imperio non humano subiaccens. quod in c. fin. infra. d. seq. latius discutietur.

31 Sunt tamen casus, in quibus necessaria est iteratio, qui ex vno quinque fontium oriuntur, videlicet, ex defectu confessarii, vel contritionis, vel confessionis, vel satisfactionis, vel inhabilitatis. Primus ergo casus colligitur ex parte confessarii, quando in eo fuit defectus, vel potestatis, vel scientiae, vel voluntatis, quando scilicet confessarius, vel non erat sacerdos, vel non habebat iurisdictionem super confitentem, vel nesciuit, aut noluit facere absolutionem, vel non erat tanta eruditione, quanta necessario exigebatur in confessario, saltem respectu talis confitentis. De quibus omnibus & etiam, quando confessarius erat excommunicatus, dicemus in c. 1. §. Laboret. infra. d. seq. ubi et tractabimus, quod quando confessarius habebat potestatem absoluendi a peccatis: sed non ab omnibus, iteranda est confessio tantum eorum, a quibus non potuit absoluere, non autem aliorum.

32 Secundus casus colligitur ex defectu contritionis, puta, quando sine villo dolore peccatorum facta est: vel cum dolore quidem praeteritorum, sine tamen proposito vitandi futura, quauis habeat qualequale abstinendi desiderium.

derium. Qualis est, qui dolet se furatum, non tamen habet animum restituendi, qualis item, qui dolet se fornicatum, non tamen habet animum relinquendi concubinam deliberatum. Per talem enim contritionis defectum poenitentia redditur non vera de poenitentia & remissa. c. Quod quidam. quo casu absolutio neganda est, ut ibi habetur. Huiusmodi enim poenitens, si tacet propositum eiusmodi, non confitetur integre. Si autem cum aliis peccatis illud quoque propositum confiteatur, inhabile se proponit absolutioni. Quia peccati venia non datur, nisi correcto. regul. Peccati. lib. 6. c. Legatur. 24. q. 2. & ideo si absoluitur, sacrilegium committit confitens suscipiendo & confessarius dando absolutionem propter irreuerentiam, quam sacramento faciunt arg. c. Illud 95. d. c. Per Esaiam. 1. q. 1. f. Si tamen displicent praeterita & futura proponuntur vitanda, licet non tam displiceant, nec tam vitanda proponantur, ut ex his confletur contritio delendis peccatis sufficiens. neque attritio talis, quae per sacramenti adiunctionem fiat contritio, non oportet confessionem iterare. primum quod alioqui nemo sciret se vere confessum, & quibus merito esset de iteranda confessione sollicitus, quia nemo scire potest, an sit in statu gratiae iuxta illud Ecclesiast. 9. c. Nemo scit, an sit odio, vel amore dignus. c. fin. de purg. cano. Ergo nemo scit etiam, an sit contritus. Quonia qui sciret se contritum, sciret utique se Dei amicum. c. Dixi. c. Magna. supra. d. 1. Secundo, quod confessio non est iteranda eo solo nomine, quod fiat sine gratia & charitate, hoc est, sit informis, (ut cum vulgo loquamur) secundum Thomam in Quarto Sent. d. 17. q. 3. art. 4. et late tradidit alter Thomas. q. 5. in materia confessionis. Tertio, quod alia omnia sacramenta possunt vera esse date & accipiente illa capitali peccato infectis, & nullibi reperitur contrarium in poenitentiae sacramento statutum. Ergo & hoc sacramentum potest reperiri verum sine gratiae productione.

Tertius casus est ex defectu ipsius confessionis, quando scilicet confessio non fuit integra omnium peccatorum, vel quia praevirecundia taceatur aliquid necessario dicendum, vel tam crasse de confitendis cogitat, ut omittat ea, quae communiter omnes confitentur, puta, si non haberet animum abstinendi a mortalibus, quod etiam mulierculae solent explicare. Facit lex Latina culpae. ff. de verb. signif. de quo aliqua dicta fuerunt in c. Consideret. §. Cautus, supra. ead. & latius dicam in conditione decima.

Quartus casus nascitur secundum multos ex inhabilitate poenitentis ad suscipiendum sacramentum propter censuras ecclesiasticas. A iunt enim excommunicationem poenitentis efficere, ut absolutio facta non teneat ipso iure. Pro quorum opinione, quae faciunt cum his, quae illam impugnant, adduximus in c. Consideret. §. Cautus. sub fin. vers. Quotidiana. supra eadem dist. Quia tamen ibi promissimus nos hic addituros aliqua, sit prima propositio sacrilegium quidem committere poenitentem, qui sciens se excommunicatum siue maiore

iore, siue minore, se absolui a peccatis patitur & confessariū etiā eū absoluentē. Et de pœnitente quidem patet. Quoniā excōmunicatus a participatione sacramentorū exclusus est, etiā minore nodatus excōmunicatiōe c. Si celebrat. de cler. excō. minist. De confessario itē, quia ministrat sacramentū illi, qui ab eius est participatione semot⁹ & ita abutitur sacramēto, quæ species est sacrilegii cū primis magna secundū Thomā secunda Scdæ q. 99. art. 3. Facit. c. Quicumq;. 24. q. 1. quod habet eos, qui ab vnitāte Petri Apostoli quolibet modo semetiplos segregauerunt, neq; nūc vinculis peccatorū absolui, neq; ianuā posse regni cœlestis ingredi. Ille tamē text. non concludit. quoniam intelligendus videtur de his, qui in sua diuisione persistunt. Efficaciter tamen concludit illud quod excōmunicatus a diuinis adeo est segregatus, vt quālibet eum peccati pœnituerit, nō possit eis interesse. c. Sacris. de his, quæ vi. & colligitur ex ipsa diffiuitiōe, de qua per Pan. & alios in rub. de sent. excō. Et sacramentorū perceptio præ omnibus aliis diuinis videtur inhibita excōmunicato. Aliis enim diuinis interesse potest excōmunicatus minore, sacramēta vero percipere nō potest d. c. Si celebrat. c. Engeltrudā. 3. q. 4. Ergo, qui ei sacramenta ministrat, capitaliter peccat. ergo, & qui eum absoluit. Quandoquidem absolutio illa est sacramentū, de quo agimus, pœnitentiæ. Probat & irrefragabiliter hæc cōclusio in. c. A nobis. 2. de sent. excōi. quod probat excōmunicatū, qui cū contritiōis signis moritur, haberi quidē, quoad Deū, pro absoluto a peccatis: sed donec ab excōmunicatiōe absoluat, nō esse illi cōmunicandū. Facit et, q; hæc est cōmunis opinio. quā Rosella Syluestrina, & ceteri sequuntur.

31 Contra tamē hæc facit, q; Angelus a Clauasio vir (vt fertur) miraculis clarus in verb. Cōfessio. 5. §. 10. dicit probe facturū cōfessarium, si cōfessū, quē ab excōicatione soluere non potest, prius a peccatis absoluerit, & deinde ad habendā excōmunicatiōis absolutionē ad superiorē dimiserit. Allegat pro se Richard. in Quarto. d. 18. art. 9. q. 4. qui tamen mihi potius cōtrariū significat. Adde, q; idem tenet supple. verb. Cōfessio. 1. §. 4. Pro hac opinione facit, q; hæreticus est excōmunicatus. c. Excōicamus, de hæret. & quotannis in bula cœnæ Domini excōmunicatur, & tamen sacramenta nō negantur, quoties ad ecclesiæ gremiū redire voluerit, etiam si fuerit relapsus. c. Sup eo. de hæretic. lib. 6. Secundo facit, q; absolui quis pōt ab vna excōicatione & manere alia ligatus. c. Cum pro causa. de sent. excōic. c. Ex parte. de off. ordi. Tertio facit, q; qui ex animo cupit ab excōicatione absolui & ex animo de peccatis dolet, absolutus est corā Deo a peccatis & diuinæ gratiæ restitutus, & ita videtur restitutus etiam ecclesiæ sacramētis, saltem, quoad forū conscientiæ, de quo hic disputamus, arg. c. Ponderet. so d. c. Dixi. & c. Magna. supra. d. 1.

Hæc autē

Hæc autem non videntur obstare. non primū. s. c. Super eo. de hæret. lib. 6. Concedo enim hæreticū, si conuertatur a peccatis, soluendū esse, non tñ anteq; ab excōmunicatiōe soluat. neq; aliud habet illud. c. Super eo.

42 Non obstat secundū. s. c. Cum pro causa. quoniā vni excōmunicatiōi nō repugnat absolutio alterius excōmunicatiōis, sicut absolutio peccatorū repugnat excōmunicatiōi. Quoniā absolutio ab excōmunicatiōe nō est de numero diuinorum excōmunicato prohibitorū, sicut absolutio a peccatis, quippe quæ vnū ex septem sacramentis est. et ideo non sequitur: excōmunicatus pluribus excōmunicatiōibus absolui potest ab vna tantum; ergo, & qui peccauit & excōmunicat⁹ est absolui potest a peccatis, licet ab excōmunicatiōe non soluat.

Ad tertium concedo eum, quē ita suorū peccatorū pœnitet, vt ad cōtritiōē eorū peruenerit, diuinæ gratiæ & amicitia restitutū: sed nego id sufficere, vt a peccatis absolui possit. Primo, quod scire nō potest se ad eū gradum restitutū esse iuxta illd Ecclesiastæ. 9. Nemo scit, an sit odio, vel amore dignus. & c. fin. de purg. cano. Secundo, quod excōmunicatiō non tollit omnē cōmunionem, non enim illā, quam imēdiate operatur charitas vniens mēbra CHRISTI capiti aliisq; ipsius mēbris similibus. Tollit autem externā & etiam internā, quæ mediante institutione fit ecclesiæ, vt erudite declarat erudit⁹ Tho. a Vio in opuscul. 17. quæstionū. q. 13. fol. 57. Ideo stat quē iuxta de causa excōmunicatū fuisse, nūc autē in charitate manere: et tamen quia nō est absolutus, separatū manere ab externa cōmunionē & etiā interna, quæ mediante institutione fit ecclesiæ. Qualis est cōmunicatiō in sacramentis missæ & aliis precibus, vt eleganter demonstrat prædictus Tho. & multo subtilius declarat. q; gl. in. c. Quodcumq;. 24. q. 1. & alii multi. Opinio tamē Angeli vera esse posset in excōmunicato, qui sine causa iuxta esset excōmunicatus. Is enim, quoad exterius tantū forum, & quoad externā tantū cōmunionē separatus videtur, vt ibidē probat Tho. & conuincunt argumenta Felini in. c. fin. de testi. cogendis.

45 Secunda principalis, quoad nostrū propositum, propositio fuerit F eū, qui excōmunicatiōē, qua erat notatus, iuste ignorās, vel eā oblitus fuit a peccatis absoluitur vere absolui, neq; ad iterādā cōfessionē teneri: primo, q; rem, quæ culpa catet, in damnū vocari nō cōuenit. c. 2. de cōsti. c. Sine culpa. de regul. iur. lib. 6. Secūdo, q; cautū est in. c. Apostolicæ. de cleric. excō. minist. cum excōmunicatū, qui ob iustā ignorantia diuina celebrauit, excusatum esse. Tertio, q; nullo iure neq; vlla ratione contrariū persuaderi potest. Mouet me item, q; sine vilo scrupulo id asseruit Tho. a Vio verbo. Absolutionis impedimēta. & verbo. Cōfessionis iteratio. & in. q. 1. de qualitate confessio. & satis consonat doctrinæ Thomæ in Quarto. d. 16. Facit, quod impetratio beneficii ab eo, qui se probabiliter ignorabat excōicātū,

tenet.

tenet gl. 2. illius. c. A postolica. putata sing. a Feli. in. c. Sicut tuis. col. 2. de Simo. & probata Cardin. in consil. 40. Neq; dicas me argumētari a separat. quia imo argumentor a fortiori. Si enim ex tate lege, quæ declarat collationē beneficii excōmunicato factā nō valere. c. Proposuit. cū gl. de cler. excō. ministr. valet facta probabiliter ignorāti: a fortiori valebit absolutio a peccatis excōmunicato facta, cum nulla extet lex, quæ habeat absolutio- nem a peccatis excōmunicato factam esse ipso iure nullā.

Tertia ppositio principalis fuerit eū, qui sciret se acfateretur excōmunicatū & siue iuste, siue iuris, vel facti errore ductus putet se posse a cōfessario absolui: si ab eo absoluat a peccatis priusquā ab excōmunicatiōe, siue q; nō posset, siue q; nō meminisset, vere a peccatis absolutū esse. Imo & sancte, si putabat se absolui ab eo confessario posse, ipsum autē cōfessariū male facere. Quæ per superiora patent & per illa, quæ multa citauim⁹ in. c. Consideret. §. Cautus. supra ead. Pro valore sacramētōrū aliorū, quæ vel ab excōmunicato dantur, vel suscipiuntur, facit & illud, quod excōmunicatus preces horarias persoluens satisfacit gl. in c. Prebyterū. 28. d.

48 Quarta principalis propositio fuerit huiusmodi pœnitentem & excōmunicatū, si sciret, aut scire deberet secundū qualitātē suam a confessario se absolui non posse, absolutiōē futurā inutilē: non ea ratione, q; excōmunicatio reddat excōmunicatū huiusmodi absolutiōis incapacē, sed quia huiusmodi pœnitētis nō est integra confessio, aut si est integra, absolutiōe indignū se proponit. Quoniam aut non confitetur illud peccatū, quod peccat volens absolui ab excōmunicatiōe & participare tanto sacramēto manēs ab omniū sacramentōrū participatione exclusus: & tunc cōfessio ipsius nō est integra, & ita re iteranda est, A ut confitetur illud peccatū, & tamē vult absolui, & ita non habet propositū a peccatis futuris abstinenti & id palā facit confessario. Ergo se indignū in absolutiōe proponit, & ita quæ illi fuerit absolutio data inutilis esset ipso iure per ea, quæ in priore casu de cōtritionis defectu supra diximus. Hæc, quæ pulchra est, ratio Gersonis fuit in secūda parte. fol. 191. c. Quæritur. col. 2. quāuis a recentiorib⁹ eo nō citato adducta fuerit, sicut & pleraq; illius video adduci. Neq; mirū: quandoquidem nōnunq; citationes autorū, aut nil promouent, aut lectōrē remorātur præsertim, quando sunt nimia.

49 Ex quibus infertur primo fieri posse quem vere ac sancte absolutum esse a peccatis, & tamen eum adire oportere superiorē ad indispensandam excōmunicatiōis absolutiōē.

50 Infertur & secundo medicamentū, quo multorū Deum ex animo timētium animabus medearis & easdem consoleris, omniū (inq;) illorum, qui excōmunicati confessi sunt ignorantēs se excōmunicatos, vel quod nō putabant excōmunicatiōē infligi ob persecutiōē clerici minoribus tantū ordinib⁹

ordinibus, aut sola prima tonsura insigniti, vel quia non aduertebāt se ob aliqua furta fructuū, vel aliorū similiū, super quibus excōmunicatio fuit generalis promulgata, excōmunicatos, vel aliis sexcentis de causis, q; quotidie contingunt. His enim, si confessi sunt bona fide peccata sua, neq; tūc meminerunt excōmunicatiōe se vlla teneri, & absoluti fuerunt, contulendum est, vt ab excōmunicatiōibus quidem absoluantur: Propter autem habendā peccatorū absolutiōē ad cōfessionē iterandā minime sollicitent.

Infertur & tertio id, quod Palud. ait in Quarto. d. 2. q. 3. per excōmunicatiōē fieri quæ absolutiōis incapacem, temperandū esse multis modis. Imo si omnia superiora satis perpendas, simpliciter id esse falsum inuenies. Quæ omnia superaddenda sunt his, quæ in illo. §. Cautus. scripsi, & ecōtrario illa his, quæ hic scribo adiungenda.

Quintus casus, in quo secundū multos iteranda est confessio, fuerit q; pœnitentia iniuncta non impletur. Sed hoc esse falsum late ostendim⁹ in c. Contrarium. supra eadē. in gl. 1. Vbi dictis adde vnū subtile Adriani in Quarto. q. 4. sub finem de confessione. s. eum, cui pœnitentia priusq; absoluitur imponitur, & non curat illam, quam acceptat, pœnitentiā memoriæ mandare ac veluti contēnit, teneri postea, si eam non implet, ad cōfessionē iterandā. In quo casu inquit saluari posse opiniōē aliorū, qui dicunt cōfessionē esse iterandā propter pœnitentiæ obliuionē. Hoc Adriani dictū verum esse nemo neget. quoniam, qui hoc agit, peccat mortaliter antequam absoluitur, & cum illud peccatū non confiteatur, confessio definit esse integra. Quam rationē etiam ipsemet sentit. Ex qua sequitur primo hanc iterationem non nasci ex pœnitentiæ obliuione, vel ex eo, quod illa non impletur, sed ex defectu integritatis. Ex quo iterum sequitur hanc iterationē non pertinere ad hunc quintum fontem, vnde confessionis iteratio nascit, sed ad illum tertium suprapositum, scilicet, defectum ipsius confessionis. Ex quo sequitur tertio incaute Adrianum dixisse f opinionem dicentiū confessionem iterandam ex obliuione, vel non complemento pœnitentiæ hoc casu saluari posse.

Sexta cōditio est nuditas, quæ tangit in illo verbo: nuda. quod pleriq; omnes exponūt pro non vestita coloribus, aut iocis, quæ operiāt grauitatē peccati: & minus his, quæ peccatū ita obscurent, vt non percipiatur, aut minus consideretur grauitas, aut turpitudine ipsius. f Nudū enim dicitur, qd non est vestitum, vt nudum pactum. l. Iurisgentium. §. Sed cum nulla. ff. de pactis & l. Legem. C. eo. Vnde, & qui filium, siue reticulum portat in capite, non dicitur nudum habere caput text. in. c. Cleros. §. Pontifex. 21. d. Quod ibi annotauit. gl. in verb. nudis. quam in hoc singul. dixit Ludo. Roma. sing. 654. quancq; sequitur ibi Domi. et Alexandrinus, & Domi. in c. 1. §. Præsent. de pœni. lib. 6.



Ex quo inferitur qd, qui vel circumstantiis, vel ambagibus, vel verborum obscuritate suum peccatum ita contegit, vt confessarius non satis intelligat, quæ sibi dicuntur, non satisfacit. Facit. l. De ætate. ff. de interrog. actio. §. Nihil interest, an quis taceat interrogatus, an obscure respondeat, vt incertum dimittat interrogatorem.

Septima conditio est discretionis, q̄ t̄gitur in verbo discreta. debet enim fieri prudenter confessio. F. Primo in verbis, vt scilicet. honestis vocibus explicentur peccata, præsertim carnis. Facit, qd etiã ioca reddunt illicita ex verborum, quibus luditur turpitudine secundum Cicero off. 1. et tradit Thomas scda Secundæ. q. 168. art. 3. Deinde oportet eam esse discretã, quoad circumstantias, vt in peccatis Venereis solæ necessariæ explicentur, si pœnitens sciat necessarias ab his, quæ nõ sunt necessariæ, distinguere. Tertio quoad modum narrandi ne, quæ peccata simul exprimi possunt, diuisim dicantur. Verbi gratia: potuit quis centum periuria vno verbo fateri dicēs: centies peieravi. is si dixerit, semel peieravi, sic & sic & iterum peieravi taliter & taliter. imprudenter fecerit. Frustra enim fiunt per plura, q̄ possunt fieri per pauciora secundum Philosophum & gl. 3. & pen. Cle. 1. de summa trinit. & fid. catholi. quarum posteriorẽ multi comedarunt, & in iis Bonifac. in Cle. 1. col. 2. de caus. poss. facit Cle. Auditor. de rescript. & l. Dñs testamento. ff. de condi. indebi.

Quarto quoad idoneum confessarium, de quo tex. in c. 1. infra dist. 6. vbi dicitur.

Octaua conditio est, quod sit lubens, hoc est, qd volutarie propter Deum confiteatur omnino, vel saltẽ principaliter propter ipsum, licet verecundiæ vel infamiæ timore minus principaliter ad id impellatur.

Ex quo sequitur eum satisfacere præcepto de confitendo, qui principaliter id facit, quo veniam a Deo impetiscatur. quamuis forte nõ fuisset confessurus, nisi timor infamiæ ipsum ad id impulisset. Quoniam secundum id, quod principaliter proponitur, res est iudicanda. l. Si quis nec causam. ff. si cert. pet. c. Non dubium. de sent. excõi. secundum comunẽ intellectum. Quẽ tñ in c. In præsentia. de probat. hoc año reprobabam. & est gl. memorabilis, quæ sexta est. c. Statutum. de præbend. lib. 6. Facit illud quotidianum, qd aiunt Parisienses in Quarto. d. 25. q. 2. col. 2. f. nõ committere illum Simoniam, qui dicit missam principaliter propter Deum, q̄ tamen nõ dixisset, nisi precibus, vel precii spe fuisset ad eam dicendam inuitatus. Nõ enim valet illa cõsequutio: si hoc nõ interuenisset, illud nõ fecisset, ergo hoc est principalis causa, cur id fecerit. Nisi enim impudens illa Calphurnia causam dedisset, qd mulieres a postulando pro aliis prohiberentur, id non fuisset, tã mature saltẽ statutum. At causa principalis & finalis statuti nõ fuit Calphurniæ impudetia & improbitas: alioqui ea mortua, vel quoad aliam honestam fœminam, mortuum qd fuisset edictum. Qd tamen falsum est, vt oia hæc in l. 1. §. Sexum. ff. de postulad. iuncta gl. verbo origo probatur. Propono & aliud exemplum quotidianum:

Opor-

Oportebat me adire plateam ob certum negocium, non tamẽ decreuerã hodie mane id facere, superuenit deinde negociolum aliquod, propter qd plateam adire mihi hodie mane cõueniret: & eo, principaliter quidẽ ppter negocium illud prius, minus autẽ principaliter propter hoc negociolum, propter quod solum non adissem. Id tamẽ alteri adiunctum efficit, vt prius, q̄ alias essem aditurus, adeam. Ad hunc modum est temperanda glossa illa celebratissima, quæ pen. est. c. 1. de cleric. non resident. lib. 6. quæ comendatur a multis & in his Pan. in c. ex parte. 1. de off. deleg. & c. Consulisti. de celeb. miss. & Fel. in c. Sua. de symo. sed a nemine satis declaratur. Habet enim illa eum canonicum, qui principaliter ad preces horarias it, vt distributiones lucretur quotidianas, Simoniam saltẽ mentale committere. Debet enim intelligi, vt ipsa met explicat, de illo, qui principaliter ob hoc it. Non autẽ dicitur principaliter ob hoc ire omnis canonicus, qui non esset ad eas iturus, nisi eas distributiones esset lucri facturus, sed is solum, cuius præcipuus finis & maxime ab eo estimat est lucrum illud, & nõ diuinum obsequium. Sic in proposito, quamuis Titius non fuisset peccata confessurus, nisi pudor, aut timor ad id eum allexisset: si tamen his allectus ea mente principaliter confiteatur, vt pareat præcepto & vt sua sibi peccata condonent, sufficienter confitetur, si cætera interueniant.

Nona conditio verecundiæ, quæ tangitur in verbo verecunda. Debet enim verecundiã pœnitens & intus habere & præ se quoad confessarium ferre.

Ex quo inferitur eum, qui confitetur peccata, quali narrando hystoriam vel se de illis iactando, nulla ex parte erubescens quoad confessarium, neque quoad se, nõ satisfacere. c. Quẽ pœnitet. ibi: per vos erubescatis. & rursus: erubescetia vincit. & col. 2. §. Tanta. ibi: nõ potest verecundari. & c. supra. d. 1.

Decima integritas, quæ tangitur in verb. integra. de quo ultra ea, quæ scripsimus in d. c. Consideret. §. Cautus. sunt annotanda sequentia. Primum eum, qui confitetur debere confiteri omnia peccata sua, non solum, quæ dicto aut facto foras prodierunt, sed etiam quæ sola interiori voluntate admisit aut facta sunt. c. Omnis. de pœnit. & remiss. ibi: omnia peccata sua solus proprio confiteatur sacerdoti. Clarius text. & a paucis allegatus in concilio Florentino in §. Quartum est. sub decreto Eugenii, qui habet ad confessionem pertinere, qd omnia peccata, quorum memoriam habet, suo sacerdoti confiteatur integraliter.

Contra tamen hoc facit illa conclusio, quam supra in declaratione primæ partis. gl. tenuimus. scilicet ecclesiasticam potestatem non extendi ad ea, quæ suapte natura sunt occulta, id est, ad ea, quæ mente tantum concipiuntur & nullatenus foras procedunt. Et ita videmur per illa capitula, q̄ ab ecclesia sunt facta, non teneri nos ad cordis partem confitenda. Neque argumentum tolleretur, qui concederet ecclesia; nõ posse quidẽ aliquid super his interioribus directo ac se statuere

k ii obliq

- oblique tamen ac veluti per accidens posse. Et ita, quia ecclesia præcipere potest confessionē de externis, & confessio debet esse integra, ratione integritatis illud præceptū etiam ad interiora extendi. Non (inq̄) hæc solutio eneruaret argumentū: quia secundū hanc solutionē sequeretur eū, qui solū haberet cordis peccata, & nulla exteriora, ad ea confitenda non teneri. Qd̄ concedi nequit. Respondeo igitur concedendo ecclesiam non habere potestatem directo & per se de interioribus disponendi: habere tamen potestatem determinandi tempus, quo CHRISTI sui sponſi præcepta sint adimplenda. Et ita concedendum esse per illud. c. Omnis. de pœnit. nihil noui, quoad confessionis integritatē inductū: sed solum, quæ fuerit voluntas illa IESU diuina declaratū. Tempus autē, quo fieret confessio non ue determinatū. Et ita non humanū, sed diuinū esse præceptū, quo peccata omnia, quæcunq; illa sint, fateri tenemur, vt etiam in. c. Consideret. §. Cautus. supra diximus, & ita etiam peccata cordis confitenda esse.
- 60 Secūdo anōtādū est etiā pctā reſeruata, quorū abſolutionē confessori præſtare nō pōt, eſſe illi apicda iuxta illa, q̄ latius in illo. §. Cautus, dixim⁹. q̄is cōtra dixerit vir ille doctus Iohānes Gerſo in. 2. parte. fol. 186. col. 1. q̄ cum aliis, quæ tangunt reſeruata, plene ſunt in illo. §. Cautus tractata.
- 61 Tertium eſt hæc intelligenda eſſe primō de mortalibus, nō de venialibus ſecundū gl. 2. illius. c. Omnis. de pœnit. ibi & ubiq; receptā, intelligenda de mortalibus (inquam), quæ vel confessorius nouit eſſe mortalia, vel certe dubitat eſſe talia ſecundū omnes: quamuis qui dubitat, vel opinatur eſſe mortalia pro dubitatis, vel opinatis confiteri debet, nō pro certo mortalibus ſecundū omnes. Intelligenda item ſecundo eſſe de mortalibus nō dum legitime confessione apertis: quia talia non tenetur iterato confiteri. Quod Thomas receptus in quolib. 1. q. 12. docuit.
- 62 Tertio intelligēda eſſe de mortalib⁹, quorū memoriā habet, vt habet in illo concilio Florentino præcitato. Intelligenda ſunt & quarto ī de his, quæ putat & aduertit eſſe mortalia, alias ſecus ſecundū mētē omniū. quod expreſſius aliis tradit Gerſon. 2. part. fol. 191. c. Quaritur. ſub finem.
- 63 Quartū eſt id, qd̄ pximo loco dictū eſt de obliuione & ignorantia & in aduertētia intelligēdū eſſe de probabili. alia enī nō excuſat. Vnde ſi quis diligentia debitā nō adhibuit, quo ſua pctā memoriæ occurrerēt, vel ſi craſſe ignorat, vel nō dubitat eſſe mortale, qd̄ deberet ſcire, vñ dubitare tale eſſe, confiteri tenet, non ſolū ea, q̄ oblitus fuit vel ignorauit eſſe peccata: ſed et ea quæ cum tali obliuione ac ignorantia cōfeſſus fuerit. Determinatio eſt Richardi in illa. d. 17. art. 2. q. 6. q̄, vt plurimū a poſterioribus eſt recepta.
- 64 Quintū eſt illam eſſe in præſenti negotio diligentia ſufficientē, quæ talis eſt, qualē pro re ardua in memoriā reducenda pœnitēs adhiberet ſecundū Scotū vt plurimū receptū in Quarto. d. 17. q. 1. vbi Paluda. q. 2. art. 1. col. 2.

col. 2. ait debere facere, quod poteſt. et Gabriel. q. 1. col. 8. dixit cōfiteri debere omnia, quæ recordari poteſt. Et Maior ibidē. q. 3. dicebat hominē, qui confessorius eſt, talem debere præmittere diligentia, quo ſua omnia peccata occurrant, qualē adhiberet, ſi quam orationē Latinā ad eruditos eſſet habiturus, aut ſi de multa & longo tempore impenſa pecunia domino vigili ac auaro rationē eſſet redditurus. Imo eſt, qui dicat eū, qui ad confessionē accedit non præmiſſa, quæ ſufficiens ſit, peccatorū recogitatione peccare, etiam ſi nullū peccatū omitteret confitendū. Quoniā ſe periculo cōmiſit aliquid omittēdi, & ita peccat iuxta illd̄ Eccleſiaſtici. 3. Qui amat periculū peribit in illo. c. 3. infra. d. 7.

Cōtra quæ tamen facit primo, q̄ nullibi text. inueniatur, qui hoc determinet. Secundo, q̄ nemo poteſt adhibere tantā diligentia, qua maiorē adhibere nequeat. ergo non tenetur adhibere quantā poteſt. Quia quacūq; adhibita maiorē poteſt. Sicut in ſimili nemo Deū tenetur amare de præcepto, quantū poteſt. Quia quocunq; gradu amoris dato adhuc magis poteſt ſecundū Pariſieſes in Tertio. d. 27. q. 2. Tertio facit, q̄ conſuetudo maioris partis plebis habet parū, vel nihil de peccatis præcogitatis eodē fere die confiteri, quo deliberauit, vel quo a parochio monct̄ id facere. Quarto, q̄ expreſſe Iohānes Gerſon cōtrarium tenet in loco præcitato, dum ait fictionē quidē pernicioſe mentientē, dolose dimidiantem & proſiſto non abſtinendi ſuam confessionē inficientē efficere, quo iterari debeat cōfeſſio Fictionē autem inſufficienter cōſcientiam diſcutientē non efficere illud: ſiue indiſcuſſio proueniat ex recogitatione peccatorū minus ſufficiēti, ſiue quia ignoratur peccatū eſſe ſaltē mortale, vel q̄ ſic expreſſe cōfiteſcendū ſit, ſiue q̄ ignorat, an ſatis diſpliceat peccatū, & an potius pigeat ob pudorē & pœnæ timorē, quā ob Dei amorē: ſiue quia ignorat, an obex ponatur abſolutioni ex proſiſto non abſtinendi. Quāq; ipſemet Gerſon in eadē. 2. parte. fol. 183. prius dixiſſet peccata oblita per abſolutionē ſacramentalē tolli, quando confitens ſufficientē in eis ad mētē reducendis diligentiam adhibuiſſet. Quia nemo (inquit) obligat̄ ad impoſſibile. Quibus verbis contradicere videtur ſuperioribus a ſe poſtea ſcriptis. Thomas item a Vio in ſūma verb. Cōfeſſio. fol. 4. ait eū, qui credit ſuā peccatorū inquisitionē eſſe ſufficientē, q̄is vere talis nō ſit: et ob hoc aliquod tacuerit peccatum, non teneri ad iterato confitendum priora. Et idem ait in q. 5. col. 4. in materia confessionis. tunc demū ex integritatis defectu iterandam eſſe confessionem, quando ex proſiſto dimidiat̄ confessionē, vel adeo craſſa & ſupina ſit cōſcientiæ diſcuſſio, vt materialis illa integritatis violatio informālē reducatur, quaſi dimidiatio illa fuerit, veluti tacite, affectata eo, quod tam parum de integritate curauit. Pro hac parte facit. §. ille. Quartum eſt. concilii Florentini, qui ſolum ait eſſe confitenda peccata, quorū

habet memoria, & nil de diligentia reducendi ad mentem peccata declarauit.

67 Pro resolutione & concordia omnium predictorum dico primo Gabrielem in loco praecitato allegare Augusti. de vera & fals. poenit. c. 15. ubi ait: Paratus sit facere pro recipienda vita animae, quaecumque faceret pro euitanda corporis morte. & alia verba, quae habentur in c. Consideret. §. Ponat. supra ead. dist. Sed hic text. incaute fuit ab eo meo iudicio allegatus. Quia Augustinus, vel quisquis fuerit illius libri autor, non agit ibi de praecogitandis peccatis, sed de adimplenda, quam confessarius iniunxerit, poenitentia.

68 Secundo igitur dicendum nullum esse in iure textum, qui expresse de hac ad memoriam peccata reducendi diligentia loquatur: esse tamen rationem naturalem, quae hoc concludere videtur secundum Richardum in illo art. 6. quae ratio pro lege habetur. c. Consuetudo. 1. dist. 1. Cum ratio. ff. de bonis danat. Rationem autem, quam ille non aperit, arbitrator delumi posse ex Ciceronis officiorum lib. 1. si neque, iustam curam, & neque maiorem, neque minorem, quam oportet, unicuique adhibendam negotio. Cum igitur confessio peccatorum praeteritorum negotium sit satis notabile, quod diligentiam exigat aliquam super eorum ad memoriam reductione: consequens est, ut qui confiteri tenetur, iustam negotio tali curam adhibeat.

71 Ex qua ratione infertur primo fecum, qui crebro confitetur, non teneri tantam vice qualibet curam adhibere quantum qui raro: neque illum qui paucis vel paruis implicatur negociis, quantum qui multis & magnis: neque idiotam qui nescit perscrutari, quantum doctus, qui nouit loca, specus & latebras, ubi peccata inueniat.

72 Infertur secundo posse quem peccare, quod frequenter saltem venialiter faciunt scrupulosi in maiore, quam oporteat huic rei adhibenda cura iuxta illud Delphicum: Ne quid nimis. Quoniam puritati conscientiae iudicium non debet rationis deesse. c. Non solum. de regular lib. 6. Et in omni virtute morali per defectum peccatur & per excessum secundum Aristot. receptum in 2. Ethico. & tradit Thomas prima Secunda q. 64. art. 1.

Infertur tertio concordia eorum, quae supra sunt allegata, dictorum, videlicet, ut quod aiunt Richard. Scotus, Palud. Gabriel, Maior & Adria. imo & Cancellarius & Tho. a Vio, ob diligentiam insufficientem iterandam esse confessionem: intelligatur de tam tenui diligentia, & ita insufficienti, ut merito ab omnibus illius poenitentis conditionis viris credi debeat insufficientis. Quod autem aiunt Ioh. Gerson & Thomas a Vio. videlicet, propter difficultatem insufficientem non esse iterandam confessionem: intelligatur de difficultate conscientiae, quae insufficientis quidem esset respectu aliquorum diligentissimorum, vel diligentium, non autem respectu eorum, qui eam adhibuerunt. Quamquam satis video Scotum, Gabrielem & Maiorem quiddam paulo rigidius sentire, quam concordia haec insinuat. Quoniam Maior curam recogitandi peccata

peccata aequat cum ea, quam oratio Latina coram eruditis habenda, et ratio de multa pecunia pridem impensa vigili & auaro domino reddenda exigit: quod ipsum fere significant Scotus & Gabriel. Quae tamen opinio nimis videtur dura. Primo quod, & si velintus, vix tamen possumus has curas aequare. Iuuat enim ad habendam curam orationis Latinae pronuntiandae & rationis, quae supradicta est, reddendae appetentia siue appetitus ipse sensitius potentiae, quam vocant irascibile, quae suapte natura in hac ardua fertur. Iuuat & inclinatio naturalis, siue appetitus innatus honoris & diuitiarum iuxta proxiimum Decretalium & Sexti & c. Omnis aetas. 12. q. 1. & c. Omnes dilectores. 47. dist. Contra vero minuit curam peccata recogitandi appetitus ipse sensitius potentiae, quam concupiscibile vocat quippe, qui fugit tristitiam & dolorem ex eiusmodi recogitatione nascentem, tanquam quoddam malum. Quoniam omni tristitia in se quoddam malum est, quamuis non nunquam secundum quid bonum, ut probat Thomas prima Secunda q. 39. art. 1. Facit, quod praesentia ardentius mouet. l. Cum hi. iuncta. gl. ff. de transacti. Et quae videntur & palpantur, magis sentiuntur, quam quae audiuntur secundum gl. & multa, quae allegat illa in princip. arboris. Facit etiam concilium praedictum Florentinum, quod tam moderate declarauit teneri confitentem ad confitendum omnia peccata, quorum memoriam habet, & non dixit: habere potest. Facit, quod valde difficile est tantam pro peccatis in memoriam reducendis subire curam, quantum pro oratione Latina habenda subiri solet. Denique, si verum esset, quod ipsum facile diffiniunt: quotusquisque vulgi confessiones, quas haecenus fecit, iterare non tenebitur? Tenendum ergo videtur in hac re valde quotidiana tantam diligentiam esse necessariam & sufficere, quantum viro prudenti humano more rem extimanti necessaria videbitur, vel quantum videtur sufficiens, ut plurimum hominibus, qui eiusmodi sunt conditionis, cuius est is qui illam diligentiam adhibet, modo bona fide putet esse pro sua fragilitate mediocrem. Pro qua conclusione pondero text. in c. 1. infra dist. seq. in §. Diligens. qui habet confessarium diligenter interrogare debere confitentem. Et ita innuit interrogationes illas prodesse confitentis confessioni, significatque confessionem quandoque integram effici per interrogationes confessarii, quam tamen non fuisset integra ex sola confitentis recogitatione. Facit & quod ibi dicimus ex communi sententia desumptum, neque confessarium teneri frequenter ad interrogationem praebulans confessioni, quam ei subcutaneas & intrinsecas. Quod non in alium finem est necessarium, quam, ut confessio sit integra.

Ex quo infero unum maxime quotidianum scilicet aliquam poenitentis confessioni diligentiam per se non esse sufficientem, sed fieri coniuncto illi proposito & voluntate obediendi & respondendi confessario. Quoniam scit de more illum interrogaturum, praesertim, si nouit, vel putet ipsum in hac re virum dexterum.

Ex quo iterum infero, (quod me consolatur lenitq; dolorē & timorem, quo antehac frequenter angebar timens raros esse homines gregales, qui sufficienti cum indagine confiterentur.) diligentiam aliquantulā cū prædicto proposito & voluntate simul ac bona fide, qua putant se satisfacere, sufficientem debere putari, maiorēq; diligentiam apponendam esse per eū, qui adeo dextere proponit confiteri, vt confessariū leuet interrogandi onere, & putat se nil, vel parum ab eo interrogandū, q̄ eum, qui bonā partem spei integre confitendi in percunctationibus cōfessarii ponit. Quod ideo facit, quia nescit aliter ipse, quæ peccauit, per loca illorū, ppria quærere, qđ mihi videtur, qua si toti vulgo cōmune ac frequens.

Infert tertio aliquādo excusari quē a cōfitendo peccato ob ignorantiam, qua putat id non esse peccatū, qui tamen ob eandē a peccando non fuit excusatus. quod expressim Prieras ante nos annotauit, & Cancellarius cum Adriano tacite sensit. Quod autē sequat̄ ex dictis patet. Quoniā sequuti omnes & præsertim Cācellariū diximus supra ignorantiam, qua quis putat aliquid non esse peccatū, excusare confessionē, ne dicatur minus integra: et tamen illa ignorantia non excusauit a peccando. Cuius tamen dicti rationē nemo, quē meminerim reddit, quæ mihi videtur esse illa: q; quæ ignorantia non reddit actum peccandi inuolūtarium, potest reddere omissionē illius confitendi inuoluntariam iuxta illa, quæ vterq; Thomas scribit in prima Secundæ. q. 76. art. 3. & 4.

Quarto inferitur, quid faciendum sit, quando confitēs ait se nō, vt debet, ad memoriā sua reduxisse peccata, quod quotidie sacrifici fere faciūt & ab aliis eruditis etiam fieri audimus. In qua re Cācellariū & Adrianum ex parte sequutus distinguendum duco: Aut confessarius coniectat id a confessuro dici, non q; credat non adhibuisse illam, quā integritas confessionis necessario exigit, diligentiam: sed quia bonarū mentiū est timere culpam, vbi non est. c. Ad eius. c. d. bonarū item vereri omnia opera sua cū Iob c. 9. vel q; ideo ait illam insufficientē, q; per eā omnia, vel maiora venialia in mentē non reduxit, quod tamen non est necessarium. Et hoc casu sine scrupulo confessurus audiatur & auditus absoluat. Aut confessarius contrariū coniectat, nempe illum non adhibuisse, quam necessario tenebatur adhibere, diligentiam peccatis memorandis, Quo casu aut necessitas vrget, nē pe morbus, bellum, naufragiū, vel alia id genus. et hoc quoq; casu audiendus simul & absoluendus est. Idem videtur, si instet cōmunio, quæ sine scādalo differri nequit, vt dicā in. c. 1. §. Diligens. infra. d. 6. n. 1 c. Aut nulla vrget necessitas. Et hoc casu perpendat confessarius, an ea, qualemqualē adhibuit, diligentia cum interrogationibus a se faciendis mediocrē cōstituit diligentiam: & idem, quod superioribus duob; casibus, fiat. s. audiatur & absoluat, præmissis tamen, quæ videbantur necessaria, interrogationibus.

Aut

Aut confessarius videt confessurū nolle interrogari: vel & si velit, adeo tñ nil præmeditatū venire, vt etiam cum interrogationibus & suis respōsionibus confessio nō fiet integra. Et hoc quarto casu non audiatur, sed blande alliciat & persuadeatur, vt priusq; confiteatur, pro sua fragilitate præmeditetur, saltem tantū, quantū ad integrandā confessionē cum interrogationibus opportunis sufficiat.

Quinto inferitur, quod est frequentissimū, cōfessariū, qui suspicatur cōfitentem sine iusta peccatorum præmeditatione ad confessionē accedere, debere illum super hoc interrogare ac facere, quæ prædicta sunt in corollario præcedēti. Pro quo facit primo, q; iudex ex suo debet officio supplere ne iudicium sit nullum. c. Causam quæ. de iudic. Secundo facit, q; cauere oportet, ne margaritas ante porcos mittamus Matth. 11. & multo magis indagandū, qualis sit, cui verba immortalitatis cōmittimus secundū Origenem in. c. In mandatis. 4. 3. d.

Sexto inferitur idem per omnia dicendum de illo: qui confitetur se putare multa ideo non confessurum: quia multa se putat ignorare peccata esse quæ tamen sunt. Quod etiam Adrianus. dub. 6. post. 5. quæstionem de confess. tradit.

Vndecima secreta. quod tripliciter intelligi potest: primo, q; nemo tenetur ad confitendū sua peccata palam tertio audiente. Secundo, q; nō pōt id licite facere, etiam si velit. Tertio, quod debet fieri a pœnitente ipso ipsi confessario. De primo intelligendi modo bonus textus in. c. Quis aliquñ. vers. Secreta. supra. d. 1. Facit. c. Lachrymæ. iuncta gl. fin. supra. d. 1. & c. Omnis ibi: Solus de pœnitentiis.

Ex quo intelligendi modo inferitur neminē teneri ad sua peccata per interpretē confitenda, q; quis id facere possit, quando confessarius confitentis idioma non intelligit secundum Scotū in Quarto. d. 17. q. 1. col. 2. Per quod conciliari possunt Thomas in Quarto. d. 17. q. 3. art. 4. qui sentit confessionem per interpretem aliquādo faciendam. & Maior in ead. d. q. 1. col. pen. qui negare illud videtur. Conciliari (in q) possunt, si, quod ait Thomas, intelligatur de potentia confitendi. s. quod potest, si voluerit: qđ vero Maior de necessitate id faciendi. Cū Scoto consentit Thomas a Vio in conditione. 11. confessionis. et addit idem dicendū de muto scribendi perito, nimirum posse quidem confiteri per scripturā, quam in suis manibus tenendo legendā exhiberet confessario: non tamē ad id teneri: sed satisfacturum, si nutu, quo meliore modo potest, confiteatur,

Inferitur & secundo neminem teneri ad cōscribenda sua peccata, quo memoriarum succurrat, q; quis liceat illud, dum cautissime fiat. Et adhuc modum temperandus est intellectus. c. Qualis. 30. q. 5. quē vltimo loco vltima illius gl. illi tribuit & gl. 4. c. Quæ pœnitet. supra. d. 1. Quam illud aptius de pœnitentia

nitentia

nitētia fori exterioris intelligi posse ostēdebamus in illo. c. Quē pœnitet. Ad hunc etiā modū temperandū est, quod ait Maior in. d. distinct. q. 2. col. 4. s. aliquando teneri CHRIS TIA nū ad scribēdū peccata sua, vel ad  
 88 confitendū ante quadragesimā. Quāuis illud, vt iacet f̄ intelligi potest in eo, qui aduertit se verisimiliter nō recordaturū in quadragesima, neq; postea vnq̄ tempore opportuno illa peccata, nisi scripta habuerit. De tali enī homine plane dicendū videtur teneri, vel ad statim confitendū, vel ad scriptura memoriæ succurrendū, anteq̄ ea obliuiscatur. Quod etiā Thomas a Vio senit, sed alibi, & non in hac. 1. cōditione. Vbi tamen addit laudabile  
 89 esse habere f̄ peccata scripta ad succurrendū memoriæ confitentis: & eadē de scripto integre ac ordinatim per se fateri. Tradit etiā ibidē modū exquisitū, quo mutus legendi peritus integre simul ac clare ōnia peccata sua confiteatur. Quem tamen ideo non refero: quoniā a nemine hactenus factitatum esse ac a paucis posthac vnq̄ factitandū arbitror. Mutus autem a natiuitate, aut alius imperitus legendi tenetur quidem confiteri nutu & signo quam optimo modo potest. Hactenus de primo intellectu.

Pro secundo vero intelligēdi modo. s. quod nō potest quis licite peccata sua fateri tertio audiente facit etiā ille verf. Secreta. & paulo superius verf. Nō tibi dico, vt te prodas i publicū. sub. c. Quis aliq̄n supra. d. 1. f̄ Facit, q̄ sicut grauius est occidere se, quam occidere proximū. c. Si non licet. 23. q. 5. ita non est minus traducere se ac infamē facere, q̄ aliū. c. Non sunt audiēdi 11. q. 3. & 12. q. 1. c. Nolo. Quia secundū Apostolū secundo ad Corinth. 8. Non solum coram Deo, sed etiam corā hominibus prouidēda sunt bona. et curam de nomine bono habendā docemur Ecclesiast. 41. Ergo, qui vadit ad delenda peccata sua, non debet illa multiplicare, dum se palā confitēdo traducit & infamat.

Ex quo sequitur primo Io. And. in. c. Omnis de pœnit. & remiss. verū  
 91 dicere f̄ quatenus ait neminem teneri ad confitenda sua peccata, etiā manī  
 92 festa, publice confessario, tametsi vult, posse. f̄ In eo vero, quod ait etiam occulta licite palā aperiri posse, limandū videtur, vt procedat, quādo pœnitentē ex contritione magna & in terra aliena, dum feruet inter homines pœnitentia, contingit id facere. vt in anno cētenario Romæ, de quo ibi Io. And. loquitur, aliquando contingit.

Infertur & secundo prouide fuisse cautum. c. Quamuis. supra. d. 1. quo Leo Papa abstulit consuetudinē, qua pœnitentes publice cōfiteri cogebātur. Ex quo tamen cap. colligi potest, quanto in precio erat olim confessio,  
 93 quam parū pudebat homines fateri, quod male fecissent. Nec mirum f̄: quoniā grauissime pudebat eos malefecisse.

Pro tertio intelligēdi modo est casus in illo. c. Quē pœnitet. in princip. ibi: f̄ Corporali præsētia sunt confitēda peccata, non per nunciū, non per  
 94 scripturā

scripturā manifestanda. Pro hoc etiā facit absolutionis forma, quæ habet: Absoluo te. quæ præsupponit absoluendum esse præsentem.

Ex quo sequitur neq; per procuratorē, neq; per scripturā, neq; per nūciū confessionē fieri posse, neq; absolutionē. Neq; mirandū: quoniam f̄ omnia sacramenta personæ propriæ actionē exigunt, cum suscipiuntur, 95 exccepto matrimonio, quod per procuratorem contrahi posse non est dubium. c. fin. de procura. lib. 6.

Duodecima conditio lachrymabilis. Debet enim fieri confessio neces- 96 sario cum displicentia omniū peccatorū mortaliū præteritorū, & proposito neq; illa iterū, neq; alia cōmittendi. c. Pœnitentia. supra. d. 3. Quātus vero & qualis debeat esse hic dolor & horror, q̄ valeat cōfessio, dictū est supra in quinta cōditione in casu primo confessionis iterādæ. Non enim egixit q̄ tantus fuerit & talis, quantum & qualis ad contritionem est necessarius. Illud autē meminisse oportet f̄ nō esse pœnitētes in tentationē præcipitan- 97 dos a confessario scrupulosiore & imprudentius inuestigāte: an displiceāt ei cōmissa super omne odibile in particulari, puta mortē, paupertatē. & c. aut, an proponat vitare mortalia super omne vitandū puta direptionē, occisionē. & c. Multos huiusmodi interrogatio induceret in tētationē. Sed si merito dubitat de nimīū tenui pœnitētis displicentia, vel pposito vitādī, declarat ipsū peccare mortaliter idē esse ac Deū a se repellere. Deū autē a se repellere, vt vltimū finē perinde, quoad factū, q̄ quis nō, q̄ tū ad affectū, esse ac reiecere Deū, vt Deū. Ac proinde videat, q̄ tū doleret, si dixisset regi: Nolo te regem. quantū item caueret iterum id regi dicere, si semel ab eo veniā impetraret, & quam fortiter ac constāter proponeret se omnē diligētiam adhibiturū, vt postea in tantū crimen nō incideret. Eodē igitur pposito corā Deo comparere debere veniā pscendo: eo q̄ toties ipsum, vt vltimū finē, & ita vt Deum a se reiecit (qui tñ ob suam deitatē vltimus est ōniū etiā ciuiū cœlestiū finis & portus) cōstituereq; debere similē iniuriā post hac Deo se non facturū. Hortetur item eū ad Deū præ omnibus diligendū, vt ex huiusmodi amore de præteritis doleat & talia futura fugiat. Scriprum esse charitatē operire multitudinē peccatorū. Et sic talibus & aliis, quæ spiritus ille diuinus simul & blandissimus docebit, calefacere poterit & accendere cor pœnitentis, & non obiiciet periculo tentationis. Qd̄ satis monuit ante omnes Innocent. in. c. Omnis. de pœnit. dum ait. Licet quisq; teneat poti⁹ omnia mala sustinere, q̄ malo cōsentire. 3. 2. q. 5. c. Itane. tamen ad hanc considerationē non deducatur pœnitens. & c.

Decimatertia conditio est accelerata. Hanc conditionē de bene esse cōfessionis esse dixit Thomas in Quarto. d. 17. q. 3. art. 3. q. 4. & quidē, si hæc vox accelerata exponatur. i. ne mortali peccato admisso & data confitēdi opportunità differatur f̄ quoad executionē, cōsiliū est hæc conditio, non 98 præcepti

præcepti. Quoad propositū autē confitendi consilii est etiā, sed vitandi periculi, ne. s. morte subito occupato pœnitendi spaciū desit iuxta illud Apostoli: Dum tempus habemus, operemur bonū. & iuxta illud Augustini de verbis domini sermone. 16. Breuis est vita & ipsa breuitas semper incerta. Nihil enim certius morte & nihil incertius hora. l. 1. ff. de cōdit. & demōst. Et quamuis ad vitandū periculū necessariū sit confitendi propositū, saltē virtuale, quia sine illo contritio non cōtingit: non tamē incurritur nouum peccatū nisi articulus necessitatis occurrat, præterq̄ semel in anno, modo non contēnat confiteri & proponat id facere, vel verius non proponat non facere, quando necessitas vrserit, hoc est, quando tenetur peccata cōterere. Quod quando fuerit in summa huius dist. supra dictum fuit. Vbi etiā diximus confessionē actualē necessariam esse, quoties sacrosancta eucharistia sumenda est, modo sacerdotis non desit copia iuxta. gl. sing. c. De hoīe. de celeb. miss. f. quāuis nō sine multorū offendiculo Thomas a Vio in hac conditione & in verbo: Cōmunio. & super. c. 1. primæ ad Corinthios, & in tertia parte. q. 80. art. 4. contrarium asseruerit. Quod tamē esse falsum neruo solo argumento ibi ostendimus.

101 Decima quarta conditio fortis. Tanta enim animi cōstantia cōfessio faciēda est & tanta sufficit, quo recte fiat, f. vt nulla verecundia, nullus timor dehortetur pœnitentem a confitendo.

Ex quo sequitur eū, qui nullatenus per se solū cōfessur⁹ fuisse peccata ob ruborē fortassis ipsum vincentē, si tamen interrogationibus cōfessarii pulsatus omnia peccata cōfiteret, satisfactum ire confessioni arg. c. 1. col. 3. vers. Diligens. infra. d. 6. ibi: Diligens inquisitor sapienter & quasi astute interroget peccatorē, quod forsūtā ignorat, vel verecundia vult occultare. 102 f. Eo tamen casu confessarius pœnitentē monere deberet, vt eum pœniteat eius pusillanimitatis, qua deterrebat a confitendis necessariis. & ita suadeat ei, vt illud quoq; peccatū, quod cōmisit volendo aliqua occultare, cū aliis confiteatur. Quis enim dubitat sacrilegium esse capitale velle, aut proponere dimidiatā facere confessionē? c. Sunt plures. supra. d. 3. Neq; vllus ambigit omnia peccata mortalia esse confitenda. d. c. Omnis. imo & venialia, si meminit secundū Innoc. ibi. col. 2. in quo tamē non tenet. Ergo 103 & illud malū ac sacrilegū propositū palā faciendū est confessario f. & ab eo pœnitens, si hoc non aduertit, admonendus per illū. §. Diligens.

104 Decima quinta cōditio accusans: qd̄ sit, si peccata sibi imputet, nō diabolo, non mundo, non carni secundum cōmunē mentē docētū. Pro quib⁹ est. c. Non est. 1. q. 1. cuius verba sunt: Non est, quod cuiquā nostrā ascribamus erumnā, nisi nostræ voluntati. & paulo post: Voluntariū sibi militem eligit CHRISTVS, voluntarium seruū sibi diabolus auctonatur: neminem iugo seruitutis astrictum possidet, nisi se illi prius peccatorum

are

are vendiderit. A quo tamen non videtur mihi alienum dicere f. sufficiens tē esse accusationem, qua principaliter sibi peccata imputat, quāuis minus principaliter eadē imputet diabolo iuxta illud: Omne peccatū ex diabolo est. supra. d. 2. c. Si enim. vel sensualitati iuxta. c. Omnis ætas. 12. q. 1. & c. Sicut tribus gradibus. supra. d. 1. vel aliquibus aliis. Qui & si non potuerunt dare iustā peccandi causam, dederunt tamen nonnullā occasionē.

Decima sexta est parere parata, hoc est, vt pœnitēs habeat animū Deo pro peccato suo satisfaciendi iuxta confessarii arbitriū. Quod, vt consiliū 96 est optimū, modo sacerdotis arbitriū sit æquū, ita non esse præceptū necessariū late ostendimus in. c. Consideret. §. Ponat se. supra ead.



### Textus. Qui offendit in vno, factus est omnium reus.

97 Similis textus in. c. Consideret. vers. Defleat etiam. supra ead. d. vbi promissimus nos in cap. præfenti hoc declaratuos. Similis item text. in. c. Defleat. de regul. iur. & originaliter habet iacobi. 2. c. Facit, q̄ sentētia tā philosophorū, q̄ catholicorū recepta est virtutes omnes, saltē morales, esse cōexas, vt tradit Aristot. Ethic. 6. & Augustin⁹ in. 6. de trinitate, Gregorius. 1. 3. moralium & Tullius. 2. Tusculan. quæst. Facit. 24. q. 1. c. Vbi sana. & gl. hoc annotauit in. c. Cū pridē. in verbo flore. de renūc. Pan. itē & Dec. in. c. Causam matrimonii. deprobat. Cum ergo contrariorū eadē sit ratio. c. Sciendū. 8. q. 1. l. Et si contra tabulas. ff. de vulgar. cōsequēs videtur vitia q̄q; esse annexa. facit illud Ciceronis paradoxū: hoti isa ta hamartemata. siue æqualia esse peccata. Facit, quia tantū & tādiu visione illa diuina eadēq; beatifica cariturus est, qui cum vno tantū mortali peccato decesserit, sicuti qui cū mille, vel sexcentis myriadibus arg. c. Maiores. §. Sed adhuc. de baptis. facit text. c. Firmissime. de consecr. d. 4. Facit, q̄ per vnū cōtritionis actum omnia peccata condonātur. c. Dixi. c. Magna. supra. d. 1. Imo & omnia bona pristina, quæ peccatū occidit mortale, per illū vnū cōtritionis actū restituuntur. c. Piū. supra. d. 3. & c. Consideret. §. Animaduertere. vers. Pium. supra ead. Ergo & per vnū peccatū capitale omnia, quæ per gratiā cōdonata fuerunt, redeunt iuxta illud Euangelicū: Serue nequam, omne debitū dimisi tibi, quoniā rogasti me. & infra: Iratus dominus tradidit eū tortoribus, quousq; redderet vniuersum debitū. Matth. 18. & habet supra d. 4. in princip. iuncta. gl. Quod tractans Rabanus ait: Considerādū quia non solum peccata, quæ post baptismū homo egerit, imputabuntur ei ad pœnam, verum etiā peccata originalia, quæ in baptismo ei dimissa sunt. c. Si Iudas. quod est primū. supra. d. 4.

Cōtra 98

108 Contra tamen hūc text. & conclusionē ex eo decerptā facit primo<sup>f</sup>, q<sup>d</sup>  
 109 non sunt paria vnū peccatū & plura peccare. c. Falsas. in fin. supra eadē, <sup>f</sup> et  
 hæreticū fuerit dicere omnia peccata esse paria. Est enim cōtra illud: Qui  
 me tibi tradidit, maius peccatū habet Ioh. 19. et probat Thomas prima Se  
 110 cundæ. q. 7. 3. art. 2. <sup>f</sup> Præterea peccata non sunt connexa, nā multa vitia mu  
 tuo sibi repugnāt, vt prodigalitas & auaritia secūdū Philosophū. 2. Ethic.  
 Et diuina clementia dimissa peccata in vltionē vltius redire non patitur  
 c. Diuina. supra dist. 4. & c. Si illic. 23. q. 4.

Pro concordia omniū prædictorum dicendū videtur primo dictū illd  
 Iacobi. 2. Qui offēdit in vno factus est omniū reus. multis modis intelli  
 gī posse. Primus, & qui omniū planissimus est, ponit hic per Innocētiū. 2. <sup>f</sup> q<sup>d</sup>  
 111 nec plus, nec min<sup>9</sup> a gloria æterna quis arcetur. ppter vnū mortale peccatū  
 quam propter sexcenta milia. qui modus intelligendi. verissimus est. Qm̄  
 ita in ppetuū visione Dei carebit ppter vnū dānatus, sicut & ppter mul  
 ta. c. Maiores. §. Sed adhuc. de baptis. Beatitudo autem hominis & gloria  
 æterna in visione consistit diuina iuxta illud Iohā. 17. Hæc est vita æterna,  
 vt cognoscant te Deū verū vnum. & Ioh. 3. Cum apparuerit, similes ei eri  
 mus & videbimus eum, sicuti est ipse. & tradit Thomas prima Secūdæ. q.  
 3. art. 4. & 8. Qui tamen modus intelligendi, & si verus est in se, non tamen  
 videtur Iacobi mentē profus explicare. Quia Iacobus non loquitur de vi  
 ta, vel morte æterna, sed de gratia potius & peccato. Hic tamen sensus con  
 iunctus ei, quē mōx assignabimus quartum, aptus est. Secundo modo ex  
 112 ponitur in princip. Illius. §. De fleat etiam. c. Consideret. supra ead. <sup>f</sup> factus  
 est omniū reus<sup>f</sup>. i. ingratus, quoad omnia beneficia sibi a Deo collata. Qui  
 modus intelligendi verus est in se. Quo enim quisq; maiora beneficia a  
 Deo pcepit, eo grauius cæteris paribus peccat. c. Homo CHRISTIAN<sup>9</sup>  
 40. dist. quod latius in princip. illius. c. Consideret. probauim<sup>9</sup>. Et facit op  
 time. §. ille: De fleat. ibi: Ideo Adā plus peccauit, quia omni bono abūda  
 uit. vbi. gl. hoc annotabat. Is tamen intellectus non videtur satis germanus  
 literæ illius. c. 2. Iacobi. quod habet: Quicumq; totam legē seruauerit, offen  
 dat aut in vno, factus est omniū reus. Nullatenus enim ibi Apostolus agit  
 de ingratitude, sed de legis transgressiōe. Sequitur enim: qui dixit: Nō  
 mœchaberis. dixit &: Non occides. Quod si non mœchaberis, occidas aut  
 factus es transgressor legis. per quæ verba clare monstratur Apostolū in  
 tellexisse eum, qui vnā partem legis transgreditur, totius legis transgre  
 sorem constitui.

Tertius modus intelligendi ponitur in illo. §. De fleat. vt sit sensus: fa  
 113 ctus est omniū<sup>f</sup> reus. i. omniū virtutū diminutionem patitur. Ex quo mo  
 do intelligendi sequitur primo <sup>f</sup> per vnū actū peccandi, qui ad vnū per  
 tinet vitium, omnes virtutes labefactari & diminui. Quæ cōclusio vera est  
 primo

primo iuxta sententiam illorū, qui tenent virtutes omnes cōnecti in pru  
 dentia ratione videlicet recta rerum agibilibum. Quoniā, qui peccat vnū  
 peccatum, non solum diminuit habitum bonū, cui peccatum illud oppo  
 nitur, sed etiam alias omnes virtutes. Quoniā assuefacit se ad eligendum  
 male, vel diminuit, quē bene deligēdi habebat habitū & cōsuetudinē.

Vera est etiam secundo secundum intellectum, quem illi textus illius.  
 §. De fleat etiam. tradit. <sup>f</sup> quod deditus vni vitio facile in aliorum vitio  
 rum peccata flectetur. Auarus enim, & si fortassis ob delectationem Ve  
 neream nō fornicetur, neq; propter vini saporem inebrietur, neq; ob gu  
 stum sibi suauē nimīū edat, neq; timore mortis fugiat: tamen si magna ei  
 pecuniæ moles offeratur, quo hæc, aut aliquid horū faciat, facile castitatē,  
 temperantiā & fortitudinē violaret.

Ex quo infertur<sup>f</sup> secūdo eum, qui volet virtutes omnes sibi cōpēdiōse  
 117 querere, eo animo debere operari, quæ ad vnā virtutē spectant, vt non so  
 lum propter vitia extrema illius virtutis ab ea non discedat: sed neq; ob  
 aliarum quarumcunq;. Verbi gratia: continet se quis a fornicatione & resi  
 stit appetentiæ, quæ eum inuadit bestiali paruifaciens voluptatē illam mo  
 mentaneā, quam appetentia promittit. Is si hoc respectu solum resistit, q<sup>d</sup>  
 recta ratio prohibeat a tali turpitudine abstinere: castitatis habitum sibi  
 querit, & etiam prudentiæ. quā assuescit & Venereæ voluptati resistere &  
 recte deligere. Sed si eo animo ei restiterit, vt non solum propter talē vo  
 luptatē nō cōsentiret, sed neq; propter vllas alias, quæ ex ciborū gustu nas  
 cerentur, sed neq; propter pecuniam vllam, quæ ei daretur, sed nec propter  
 cruciatū & mortē ipsam euitandā: talis, non solū castitatis virtutem, sed &  
 temperantiā, sobrietatē, liberalitatē & fortitudinē sibi acquireret. Imo & iu  
 stitiā, si adderet ideo etiā se nō fornicari, q<sup>d</sup> reddendū est vniciq; quod  
 suum est, & per consequens CHRISTIANO corpori, quod secundum  
 Apostolū ad Corinth. 3. templū quoddam CHRISTI est, sua immu  
 nitas seruanda, ne. <sup>f</sup> violetur.

Ex quo tertio sub infertur<sup>f</sup> maximā nos virtutum omnium nobis ac  
 118 quirēdarū opportunitatē perdere, dum, si quid rectum operamur, vix illd  
 facimus, quo virtutē, cuius illud opus est, quæram<sup>9</sup>. Tātum abest, vt iustā  
 de omnibus quærendis curam habeamus.

Istamen tertius intelligendi modus extrarius videtur illi Iacobi dicto  
 primo propter rationem, quam contra primū intellectum formabamus:  
 Deinde, q<sup>d</sup> possibile est eum, qui peccat mortaliter, nullam adhuc habere  
 acquisitā virtutem. Quod patet in eo, qui cum primo prudentiā sufficien  
 tē ad bene, vel male merendū adeptus esset, peccauit. Certum enim est  
 illius virtutes acquisitas, quæ nullæ erant, nullum passas detrimentum: nisi  
 plus satis subtilem se quis præstans dicat virtutibus quærendis impedimētū  
 paratū

parari. Preterea fieri potest, imo vero in omnibus fere fit, ut, qui non habeat virtutes omnes cōnexas, imo, & qui omnibus vitiis irretitus est, mortaliter peccet. Quæ, te rogo, tūc virtutes acquisitæ per huiusmodi hominis actionem malam detrimentum patiuntur?

Rectius ergo intelligitur illud Iacobi quarto modo, quem Richardus scribit in Quarto. d. 2. art. 1. q. 7. & Tho. prima Secūda. q. 23. art. 1. quorū expositio satis cum ea, quam noster text. habet, concordat, nempe, quātū per vnum mortale peccatū quis a Deo & ipsius charitate aueritur, quantū per multa, vel omnia. Et ita penitus alienus fit a Dei amicitia, & ita dāna bitur penitus propter vnum, ac propter multa. Nam Deus vel in totum diligitur, vel in totum odio habet iuxta illud. 1. Iohānis. 3. Qui natus est ex Deo, nō peccat. iuxta item illud. 1. Iohan. 3. Omnis qui non diligit, odit. qd̄ habetur in. c. Omnis. supra. d. 1.

Ex quo infertur omnia peccata & vitia mortalia cōiuncta esse ac paria, quoad auersionē peccatoris a Deo: quāuis separata sunt & imparia, quoad conuersionem, qua in obiecta conuertuntur iniqua, e quibus suā recipiūt formā & speciem. Hæc expositio literæ Iacobi eo solo nomīne aptior videtur, quod verbis illius conueniētiōr est. Quamuis in effectu & sententia eadem videatur, ut dixi cum prima expositione.

Quinta expositio, quam paraphraſtes ibidem posuit, hāc videtur etiā continere. Adiungit tamen & nouā. s. f. q̄ offendēs in vno omniū reus efficitur, quatenus in ipso est, idq̄ facit verbis, quæ sequunt, de more selectis & ad mouendum aptis. Neq̄ vero sibi quisq̄ ita blandiatur: leue est admissum, hac parte duntaxat lex violata est. Cū enim summa totius legis contineatur in charitate Dei ac proximi, quisquis excidit a charitate, quæ radix est totius legis, nimirum totam legem violauit & legis autorē offendit. Cui hæctenus factus est omniū reus. Qd̄ qui semel aberrauit a scopo totius legis, quoad quidem in ipso est, aberraturus videatur, quoties se derit occasio: veluti quisquis in tenebris ambulat, non refert in dextrum aberrat, an in sinistrum. Certe cuilibet errori expositus est, qui semel excidit a luce.

FINIS.

DEO GRATIAS.

IN DIST. SEXTAM.

GRATIANI PRINCIPIVM.

**Q**ui autem debeat fieri confessio, vel qualem illum oporteat esse, qui aliorum crimina iudicat, ex eodem lib. de poenitentia docetur, cum dicitur.

SVMARIA.

1. Confitendum optimo consilio, non præcepto. n. 3.
2. Nemo tenetur præcepto Dominū diligere, quantū potest.



Lossa prima huius principii diuidit hāc distinctionē in tres partes. Quarū secunda incipit in. §. Caueat. sub c. 1. in fine. Tertia vero in. §. Quod autē. qui ponit sub c. Sacerdos. In prima determinat, cui oporteat pœnitentem confiteri. Illa vero conclusio gl. 1. cōfitendū esse sacerdoti meliori, q̄ potest. cōfirmatur p. c. 1. in princip. infra eadem, quod habet eadem, q̄ gl. hæc. Facit, q̄ pro corporis sanitate medicū optimū quærimus. At animæ salus corporis sanitati præstat. c. Itane. 3. 2. q. c. c. Cum infirmitas, de pœnit. & remiss.

Contra tamen hanc conclusionem facit primo consuetudo multorum doctorū sua peccata minus doctis confitentū, cum illa confiteri doctiori bus possent. Secūdo, quod sufficit proprio confessario cōfiteri. c. Omnis. de pœnit. & remiss. Tertio, q̄ nemo tenet de præcepto diligere Deum, quantū potest. Quia quantacunq̄ dilectione data magis adhuc potest. Quod demonstrat Parisiēses in Tertio. d. 27. q. 2. ergo neq̄ deligere cōfessariū omniū optimū. Alioqui quolibet electo teneretur adhuc confiteri meliori. quia melior inueniri posset. Et hanc partem tenet Archid. in. c. 1. infra eadē super prædictis verbis respondēs illi textui comparatiuū illud meliori pro positio poni.

Contra quod tamen facit, quia, quod sequitur: quā potest. non quadrat vllatenus positio. Quare verius fuerit. respōdere Augustinū, aut quisquis fuit huius cap. autor, consulēdo dixisse hoc, nō præcipiēdo: sicut & in plerisq̄ aliis id in hoc pœnitentiæ tractatu facere. supra in. c. Consideret. monstratum est. Ad denda tamen hic videntur, quæ dicem⁹ infra ea. c. 1. n. 98. & in. §. Quod autem. infra eadem. n. 7.





Qui vult confiteri peccata sua, vt inueniat gratiam, querat sacerdotem scientē ligare & soluere: ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet & petit, ne ambo in fo- ueam cadant, quam stulti euitare nolunt & infra. Tanta itaq; vis confessionis est, vt si deest sacerdos, cōfiteatur proximo & infra. Sepe enim contingit, qd poenitens non potest verecū- dari coram sacerdote, quem desiderant nec locus, nec tēpus offert. Et si ille, cui confitebitur, potest tē soluendi nō habeat: fit tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui socio cō- fitetur turpitudinē criminis. Adūdati enim sunt leprosi, dū- ibant ostēdere se sacerdotibus, ātequā ad eos puenirēt. Un- de patet Deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibē- tur ad sacerdotes peruenire. Saepe quidem eos querūt, sed sani & laeti, dum querunt, anteq; perueniāt, moriuntur. Sed dei misericordia est vbiq; qui iustis nouit parcere, & si non tā cito: sicut soluerētur a sacerdote. Qui ergo cōfiteatur, omnino confiteatur, & sacerdoti meliori, quam potest, cōfiteatur. Et si peccatum est, sufficiat referre in notitiā sacerdotis, vt grata sit oblatio muneris & infra.

### SVMMARIA.

- 1 Absoluendi & ligandi potestas sacrificorum indelebilis est, sicut cha- racter & consecrandi potestas. n. 2. & 3.
- 4 Sacerdos non absoluit confitentem sibi non subiectum, non quia po- testas, sed quia materia deest. n. 5.
- 6 Materia sacramenti pœnitentiæ quæ.
- 7 Scientia ligandi quæ.
- 8 Scientia absoluendi quid, & qd absolutio debet esse indicatiua. n. 9.
- 10 Absolutiones non esse, quas multi tales putant.
- 11 Absoluens publice pœnitentiam iniungere nequit, nisi iurisdictionem in foro habeat exteriori. n. 12. eā tamen iniungendo vix venialiter peccat. n. 13. nisi sacramentaliter absoluere intenderet. n. 14.
- 15 Absoluit Deus, vt autor, confessarius, vt minister.
- 16 Absolutio ex se ac quatenus a sacerdote manat efficax, quamuis aliun- de quandoq; vana.
- 17 Absoluēs plus aliquid habet in absolutione, q̄ baptizās in baptismo.

18. Ab

- 18 Absolutio sacramentalis ex illis solis verbis: absoluo te, vel similibus constat, neq; debet addi autoritate episcopi, vel alterius. n. 19. neq; Papæ. n. 21. in absolutione autē voti, vel iuramenti sic. n. 22. qui tñ id pio animo addunt, non peccant. n. 23.
- 20 Papa quare se confessario subiicere potest.
- 24 Confessarii vt plurimū tria præmittunt absolutioni.
- 25 Absolutio a censuris nō est substantialis sacramentali: sed aliquādo præ- cepta, nōnunq; consulta. n. 26. interdū in absolutione sacramentali subintelligit. n. 27. et ita vna solutio duas diuersi gñis cōtinet. n. 28.
- 29 Manus impositio super absoluendi caput neq; substantialis, neq; præ- cepta, interdum mala.
- 30 Absolutionē, quæ præcedit, præcatio non necessaria, sed conueniēs.
- 31 Absolutioni sacramentali substāciali aliquid bene, aliquid addi male:
- 32 Absolutio etiā ad oblita protenditur, sed nō tam efficax ac aliis. n. 33.
- 34 Absolutionē sacramentalē q̄ tria cōsequunt, nō necessaria, sed sancta.
- 35 Pœnitentiā æque post absolutionē, ac ante, iniungi posse.
- 36 Satisfacere magis bona in pœnitentiā sacramentalē iniuncta, & pure imposita magis, q̄, quæ sub cōditiōe volūtaria. n. 38. & per illā clausu- lā: quidquid boni feceris. &c. sub conditione volūtaria iniungi. n. 37.
- 40 Opera debita pro pœnitentiā præcipi & assumi posse.
- 41 Opus idē eo melius, vel peius, quo pluribus de fontibus manat, & ma- iore de charitate manās magis satisfacit. n. 42. (fit.)
- 43 Pctōri in satisfactiōe p clauēs ecclīe applicari posse qdqd p pœnitētē
- 44 Satisfactio quæ soli iustitiæ nititur longe a satisfactiōe, quæ amici- tiæ naturā sapit, differt.
- 45 Pœnitentiā in mortali factā satisfactoriā esse, quoad forū militantis ecclīe & etiā triūphātis. n. 46. Nā & veniale sine mortali cōdonat. n. 47. secundū multos, fictiōe præserti recedēte secundū plures. n. 48. Quia tūc tantū operatur, quantū, si fuisset in charitate factū. n. 49.
- 50 Confessarius pœnitentē audita cōfessione, quæ doceat, ad quæ horta- bitur. n. 51. aliquando nil dicto absoluet. n. 52.
- 53 Pœnitentis refert sua opera bona peccatorū satisfactiōni destinare.
- 54 Absoluens excōmunicatū quatuor seruet: quorū tamen omissio abso- lutiōne non vitiat. n. 56. & frequenter seruanda nō sunt. n. 66. & nullū eorum est de forma substāciali. n. 69.
- 55 Excōmunicatus mortuus quomodo absoluitur.
- 59 Absolutiōi ab excōicatiōe nulla verba p̄scripta. nā & iniusta valida. 58.
- 60 Absoluens quem non potest, certificet illum erroris.
- 61 Absolutio ab omni excōmunicatiōe cōmissa nō continet, quā in spe- cie non cōmisisset superior.

- 62 Absolutio ab excommunicatione non fiat sub conditione. s. propria, quæ de futuro est. n. 63. sed facta tenet. n. 64. & erit efficax illa impieta. n. 65.
- 67 Absoluendo ab excommunicatione incerta quandoq; petenda de consilio saltem cautio: exigenda vero nunq̄.
- 68 Absolvitur ante satisfactionem nonnunq̄ excommunicatus pro manifesta offensa, etiam causa non manifestata. n. 70.
- 71 Confessarius quis ligare scit & soluere.
- 72 Confessio quandoq; fit ei, qui non est presbyter, imo & mulieri. n. 74. de consilio. n. 75.
- 73 Mortis in articulo constitutus quilibet, a quolibet presbytero a quibuslibet absoluit, & huius ratio. n. 86. nisi alia ratione sit prohibita. n. 87.
- 76 Verba subiunctiui modi potentiam quandam frequenter denotant.
- 77 Confessarius, etiam laicus, confessionem celet.
- 80 Detrahere non videtur, qui profuturo, ut profit, alterius crimen celet.
- 82 Ignorantiam iuris diuini positiui probabilem dari & excusare.
- 83 Confessus laico, etiam in articulo mortis, iterum confiteatur.
- 84 Absolvere non potest laicus ab excommunicatione etiam in mortis articulo, & ita neq; sic absolutus in loco sacro sepeliri potest. n. 85.
- 88 Sacerdotalibus de officiis laico sola expressa etiam instate necessitate conueniunt.
- 89 Confitenda publice non sunt peccata publica, neq; pro illis necessario publica penitentia subeunda. n. 90. sed faciendum, ut publice appareat emendatus. n. 91. alioqui eucharistiam non accipiet. n. 92. & 93.
- 94 Intellectus. c. 1. de penit. & remiss.
- 95 Ecclesia vna vnus debet esse sacerdotis & raro penes multos eius cura solida. 96.
- 97 Confessio raro, aut nunq̄ iteratur ob ignorantiam confessarii.
- 98 Confessarii plures CHRISTIANO cuiilibet.
- 99 Licentiam confitendi facile a parochia danda.



Apitulum hoc primum idemq; longe locupletissimum diuiditur in sex partes, secundum quod sex ponit qualitates, quas debet habere confessarius. Prima est, quod sciat ligare & soluere. Secunda, quod sit intra unitatem ecclesie, non hereticus, non schismaticus, de gradatus, aut excommunicatus. Tertia, quod sit iustus, mundus a peccato. Quarta quod sit doctus. Quinta, quod inuestigator sit & interrogator. Sexta, quod sit dulcis & beniuolus erga penitentem, quodq; sit constantissime in bona & exemplari vita perseverans. Secunda ibi: Laboret. tertia ibi: Sacerdos itaq; quarta. ibi: Caueat. quinta ibi: Diligens. sexta ibi: Quibus cognitis.

**Text. Sacerdotem scientem ligare & soluere.**

Colligo

Colligo primo ex hisce verbis necessariam esse simul & sufficere facerdoti scientiam ligandi & soluendi. Contra quod facit primo, quod non solum scientia, sed etiam potestas soluendi atq; ligandi exigitur. In omni enim operatione oportet primum adesse potentiam & voluntatem. l. Gallus. in princip. ff. de liber. & posth. c. Cum super. de off. deleg. Præterea non solum soluendi & ligandi potentiam, quæ ex presbyterio nascitur: Sed etiam iurisdictionem debet habere. c. Omnis. de penit. & remiss. & c. fin. infra ead. Imo nec iurisdictione in habitu illi sufficit. §. Ecce. sub. c. Ad iurisdictionem. & §. Ecce. sub. c. Generaliter. 16. q. 1. Secundo contra hoc principium facit, quod in vers. Caueat. infra eod. ait: ne sacerdos careat munere scientie. & ita vel est inutilis inculcatio, vel hic non loquitur de scientia, quam debet habere confessarius.

Ad horum posterius, quia leuius est, respondeo prius, quod in huius textus principio agitur de scientia sola, quam ad ligandum & soluendum debet habere confessarius. in §. aut. Caueat. agitur de scientia, quam ad discernendum inter lepram & non lepram. & c. debet habere.

Ad prius autem argumentum respondeo concedendo potestatem ultra scientiam esse necessariam: sed nego textum nostrum contrarium innuere. imo præsupponit hoc in eo, quod ait hunc scientem ligare & soluere debere esse sacerdotem. Fieri enim non potest, ut quis sit presbyter, & non habeat illam potestatem. quoniam illam a Deo immediate accipit. Vnde singulariter dixit Paludanus in Quarto. di. 22. q. 3. imprudentiam sacerdotis esse ei, quem a peccatis absoluit, dicere, autoritate episcopi, vel Papæ, vel alterius hominis te absoluo. Quoniam, ut ille ait, autoritate a Deo solo mediante ordinis sacramento accepta absoluit. Facit quod character anime illius incussus indelebilis est. c. Licite 2. q. 7. & illi characteri est potestas illa ligandi & soluendi annexa. Facit etiam quod potestas consecrandi a deo ab eo tolli non potest, ut etiam, si excommunicatus & depositus & curie seculari traditus & in scalis iam iam suspendendus subiectus super materiam debitam verba consecratoria eucharistie diceret, verum conficeret sacramentum secundum Paludanum in Quarto. d. 1. 3. q. 1. col. 3. Cui priores & posteriores omnes consentiunt, licet id non tantum alii, ut plurimum amplificent. Ergo idem dicendum est de potestate ligandi atq; soluendi, quæ vna cum ipsa consecrandi potestate a summo Deo accipitur argumento. c. Translato. de constitut. c. Super eo. de prebend. lib. 6.

Contra tamen hoc facit, quod secundum omnes, & in his ipsummet Paludanum in Quarto. d. 17. q. 3. col. 2. qui sacerdos absoluit eum, qui suæ iurisdictionis non est, nihil agit. Ergo licet sacerdos omni potestate habeat consecrandi, non tamen habet soluendi. Sed hoc non obstat, quia id non euenit ex potestatis defectu, sed ex materie. Materia enim huius sacramenti est confessio peccatorum legitime facta ab illo, qui subest confessario. Itaq; textus in eo verbo: sacerdotem intellexit potestatem soluendi habentem. Quæ tamen non suffi-

cit, nisi, qui vult cōfiteri, sit illi subiect⁹ autoritate ordinaria, vel delegata §. Ecce. sub. d. c. Ad iicim⁹. 16. q. 1. §. Ecce. sub. c. Generaliter. eadē caus. & q. Imo non sufficit, quoad aliqua esse subiectum, quo ab omnib⁹ peccatis absoluat⁹: sed oportet confitentem, quo ad omnia confessario subiici. Si qua ergo habuerit peccata superioris arbitrio reseruata, non poterit ab eis absolui, sed oportet eum ad illum, cui sunt reseruata, superiorē confugere. per gl. sing. in c. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. & per ea, quæ dicta sunt in c. Cōsideret. §. Cautus. supra dist. 5.

Secundo colligitur ex eisdem verbis, q̄ præter potestatem & iurisdictionem debet habere confessarius etiam scientiā ligandi & soluendi. Ille vero videtur habere scientiā ligandi, qui monere nouit pœnitētē, a quib⁹ debeat secedere & a quibus abstinere necessario, qualem itē & quantā pro peccatis sibi apertis pœnitentiam agere debeat argu. c. Quæ ipsius. 3. d. & c. Quod quidā. de pœnit. Quāuis enim pœnitēs nō teneatur suscipere pœnitentiā a confessario iniunctā, vt diximus in c. fin. supra proxima dist. in vltima confessionis conditione & in c. Consideret. §. Ponat. supra. d. 5. tñ debet eū illius admonere, nisi quando desperatio in eo timeri possit, vt diximus in c. Mensurā. supra. d. 1. Ad dō tamen his oib⁹ duo: alterū est hanc pœnitentiā iustæ, quæ secundū canones pœnitentiales imponenda est, scientiam non esse adeo in confessario necessariā, vt sine illa non possit ligare pœnitētē. Quia hoc nullo iure cautū est. Alterum est, q̄ videtur mihi ætate nostra, in qua raro, vel nunq̄ in foro conscientie, pœnitentiæ illorū canonū imponūtur, non esse eorum scientia necessaria ita, vt peccet, qui audit cōfessiones sine illorū scientia, præsertim q̄ supra in c. Falsas. d. præced. dixim⁹ esse probabile illos canones pœnitentiales non vendicare sibi locū in cōscientie foro. Quæ tanq̄ quotidiana & æqua memorāda puto pro liberāda confessariorū bona parte, quæ illos canones nescit. Pro quibus facit, q̄ frustra videtur illud exigī, cuius nullus, vel paruus sequitur effectus. c. Cum cōtingat. de officio deleg. l. Ad probationē. C. de probat. & ex hac canonū pœnitentiali ū scientia paruū certe, vel nullū fructū video in foro cōscientie prouenire. Et, quod dixi in c. Mensurā. supra. d. 1. confessariū, etiam si non imponat pœnitentiā in canonibus taxatā, debere tamen illi pœnitenti notificare: potest temperari, q̄ sufficit illi palam fieri multo maiorē pœnitentiā ipsius peccato esse debitā, q̄ sit illa per eū tunc imposita.

Scientiā vero soluendi is videtur habere, qui formā absolutiōis facere nouit. Illa vero q̄ sit tā in se, quā, quoad tria ipsius præambula & tria ipsam consequētia, declarabit his, q̄ sequunt⁹ sex dictis: primū est absolutiōem debere esse indicatiuā: absoluo te. & nō optatiuā: absoluat te Deus. p̄ illud Iohānis. 20. Quorū remisistis peccata remissa sūt. & declaratū fuit in cōcilio Florentino sub Eugenii decreto. §. Quartum sacramentū. Pondera, quod

ait

ait remisistis, nō: optaueritis remitti. Matth. etiā. 16. legitur: Quodcūq̄ solueris super terrā. Docet hoc Tho. cōmuniter recept⁹. 3. parte. q. 84. art. 3. Non tamen neganda est iusta esse forma illa: Ego tibi remitto peccata. Qd̄ satis ibi vterq̄ Thomas sentit in illo art. 3. in respōso ad tertiū. Quinimo Scotus in Quarto. d. 14. q. 4. dixit sufficere qualiacūq̄ verba exprimi, dum tamen sententiā contineāt absoluentis. Qui tamen nimiū late videt Thomæ a Vio loquutus, quod non est consiliū hic tractare, quia raro is casus, aut nunquam vsu veniet.

Non obstat, quod in absolutiōibus, quæ publice fiunt in ecclesia ad primā & ad completorium & in cœna Domini, absolvens nō oratione indicatiua, sed optatiua. s. misereatur. vti soleat. Non item, q̄ cōfessarii fere omnes dicunt: Dominus noster IESVS te absoluat. Omnes item his verbis præmittunt: Misereatur tui omnipotēs Deus. &c. Nō inq̄ hæc obstat: Nō primū, quia illæ absolutiōes, quæ publice fiunt in ecclesia ad primā & completorium & in cœna Domini & similes non sunt proprie absolutiōes, sed preces pro absolutiōe a Deo imponenda emissæ.

Ex quo infert Palud. in Quarto. d. 2. q. 3. errare parochos, qui in Confiteor missæ (vt eius verbis vtar) iniungunt⁹ pœnitentiā: Quāuis dicat in absolutiōibus, quæ publice fiunt in capitulis, eam imponi posse, licet neq̄ illæ sint sacramentales. Cuius tñ hæc verba intelligenda & declarāda ita videntur, vt intelligamus errare quidē parochos, si putant cōfiteōes generaliter illa eorū impositione pœnitentiæ ligari, vel ad id sine suo facto, siue consensu posse obligari: impositionē vero pœnitentiæ factā in capitulo ligare. Diuersitatis ratio est, quia quæ fit in capitulo, fit a superiore iurisdictionē etiam in exteriori foro habente, et ideo, quāuis nō sit sacramentalis, ligat. q̄ vero fit a parochos, fit ab eo, qui nullā habet potestatem in foro exteriori, & ideo, quia nō fit in interiori, quia non est sacramentalis, nullatenus ligare pōt. Nō tamē arbitror Palud. ea mente fuisse, vt iudicaret⁹ peccare parochos, qui talia iniungūt his, qui confessionem generalē faciunt siue in missæ introitu, siue in eius medio, siue in concionū fine. Crassius tamē arbitror esse, quod etiā nōnunq̄ ab eruditis in concionibus & medio missæ video dici. s. dum absolutiōis formā vobis facio, vel dum vos absoluo, dicite, vel facite hoc &c. Doctius enim & pientius dicerent: dū pro vestra

nia Deum ipse precabor, dicite, vel facite hoc, aut illud. &c. Quāq̄ hic error, licet crassior, nullā, vel saltem venialem culpā continere mihi videtur, modo piū sit hæc dicētis peccatus. Hos tñ prædictos oēs arbitrari peccare etiā mortaliter, si eo animo essent, vt absolutiōem sacramentalē facere intēderēt: quippe, qui forma tāti sacramēti grauitē abuterent⁹, dū confessiōe legitima & integra nō præmissa & multos simul absoluere tētarēt sacramentaliter. At neminē arbitror tam crassa ac tam stupida esse Minerua.

I iiii Non

Non obstat etiam secundū: quia confessarius neq; absoluit, neq; absol-  
uere intendit per illa verba: Dominus noster I E S V S te absoluat. neq;  
per illa: Misereatur tui. &c. Sed illa pramittit, non tanq̄ necessaria, sed ve-  
luti quædam pia præambula absolutioni, quam mox facit per illa verba:  
Et ego te absoluo. &c.

15 Non etiam obstat, si quis tertio dicat solum Deum peccata dimittere,  
vt ait Augusti Quia id verum est autoritatiue, ministerialiter autē etiā  
sacerdos a peccato absoluit, & peccatum remittit. De vtroq; est textus in  
iure optimus in. c. Remittuntur. 23. q. 5. verba enim sacerdotis nō minus in  
hoc sacramento, q̄ in aliis per virtutem operantur diuinam.

Non obstat quarto, q̄ frequenter sacerdos pœnitentē non absoluit p-  
pter aliquod impedimentū ipsius, vel quia iam per contritionē solam ab-  
solutus fuerat. & ita frequenter fallum dicat, cū pœnitenti ait: Absoluo te,  
16 Non (inq̄) hoc obstat. Quoniā f̄ absolutio, in quātū exit a sacerdote, semp  
est efficax & certa, licet quandoq; ex parte illius, cui fit, inefficax maneat.  
Omnia enim sacramenta ex se sunt signa & causa certissima iuxta diffini-  
tionem sacramenti, de qua in. c. Sacrificiū. de consecrat. d. 2. quāuis sapius  
quam oporteat, propter indispositionē subiecti vana fiant, imo & noxia  
suscipienti. c. Quod quidam. col. 4. §. Ipsa enim salus. c. Omnia. 1. q. 1.

Non obstat quinto, q̄ in baptismo admittitur forma baptizandi optati-  
ua. Græci enim ita baptizant: Baptizetur seruus C H R I S T I. secundū  
Innoc. in. c. 1. de baptis. ab omnibus receptum. Non inq̄ hoc obstat. quoniā  
17 absolutio f̄ a peccatis secundū Paludan. virtute clauū fit: non autē baptis-  
mus. Quāq̄ interrogari potest Paludan⁹: quare, quod virtute clauū fit,  
per orationē indicatiuā potius dici debeat, quam quod non fit virtute cla-  
uium: cum vtrobiq; tam, qui absoluit, q̄ qui baptizat, ministerialiter tātū  
operetur, Deus autem autoritatiue. Sed responderi posset eū, qui clauis  
habet & carū virtute absoluit, plus aliquid habere in absoluendo, q̄ alius in  
baptizando. quāq̄ vtriusq; potestas intra ministerialis potestatis latitu-  
dinem cōcludatur. Hactenus de primo dicto.

Secundū dictū principale, quo absolutionis sacramentalis forma nos-  
catur, est ex dictis Thomæ nō colligi vllum aliud verbū, præter illa verba:  
18 f̄ absoluo te. de absolutionis substantia esse. Quem ibi alter Thomas sequi  
videtur. sequuntur & quidam alii recentiores. Cancellarius etiam Parisiū  
in secunda parte, fol. 183. col. 1. nil aliud, nisi trinitatis inuocationē, addit.  
Qui alibi. f. in eadem parte, fol. 184. in. c. Nota clare. dixit illa verba: a pec-  
catis tuis. non esse necessaria, sed satis esse conuenientia. quod ipsum dixit  
in fol. 183. col. 3. sub. c. Excommunicationē. Paludanus autē in Quarto. d. 22.  
q. 2. addere videtur verbū: a peccatis. Conciliū autem florentinū in eodem  
§. Quartum sacramētū. rem dubiā reliquisse videtur, cum ait formā esse  
illā:

illam: Ego te absoluo. nihilo alio adiecto expresse.

Non est tamen arbitrandū Thomā ea mēte fuisse, vt nō idē sentiret de  
illis: remitto tibi, vel cōdono tibi. per ea, q̄ in primo dicto fuerūt ānotata.

Tertium est inepte ab aliquot confessariis addi: absoluo te autoritate 19  
episcopi vel parochi. Primo, q̄ autoritatē illam soluendi a solo Deo, cum  
ordine sacrorum maximo, nempe, presbyterio insigniti fuerūt, acceperūt  
& non quando audiēdi confessionē copia, siue licentia eis facta fuit. & tñ  
per illud additamentū contrariū significare videntur. Ergo, & si non male,  
certe inepte agūt arg. c. fin. de verb. signif. l. Legata inutilit. ff. de adim leg.  
Secundo, q̄ omniū in foro conscientie absoluentiū vna est potestas. f. mi-  
nisterialis diuinitus cum ordine presbyterii collata, quāuis diuersorū di-  
uersa est materia subdita. Ergo & omniū vna debent esse verba illius pote-  
statis significatiua arg. l. Si idem. C. de codicil.

Ex quo infertur primo ratio, quare simplex sacerdos Papā se ipsi sub- 20  
iicientē a peccatis absoluere potest iuxta gl. sing. in. c. Nemo. 3. q. 9. & c. Sa-  
ne. 2. de off. deleg. Quoniam sacerdos quālibet simplex autoritate diuina  
in absoluendo nititur, & illi quia diuina est, potestati Papa subiicere se sine  
alius consensu potest: quippe qui nullū habeat superiorē, cuius consensum  
requirat, neq; dedecet eum diuinæ se subdere potestati.

Secundo tubinfertur etiam f̄ eū, qui virtute facultatis a Papa factæ  
absoluit, inepte illa verba: autoritate Papæ suæ absolutioni addere. Quia 21  
par est etiam de illo, ac alio ratio. Reperio tamen Cancellariū Parisiensem  
in secunda parte, fol. 184. col. 1. in. c. Nota. dicere addi posse: autoritate eccle-  
siæ, vel ordinis. Quod si est verum, nō video, quare non posset addi etiam  
autoritate Papæ & etiam episcopi ordinātis. Quæ omnia humane accepta  
vera sunt, vt mox dicā. Tertio subinfertur ratio, quare f̄ aliud in voti, vel  
iuramenti, excommunicationis & id genus similiū absolutione seruari quo- 22  
tidie videamus. Nam & scimus Romæ pœnitentiariū dicere solitū: autori-  
tate domini nostri Papæ, cuius pœnitentiariæ curam gerimus. Quoniam  
hæc iurisdictionis sunt, & non ordinis, neq; talis iurisdictionis, quam ordo  
necessario requirat, & ita non a Deo immediate cum sacramento assumū-  
tur: sed a summo C H R I S T I vicario, vel aliis inferioribus cōmunicā-  
tur. c. Ita dominus. 19. d.

Et quāq̄ hæc vera iudicō nullius tamen criminis reos esse arbitror cē-  
sendos, q̄ talia verba: autoritate Papæ, vel episcopi, vel parochi. &c. dicunt. 23  
Non enim taliter absoluentes per ea verba volunt significare se tunc, & nō  
antea accepisse absoluendi potestatem, quando illis particularis post ordi-  
nationē fit ad id facultas, sed potius nouam sibi tunc subiici materiā: vel  
clarius videtur significare potestatem, quam in habitu ante habebāt redactā  
fuisse tunc in actu exercendā illa superioris autoritate iuxta illa, q̄ docuit  
Panor.

Panor. in Cle. 1. de priuileg. emendans, quæ olim dixerat in. c. Significasti. de for. compet. qui a posterioribus in variis locis est receptus. Quos utro-  
biq; pridem bis citauimus & scribenda dictauimus.

- 24 Quartum dictū principale, quo prædicta forma noscatur, fuerit *¶* tria præambula præmitti, vt plurimū confessariis ante absolutionē peccatorū .s. relaxationē a censuris, precationē, quo a Deo absoluatur, & manus impositionem. Et horum primū relaxationē .s. censurarum, si quibus pœnitēs est nodatus, non esse *¶* quidem substantiale absolutioni peccatorū, esse tñ necessariū necessitate præcepti, si confessarius videt eum esse illis nodatū per ea, quæ diximus supra in. c. fin. in. c. cōditione. Per quæ eadem apparet, quod ait Paluda. in Quarto. dist. 2. q. 3. per excōmunicationē fieri quem absolutionis in capacē: temperandū esse multis modis, qui ex ibi dictis colligi possunt. Quando vero nescit confessarius, an pœnitens vllis censuris sit implicitus, tunc non præceptū, *¶* sed consiliū esse arbitror absoluere illū ad cautelam prius a cēturis. Et non solum prudens cōsiliū fuerit absoluere ab excōmunicatione maiore, vel minore, sed etiam ab omni censura, ad quæ sua potestas extenditur. Quod rogo atq; adhortor confessarios omnes, vt maxima cura faciant. quod etiam in Castellæ, Franciæ & Nauarre regnis fieri a multis scio: a paucis vero in Portugallia factitatū hæctenus didici. Quod in causa quoq; fuit, quæ sacrifici aliquot in irregularitatē incidunt
- 25
- 26
- 27 Quamuis, si sacerdos dicens: *¶* absoluo te. ea mēte sit, vt velit eū absoluere ab omnibus a quibus ipse iuste potest siue censuræ sint illæ, siue peccata, sufficeret secundū illud Gersonis secunda parte fol. 183. col. 1. sub. c. Cōfessio. quod etiam citauimus in. c. 1. §. Cautus. supra dist. proxima. Mente autem prædicta videtur esse sacerdos, qui rectam intentionē faciendi, quod debet, habet, vt sentit Gerson. Cuiusmodi animū habere fere oēs, qui absoluunt, visum fuit nobis in illo. §. Cautus.

Ex quo inferri videtur non esse necessarium, quod tātōpere ipse paulo ante, vt fieret, rogabā. Et faterer hoc corollariū, si confessarii solum dicerent: Absoluo te in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. & nō adderēt quod fere omnes faciunt: ab omnibus peccatis tuis. Nā per hęc additionē videtur eorū intētio ad solam peccatorū absolutionē restringi adeo quidē, vt si qui taliter absoluit, rogaretur: num ea mente fuerit, vt etiam a censuris absoluere voluerit, fortasse responderet non fuisse. Adde, quod quamuis confessarius illo proposito forte fuerit: confitens tamē, cui absolutio restricta de peccatis lata est, quomodo credet se a censuris etiā absolutū? Quādoquidem absolutio a peccatis alia longe sit ab absolutione censurarum.

- 113 Quia illa sacramentalis, hæc nō, illa fit potestate imediate a Deo accepta: hæc vero alia, vt supra dictū fuit. Facit, quod ipsemet Cancellarius in ead. secunda parte. fol. 184. col. 1. dixit absolutionē, quæ fit de peccatis contritis ad pec-

ad peccata non contrita nō extendi. Quāobrē ab exhortatiōe prædicta nō discedo, nisi & cōfessarii additionē prædictā. .s. a peccatis. ea mente addāt, vt velint facere omnē, quam iuste possunt absolutionem.

Ex his inferitur vnū mirabile *¶* nempe fieri posse, vt per hęc sola verba: absoluo te. fiat vna absolutio sacramentalis & alia alius generis. Pro quo scit, quod idem verbū ad diuersa relatū diuersimode capitur. .c. Ab excōmunicato. de rescript. c. Cū dilectus. de cōsuetud. l. 1. ff. de off. procōsul. & leg.

An autem virtute bularū Apostolicarū, quibus potestas conceditur absoluedi ab omnibus censuris: nō solū possit pœnitens absolui ab illis, quæ sacramentorū susceptionē impediunt: quales sunt maior & minor excōmunicatio, qualis item interdictū personale, qualis & suspensio ab aliquo sacramento suscipiendo, an etiam ab omni alia suspensione: non tractabo in præsentia, sed alibi occurret locus tā grādi & tā quotidianæ quæstionis cōmodus.

Secundū autem præambulū .s. manus impositio super capite, quod maxima cura quosdā etiā cū duabus manibus seruare video, adeo non est absolutioni substantiale, *¶* vt neq; sit de necessitate præcepti faciendū secundū Tho. tertia parte. q. 84. art. 4. imo aliquando facere malum est, puta cū pœnitens est foemina & forte molli pulchritudine ac molliter ornata. Quoniā vt ait Hieronymus in. c. Hospitiolū. 3. 2. d. Si bonum est mulierē nō tāgere, ergo malum est tangere. Quod ipsum Palud. vir in huiusmodi rebus expertus in illa. q. 3. annotauit. Accipio etiā quosdā monachos risui fuisse nonnullis monachis, qui ad absoluedū illas magna cum difficultate pariq; curiositate manus per cancellos ferreos imittebāt, quo eas in earū capitib; ponerent & sic absoluerent.

Tertium autē præambulū *¶* .s. precatio, quo pœnitēs a Deo absoluatur, quæ, vt plurimū fit per: Misereatur tui. &c. vel per: Dñs noster I E S V S te absoluat. vel per vtrumq; non est quidē de substantia, sed neq; de præcepti necessitate: congrua tamen est & conueniens.

Quintum ad prædictā formā cognoscendam dictum fuerit: *¶* addere ipsi formæ absoluedi illa verba: ab oibus peccatis tuis. conueniēs esse, vt etiā Cancellarius ait in ead. parte. fol. 184. in. c. Nota. Sed nō aduertit id incōueniēs, quod consequi diximus in fine primi dicti, nisi absolutioni a peccatis absolutio a censuris præmittatur. Addit item idē Cancellarius in summa hæc, quæ sequuntur nō satis digesta. Quorū primū est id, quod addi solet: & circūstantiis eorum. omnino esse superfluū. Nā (inquit) aut circūstantia est peccatū, aut non: si sic, comprehensa fuit in illo verbo: a peccatis tuis. si vero non est peccatū, nō cadit sub absolutione. Secundū, quod addere: de contritis. est periculosum. quia primo nedum contrita, sed etiam attrita peccata possunt per absolutionē deleri secundū opinionē magis receptā. Hoc autē verbum contritū omnino excludere videtur attrita, sicut albū nigrū.

Secundū

Secundū, q̄ hoc est iniicere scrupulum desperationis, præcipue in mortis articulo existentibus. Nulli enim cōstare potest se vere peccata cōtriuisse. Tertiū qđ addere: de oblitis. similiter est supfluū. Quia (inquit) nō potest cōfitemens de peccatis oblitis sic absolui, quin teneat confiteri, si in futurū recordetur. Quartū, q̄ non prodest quidq̄ dicere: quæ libenter confitereris. siue: quæ velles confiteri, si eorū haberes memoriā. Quia staret confitentē velle quando confiteretur, & nolle, quādo recordaretur: aut forte volūtātē habet bonā in generali de confitendo omnia, quæ occurrūt, quā nō haberet de confitendo, si in speciali aliqua occurrerēt. Quintū q̄ male exprimitur: si & in quātū possum & debeo. Quia primo (inquit) si nō potest, nō debet se ingerere ad audiēdū. et si forte occurrit casus, qui ad se nō pertineat, debet remittere ad superiorē. Secūdo sufficit intentionē cōfessarii esse bene regulatā. Hæ tamen rationes mihi nō cōcludūt hoc male fieri, sed superfluo exprimi. Sextum, q̄ superflue additur: de non confessis. illud itē: & restituo te vnitati sanctæ ecclesiæ & sacramētis eius. Si enim absolutus est, quia fidelis est, iā de se restitut⁹ est. Septimū, q̄ illud: q̄ gratū in cōspectu diuinæ maiestatis fuerit. nō esse addendū. De his septē Cancellarii dictis secundū videtur necessario seruandū: quintū autem nō videtur verū. Non enim peccare videtur, qui confessarius candido animo ait: absoluo te, si & in quantū possum. neq; rationes ipsius oppositū concludūt. Nam fieri pōt vt pœnitēs hæc verba dicat nō, quia dubitat de casu sibi patefacto, an sit reseruatus: sed quia pœnitēti esse possunt aliq̄ peccata, q̄ oblitus est, a quib⁹ cōfessari⁹ absolueret. Quāq̄ fateor latius esse illa verba ommittere, q̄ addere. Cætera vero quinq; vera esse vident, qua parte continēt nō esse quidē addēdū illa, q̄ in eis continent, necessario neq; necessitate, præcepti neq; sacramenti: qua parte vero continerēt ea esse onino superflua quo ad tertiu, negari possent. Illa enim forma: Absoluo te ab onibus peccatis tuis, quæ mihi cōfessus quæq; oblitus es cū omnibus circūstātiis. utilis esse pōt quo simpliciores confessarii admoneantur, non solum eorū mentis esse debere, vt a peccatis sibi palā factis absoluant confitentē: sed etiā ab omnibus quæ ille pœnitens palā fecisset, si ea cum suis circūstantiis fideli tenuisset memoria. Quicquid enī aliqui & in his Cācellarius secunda parte fol. 183. col. 3. dixerint: receptior & verior sententia est pœnitentem ⁊ etiā ab his, quæ oblit⁹ fuit, absolui. Pro quo vltra vulgata facit, q̄ ab hinc quinq; ānos opposui cuidam viro pio iuxta ac docto, qui contrariā afferebat opinionē. scilicet quod peccatū reseruātū, vel cui censura erat ānexa, probabiliter obliuioi tractū desinebat esse reseruātū & dissoluebatur ab illa censura: quando cōfessarius potestātē habebat absoluēdi ēt a talibus & absoluisset, si ei fuisset confessione aperta iuxta illud Palud. quod retulimus supra in c. 1. §. Caut⁹ proxima dist. Qđ dictū cum ille concessisset, nō potuit efficaciter negare illationē

illationē, qua inferebatur: ergo absolutio sacramētalis extenditur ad ea, q̄ per obliuionē tacita fuerunt. Addo tamen hic vnū singulare Cancellarii Parisiensis in secunda parte. fol. 183. col. 2. sub. c. Confessio. scilicet absolutiois sacramētalis virtutē, qua magna pœnæ pars peccatis in purgatorio debite condonatur, & non tam efficaciter peccatis obliuioni traditis, ac aliis applicari, ideoq; obliuionē peccatorū noxiam esse. Quæ alio quoq; nomine noxia est eo. scilicet q̄, quando in memoriā redierint, cōfiteri tenebitur, vel cū primū redierint, vel tempore ad id destituro. Quod latius in gl. lūmæ huius distinct. tractauimus. Facit etiā pro cōmuni opinione, q̄ indulgentias a Sede Apostolica his, qui confitentur, concessas etiā pœnæ peccatorū per obliuionē omistorū delendę prodesse pleriq; omnes aiunt. Facit etiā. l. Aquiliana. cum ibi per Bart. & alios annotatis. ff. de transact.

Sextum est tria illa, quæ confessarii post absolutionē faciunt. scilicet trinitatis inuocationē p̄ illa verba: In nomine Patris & Filii & Spiritus sancti. signū crucis, qđ faciunt, dum illa proferuntur, & pœnitentię iniunctionē nō esse quidē de absolutiois substantia & essentia: apta tamen esse & merito frequentanda. Inuocatio enim illa sacrosancti lūmæ trinitatis quædā protestatio est confessarii non se tua virtute, sed diuina: non autoritate sua, sed ministerialiter tantū absoluere confitentes. Quod esse verum & plenū ingenii pudoris constat ex. c. Remittitur. 23. q. 6. Signū autē crucis adeo est in absolute illa res apta, vt Stephanus Papa in. c. Nunquid. de cōse. d. c. dixerit omnia chrisimata sacerdotalis mysterii crucis figura p̄fici. Nā & matrimonii sacramentum cum inuocatione trinitatis & ligno crucis perficitur attenda nubentium benedictione, quæ illud consequitur. c. Sponsus. 23. d. & c. Aliter. 30. q. 6. secundum Palud. quāq̄ hoc nō de omni matrimonio, sed de primo intelligi debet. Quoniam secundæ nuptiæ nō benedicuntur. c. 1. & c. Vir autem. de secund. nupt.

De pœnitentiæ autem iniunctione, quæ tertia est supra in. c. Consideret. ver. Ponat se. dictum est. ibi tamen dictis addenda occurrunt, quæ sequuntur, quotidiana: Primum & non referre, an pœnitentia iniungatur ante, an post absolutioem sacramētalem, an in absolute ipsa. Quia quomodocunq; horū trium iniungatur, temper & æque sacramētalis est. Quæ enim incontinēti fiūt, in eis videntur. l. Lecta. ver. Dicebā. ff. de reb. credit. l. Legē. C. de pact. c. Præterea. de test. cogend. quod comuniter receptum est & tradit. Cancell. in secūda part. fol. 183. c. Sed de. Ego vero ante absolutioem iniungere soleo, quādo, quod raro facio, cōfessioes audio.

Secundum est vtile valde esse, quod cōfessarius iniungat pœnitenti bona, quæ fecerit in remissionē peccatorū. & Quoniam bona satisfactoria per confessariū in satisfactioem iniuncta cæteris paribus plus de pœna in purgatorio luenda tollunt: q̄ alia, quæ propria voluntate a pœnitēte suscipiuntur

## DE POENITENTIA DIST. 6.

174

piuntur argu. c. Quem pœnitet. col. 2. supra. d. 1. & receptū est ab omnibus.

Neq̄ mihi dicas per hanc iniunctionē: quidquid boni feceris. & c. nihil faciendū necessario pœnitenti præcipi, sed totum ipsius volūtati relinqui. & ideo per illa non magis fieri satis, q̄ per omnino volūtaria. Ne (inquā) hoc dicas cōsidera, qđ licet per illā iniunctionē nil necessitatis aliquid faciendi adiciatur, & licet non sit ibi iniunctio pœnitentiæ pura: est tamē cōditionalis. Quia relatiuū tempori adiunctū futuro conditionē denotat. l. Stichū, qui meus erit. ff. de leg. 1. † Neq̄ videtur verū, quod Prieras ait, p̄ eam formulā pœnitentiā videri pœnitentis arbitrio relicta. Quoniam potius sub illa conditione, si fecerit nullius ipsius arbitrio expectato, satisfactio videtur applicatum. Quia secundū Prieratis opinionē pœnitēs ad satisfactioē iuridicā teneretur. Quod enim arbitrio partis relinquitur, quoties id fieri potest, arbitrium boni viri videtur electū. l. 1. ff. de leg. 2. l. Fideicomissa. §. Quanq̄. ff. de leg. 3. Et tamen vna est omniū & etiam ipsiusmet Prieratis conclusio. s. per eam iniunctionē ad nihilū pœnitentem obligari. Facit etiam contra illū, quod Palud. monebat, vt iniunctioni tali modus adiciatur ille: quatenus. s. peccatis tunc per confessionē apertis sufficiant, vt reliqua peccatis aliis delendis profint. Quanq̄ & hoc Paludani nimis videtur curiosum. Quis enim confessarius adeo est crassus, vt eo sit animo, quo ex bonis operibus per pœnitentē faciendis plusq̄ oporteat, applicare velit peccatorū per eius confessionē apertorū delēdæ pœnæ? Quare potius videtur dicendū modū illum, quē Paludanus ait adiciendū, videri p̄tius tacite subintellectū. s. q̄ per illā iniunctionē: quidquid boni. & c. tantum & non amplius pure, vel sub conditione applicari videt̄ pœnæ peccatorum manifestatorū delēdæ, quantū sufficit. Et quia hæc clausula quotidie additur, & vt plurimū homines multa bona faciūt, vel multa sustinet, ideo arbitrōr inoleuisse morē pœnitentias minuendi, quod supra in. c. Falas. n. 10. tactum fuit. Duo tamen videntur in hac re omnibus addenda.

38 Alterū est tantū operari solā illā clausulā: quidquid boni feceris. ac illas duas: quidquid boni feceris & mali sustinueris. Quoniā quis dubitat mala sustinere bonū esse opus iuxta illud Iacobi. c. 1. Patientia perfectū opus habet. & illud Prudētii: Nam vidua est virtus, quam non patientia firmat. Facit. c. Tolerandi. c. Tu bonus. c. Quid ergo. 23. q. 4. Alterū est bona illa sic generatim sub illa tacita cōstitutione iniuncta nō esse tam satisfactoria, sicut illa, quæ speciatim iniungerentur & pure. Quia quo magis quis se ad aliquid faciendū obligat tanto illud cæteris paribus est melius & Deo gratius. gl. recepta in Cle. 1. de reliq̄. & venerat. sanct. verbo seipsū. quæ habet bona ex voto facta cæteris paribus aliis, quæ voluntarie fiunt, esse meliora. Tres ergo gradus sunt bonorum, quibus satisfacimus: primus eorū, quæ pure ac speciatim nobis imponūtur a confessario, & is est maxime satisfactorius

etorius. Secundus eorum, quæ sub conditione, si ea fecerimus, imponūtur & is minus. Tertius eorum, quæ nos ipsi assumimus, & hic multo minus satisfacit. Quia nullatenus est sacramentalis.

Tertiū quod, addendū occurrit his, quæ in illo. §. Ponatse. dicta fuerūt, est quod opera ratione alia debita satisfactoria sunt pro peccatorū pœna in purgatorio delēda, si ad eum finē fiant, vel applicentur, & ideo possunt & assumi & accipi pro illius satisfactione. Quod pulcherrime Thomas a Vio de satisfact. q. 1. demonstrat. Pro quo facit primo, quod vnū & idem opus a vario procedens principio varium habet effectum & varię virtutis fit actus. Verbi gratia: ieiuniū, quo vteris, (ne plus satis comedas, abstinentia est: idem, si eo vtare, vt libidinē reprimas, castitas: si autem, quo Deo te hostiam exhibeas, religio & sacrificium: si vero, quo pro peccato satisfacias, pœnitentia. Quæ omnia colliguntur ex Thoma secunda Secunda. q. 85. art. 3. Nā & mala peiora sunt cæteris paribus, quo pluribus e fontib⁹ manāt. Si enim forniceris, quo & delecteris simul & fureris, fornicatio & furtum erit, vt supra, in. c. Consideret. abūde dictū est in princip. sicut & q̄ patrē sepelit & seruos hæreditarios pascit, nōnunq̄ operatur pietatē tantū nonnunq̄ etiam pro hærede gestionem & hæreditatis aditionē. l. Pro hærede. ff. de acquir. hæredit. Simile in. l. Labeo & l. Postq̄. ff. de pactis & c. Cum. M. de constit. & c. Cumana. de electio. cū. c. Cum ecclesia Sutrina. d̄ cau. possess. & propriet. Secundo facit, quod eadem pœna procedens a maiore charitate magis est satisfactoria. Ea enim ratioe, q̄ CHRISTVS assumpsit in sua sacratissima passione, pœna fuit maxime satisfactoria. Quia ex illius excellentissima charitate promanauit secundū omnes. Facit tertio, quod vnū & idem opus alias debitum Deo sufficit ad exoluendum illud & ad bene merēdū vitam æternā. Ergo maiore cū ratione potest esse satisfactoriū pœnæ pro peccatis debitæ. Assumptū patet: quia honorando parentes (quod opus præceptum est) mereor, si ex charitate illos honoro, iuste vitam æternā secundum omnes. Illatio vero probatur ex eo, quod ratio alias debiti nō minus officit constitutioni iuris futuræ mercedis, quam iuris pensandi & satisfaciendi pro debito præterito. Nam si per opus alias debitū & solui potest debitū, & cū hoc effici, vt exigente iustitia merces ei debeat tam excellens, qualis est æterna felicitas, multo magis sufficet, vt cōstituat ius soluti precii debiti tam exilis qualis est pœna temporaria in purgatorio loco luenda argumento. c. Cum in cūctis. de electio. Cle. 1. de reliq̄. & vener. sancto. in princip. auth. Multo magis. C. de sacrosanct. ecclesiis. Facit quod, si sufficit ad ipsam vitam æternam promerendam, a fortiori sufficet ad tollenda impedimenta ipsius adipiscendæ. Confir-  
matur quarto discurrendo per cōsilia, quādo sunt in præcepto. In casu enī, quo tenetur eleemosynam facere pœnitens, cur nō potest illam in satisfactioē

tionē poenitētiālem dirigere? Et qui teneretur alterā maxillā parare, vē  
surire, aut sitire, aut penuriā pati, aut huiusmodi aliqd casu aliquo esset  
in præcepto: quis sapiēs prohibeat hæc Deo in satisfactionē offerre, aut ne  
get per hæc pēnā debitā pro peccatis solui? Quis item dicat huiusmodi  
opera debita & ex præcepto posse quidem ab ipso poenitente in satisfac  
tionē poenitentiāle assumi: per confessarii aut ministeriū non posse illa  
eadē in poenitētiā dari? Quādoquidē hoc esset ꝑ ecclesiæ clauibus deroga  
re maiorēq; virtutē humanæ menti & præstitutiōi, q̄ CHRISTI clauibꝫ  
tribuere. Quia secūdu hoc humana intētio aliqua posset pro satisfactiōe  
assumere, quæ per ecclesiæ clauē non possent iniungi. quod a fideiū opi  
nionē longe abesse debet. Corroboratur quinto, q̄ multorū laudanda con  
fessariorū antiqua consuetudo habet, qd̄ absolutō dicatur: quidquid boni  
feceris & facere proponis & proposueris: & mala quæ sustines & sustinebis,  
sint tibi in remissionem peccatorum. &c. & non dicit quidquid superero  
gationis boni feceris & mali sustinueris.

Non obstat, q̄ prodece, quæ Titio debeo ex exemptione, nō possum ei sa  
tisfacere per decem, q̄ mutuo ab eodē accepi. l. i. ff. de solutio. Ergo neq; ie  
iunio, quod alia ratione debeo, potero pro peccatis solvere. Nō inq̄ hoc  
obstat ꝑ, quia vt Thomas a Vio ait, aliud est loqui de satisfactione intra  
limites puræ iustitiæ & aliud est loqui de satisfactione magis naturā ami  
citiæ, q̄ iustitiæ sapiente. Quia illa ius attendit, hæc aut volūtātē offēsi &  
offendentis. Quod amicitia magis est, q̄ iustitiæ.

Non obstat etiam, q̄ ritus ecclesiæ habet, q̄ poenitētiā iniungat alias  
ab orationibus & ieiuniis debitis. Quoniam ecclesiasticus minister homo  
est, qui non intuetur cor (quē latet poenitētis charitas) Proinde ad tutiorē  
partē iudiciū suum inclināt, idq; quod est amicitia, præteries ad id, qd̄ est  
iustitiæ, se cōuertit. Et qm̄ ex parte iustitiæ inest satisfactiōi, qd̄ ex alias  
nō debitis fiat: ideo cōfessarii nō imponūt ieiunia alias debita, sed opera  
ad quæ alias poenitēs non tenentur. Cum quo stat, q̄ si opera, ad q̄ alias poe  
nitēs tenentur, imponeret in satisfactiōe peccatorū, prodesset saltem vir  
tute clauium poenitenti huiusmodi ex charitate ad impleta satisfactio.

Quartum, quod addendum est dictis in illo. §. Ponat se. tale est ꝑ omniē  
poenitentiālem satisfactiōe a confessario impositā, etiam si extra charita  
tem fiat, sufficientē esse, quoad forū militantis ecclesiæ, ita vt nō teneatur  
eā iterare. Quod asserit Scotus in Quarto. d. 15. q. 1. & frequentius recipit  
in d. 16. quod videre est ibi per Durand. & Ticinenses. q. 2. dub. 2. Pro quo  
facit primo, q̄ satisfactio huiusmodi sacramentalis est, quippe quæ tertia  
pars est sacramenti, ac per hoc satisfactio ecclesiæ, si est informis, sicut confes  
sio informis. per quā satisfieri præcepto tactum est in. c. in. supra. d. 5. cōdi  
tione. 1. 2. Secūdo facit, q̄ nō solū ieiunia & eleemosynas, verū neq; orōnes  
est so

est solita ecclesia iterum imponere poenitentibus, qui eas semel soluerunt  
Quāq̄ in hac re Alexander A lensis quarta parte. q. 8. c. mebro. 3. art. 1. quē  
Thomas & Bonauentura sequuntur in Quarto. d. 16. contra sentiat.

Ex quo infertur parum salis habere nouitiorū illum quorundā cōfessa  
riorum morē, qui timore trepidantes, vbi non est timor, quandā momēta  
neā satisfactiunculā pro poenitentia iniungūt sacramentali, q̄ exoluat poe  
nitens, anteq̄ iterum recidat: et deinde arbitrantur quasi condignā poenitē  
tiam. Quoniam illa, quam pro cōdigna imponūt, poenitētia sacramentalis est  
secundū omnes eruditos. Et tamen ipsi eam quodā modo efficiunt nō sa  
cramentalem. Præterea id nūq̄ a sancta, q̄ catholica est, ecclesia edocetur.  
Magis ergo reprehensione, q̄ imitatione iunt digni. Quia, quod non est  
sanctorum patrum decretis sancitū, non est superstitionis adinventionibꝫ  
inducendū. c. Cōsuluisti. 2. q. 5. c. 2. col. 2. de translat. prælat & ita firmat Tho  
mas a Vio in illa. q. de satisfactiōe.

Quinto, quod occurrit addendū, est nullam satisfactiōe sacramentalē  
extra charitatē factā quicq̄ prodesse ad expiationē pēnæ ꝑ peccato apud  
Deum debitæ. Pro qua conclusione faciunt multa, quæ allegat Magister  
Sent. ex sacris autoribus. in. 15. d. Quarti. Facit, q̄ illā tenēt Thomas, Bo  
nauentura, Richard. & cōmunis in Quarto. d. 16. in quam tandē etiā Du  
randus inclināt. Thomas item a Vio id tenet in illa. q. 1. de satisfactiōe cū  
omnibus affectis Aquinatis. Fundamentū horum omniū illud est: q̄ opa  
illius, qui mortali culpa est infectus, ac per consequentiōe est Dei hostis &  
inimicus, non acceptat ipse in satisfactiōe culpæ illius. Sed quoniam hoc  
nulla scriptura probari potest efficaciter, contra tenuit Scotus in eodem  
Quarto. d. 15. q. 1. f. Existentem in peccato mortali posse pro tēporali pē  
na suis peccatis per cōtritiōe deletis debita satisfacere. Quē sequuti sunt  
Parisienses in illa. d. 15. q. 1. multa in hoc grauia & friuola congerentes cum  
etiam sequuti sūt Ticinenses in illa. d. 16. q. 2. dub. 2. Quibus ipse quoq; ad  
hæreo ea potissimū ratione, q̄ eorū opinio miam diuinā amplificat, q̄ sup  
exaltare iudiciū autor est Iacobus. c. 2. & extollēda sup oia opa Dei vsq; ad  
ceelos Psalmus habet. 56. Faciunt ꝑ q̄ in simili de pctō veniali dicemꝫ in hoc  
c. 1. §. Sacerdos. hac dist. cōtra gl. & Thomā. cōdonari posse id sine mortali.

Sextū additamentū fuerit etiā secundū Thomæ opinionē poenitentiā ꝑ  
ac satisfactiōe sacramentalē extra charitatē factā validā fore, qn̄ recuperata  
charitate poenitēs ad cor redierit. Nā regulariter opꝫ sacramentalē vt pote  
opus Dei recedēte fictione sortitur effectū, vt de baptismo est casus in. c.  
Tūc valere. de cōsec. d. 4. & pari ratione de cōfirmatiōe, ordine, cōfessiōe &  
extrema vnctiōe idē esse iudicādū ibi late tradidimꝫ. Satisfactio aut sa  
cramentalis pars sacramēti est vinq; hēt ex clauibꝫ scđ; oēs. Ergo si cōtigat  
iformis, sortiet effectū postea veniēte forma nēpe charitate & pēā fugata  
fictiōe.



An autē totum effectum sortiatur postea, quē sortita fuisset, si in charitate peracta esset. visum est Thomā a Vio de satisfactio. q. 1. non totū sortiri, qui eo potissimū mouetur, q̄ sacramentalis satisfactio plus se tenet ex parte humani operis, q̄ diuini. s. sacramenti. Cuius oppositū est in aliis, vt in baptismo accidit: in quo totū est opus Dei & hominis est solū ministeriū. In satisfactioe vero sacramentali opus est p̄cipue p̄nitētis & tam parū habet sacramēti, vt nōnulli doctores negēt ipsā esse partē sacramēti. Et p̄pterea rationale visum est ei, q̄ satisfactio sacramentalis informis aliquē effectū postea sortiatur ex illa parte, qua sacramentalis est, nō autē totū ex illa p̄cipua sui parte, qua humanū opus mortuū habuit. Quā cōsideratio, tametsi æqua videt̄, nullo t̄n scripturæ testimonio nitit̄. Quare verius videt̄ dicere totū suū sortiri effectū. Quia magis, vel minus esse sacramētale, parū videt̄ facere, modo sit sacramētale arg. l. fin. ff. de fundo inst. Veri⁹ (in q̄) videt̄ hoc dicere tenēdo, q̄ oīa sacramēta & sacramēta fictiōe recedēte sortiūt̄ effectū. qd̄ ipse tenet & multi negāt, vt ī illo. c. Tūc valere. dixim⁹.

Haecenus de p̄nitentiæ iniunctione & quā tertium erat e consequētibz absolutionē: Nunc vero dicamus. quā sunt confessarii partes in ligādo atq; soluendo per quinq; monitiones. Principio f̄ docebit p̄nitētē ea, in quibus viderit eum errare, dum putat aliqua esse peccata, quā non sunt, aut e contrario aliqua non esse, quā sunt. Dum item credit aliqua non esse peccata mortalia, quā venialia sunt: vel e contrario venialia, quā sunt mortalia, p̄sertim in his, quā p̄nitēs scire tenetur. Docebit item, si viderit errantē circa censuras ecclesiasticas per princip. cap. nostri. quod hoc videt̄ sentire in illis verbis: Ne ambo infoueat cadant. Facit. c. Oīs. §. Sacerdos. de p̄ni. & remiss. Deinde pro qualitate p̄nitētis aliu ad cōtritionē maiore suorū peccatorū hortabitur, aliu cōsolabit̄, alii humilitatē, siue modestiā suadebit, aliu, vt bene de Deo speret, eriget: aliu, q̄ iustā curā & diligentiam peccatis memoriæ mandādis iisdēq; ordine pulchro aperiendis adhibuisse videatur, laudabit, ad gratiasq; ob id altissimo, a quo bonū oē di-  
 51 manat hortabitur. Aliqñ vero nihil monebit. Imprudentis enim cōfessarii fuerit viro se multo eruditiori multoq; meliori magna cū diligētia sua peccata cōfitei sermone lōgo & inepto p̄dicare. P̄sertim, quādo qui cōfiteatur est sacrificus erudit⁹, q̄ crebro celebrat & crebro cōfiteat̄. Cauere nāq; debet cōfessarius, ne illi iuste obiici possit illd̄: Sus Mineruā. prudentiusq; aget si vel nil dixerit, vel modeste monuerit superuacaneū solē facib⁹ adiuuare, noctuas Athenas portare, p̄dicanti non esse peccandū, grauius esse illi, q̄ alii peccare. Turpe esse doctori, cū culpa redarguit ipsū. ideoq; meminisse illū oportere, quo, quā docet faciat. Tertio p̄nitentiā iniungat ei salutarē eo modo tēperatā, quē scripsimus in. c. Mensurā supra. d. 1. Quā tamen etiā post absolutionē imponi posse iuxta illa, q̄ supra dixim⁹  
 in primo

in primo dicto, non negamus. Et si ob aliquem iustū respectū iusta & debita minor imponatur: quod fere semper contingit in his, qui multis peccatis obnoxii semel in anno tantū confitentur, remedium fuerit vtile, imo & respectus cōminuendi non minimus, iniūgere, vt quā bona fecerit, quatenus ad peccatorū tunc confessione apertorū p̄nē solutionē necessaria fuerint, in illorum satisfactioe congruam cedant. Quā iniunctio quantā sit vtilitatis, aliis clarius dixisse nos arbitramur supra. in. 2. dicto. Roget itē illum moneatq; f̄ meminerit omnia opera, quā fecerit, bona peccatorū ei condonatorum p̄nē delendæ applicare, nisi aliorum amicorum, vel viuorum, vel mortuorum p̄nē delendæ applicare ipsum oportuerit, vel iusta ratio id facere suaserit. Quoniam dubii, quod in p̄sentia nō decido, fuerit: num bona opera nostra in satisfactioe peccatorum nostrorū cedant, si ea in illam non destinemus vel actu, vel virtute.

Quarto absoluat illum a cēsuris, si quibus est ligatus, a quibus ipse absolueri valet, & si quidem est certo aliqua excōmunicatiōe nodatus f̄ absoluet eum ab illa seruans quatuor, quā in tali absolutione seruanda sunt. Primum accipiat iuramentū, q̄ stabit mādatis ecclesiæ. c. 1. c. Ex tenore. c. De cetero. de sentēt. excō. Secundū, si est excōmunicatus pro offensa notoria, p̄mittatur sufficiens emēdatio, siue satisfactio. c. Ex parte. 1. de verb. signif. & si pro contumacia notoria, prius soluat impensas. c. Venerabilibus. §. Porro. de sent. excō. lib. 6. Si autē offensa, vel contumacia, pro qua est excōmunicatus, dubia fuerit, sufficet idoneā cautionē dari per p̄dicta iura. Si vero nec satisfacere possit in duobus casibus prioribus, nec idoneā cautionem dare in duobus posterioribus, p̄stet iuratoriam. Tertium, quod seruari debet est, q̄ absoluetur per eum, qui tulit sententiā, vel per superiorē eius, vel alium, cui sit ab excōmunicatore, vel superiore facta facultas. c. Pastoralis. §. P̄terea. de off. ordina. Quartum, q̄ absolutio fiat cū Psalmo, ofone & p̄scriptis precibus. c. Nobis. 2. de sent. excōi. Psalmus autē erit quinquagesimus. s. Miserere mei. vel alius p̄nitentialis secundū Guillel. Oratio: Deus cui propriū. & c. sed in ea parte, q̄ dici consuevit: quē delictorū catena constringit. loco catena ponatur excōicatio. P̄mittitur autē post Psalmū cū Gloria. Kyrie eleison, CHRiste eleison, Kyrie eleison Pater n̄r. Saluū fac. vers. Nihil proficiat inimicus in eo. Esto ei. vers. Dñe exaudi orationē meā, & Dñs vobiscū. Post autē ipsam orationē p̄dictā: Deus, cui propriū. & c. dicendū est. Auctoritate omnipotentis Dei & beatorū Apostolorū Petri & Pauli & ecclesiæ sanctę eius & n̄ra, vel mihi cōmissa absoluo te a tali sententia, vel ab excōicatione, q̄ incurristi propter talē & talē causam, & restituo te cōmuniōi & participationi ecclesiæ & omniū fideiū & ecclesiasticis sacramentis. d. c. A nobis. de sent. excōm. Verberabit autē absolues virgis, vel corrigiis excōicatū nudas habētem scapulas, dū dicit oīa  
 m ii p̄di

prædicta secundū. Antoninū tertia parte. tit. 24. c. 77. §. 1. & alii sequunt. Qd̄  
ait de verberib⁹ ait & de nudādis scapulis, nullo iure pbari vidco. Quare  
i. i. absolutiōe mulieris, vel ob aliū iustum respectum omittendum cenleo.

Quartū est, vt postmodū absoluens faciat illi mandata iusta & rationa  
bilia, alias adpellare posset extra de appellat. c. Vt debitus. secundū Antoni  
nū, quē alii sequunt. qd̄ verū est in exteriori foro. In interiore aut̄ satis est  
nō acceptare illa, quia in eo foro nō appellat, quippe quod secretū est. c. Si  
sacerdos, de off. ordi. Inter mandata iusta erit, si excōmunicato a iure iniun  
gatur principaliter, ne contra illum canonē vnq̄ veniat: puta incendiario, vt  
nunq̄ incendat: percutienti clericum, vt nunq̄ percutiat & similia. 23. q. 2.  
Pessimā. Aliquando etiam requiritur cautio, q̄ de cætero talia non faciet,  
extra de sent. excōmū. Graue. Si autē sententia apparet iniusta, nullū man  
datū fiat absoluto. arg. c. Sacro. de sent. excōi. Defunctus autē excōicatus  
& sepultus in loco sacro, cum absoluitur, f̄ non exhumatur, sed sepulchrū  
cius verberetur, vt fit circa viuos extra de sent. excō. A nobis.

Est autē notandum f̄ q̄ quāuis absolutio excōmunicati regulariter de  
beat fieri cum forma præscripta, quando cōmode potest: tamen & si nō ser  
uetur illa, etiā si absq̄ iusta causa omittatur, & simplici ac nudo verbo fiat,  
tenet absolutio secundū gl. cōmuniter receptā, quæ postrema est. c. Cum de  
sideres. de sent. excōmunic. vt si dicat: absoluo te solum ab excōmunicatiōe  
vel rebenedico te, f̄ vel quodcunq̄ aliud tale. intendēs per illud absoluere  
arg. extra de regul. iuris. Omnis res. dist. 50. c. Ponderet. secundū Raymun  
dū, quem fere omnes doctores sequuntur & referunt, licet Hostiēsis dicat  
contrariū. Facit, q̄ sicut excōmunicatio iniusta tenet. c. 1. q. 3. Fita etiam  
absolutio iniusta textus in iure optim⁹ in. c. Venerabilib⁹. §. Vbi. de sent.  
excōi. lib. 6. Vnde Antonin⁹ ait. Beatū Thomā dicere, absolutiōē ab ex  
cōmunicatiōe non esse sacramentalē, sed magis quiddā consequēs iudi  
ciariā iurisdictionem f̄ & ideo ipsa verba efficaciam habere ab intentione  
dicentis, nec referre, quibus verbis vtatur ad suam exprimendā sentētiam.  
Quod tamen apud Thomā in Quarto dist. 13. non inuenio: sed illud asse  
rit ibi Richard. art. 10. q. 5. dum pronunciat in absoluendo excōmunicato  
sufficere quæcunq̄ verba significantia remotionē excōmunicatiōis. In ab  
solutiōe autem peccatorum, quæ sacramentalis est, non ita.

### DECLARATIONES NECESSARIE QUARVM PRIMA SIT.

60 **C**vm contigerit quem lex facto aliū ab excōmunicatiōe, de qua non  
pōt, absoluere, cū postea aduerterit, debere, si pōt, certificare absolutū  
de errore suo, hoc est, dicere illi se eum cū nō posset absoluisse. Debet & ei  
cōsulere: vt ipetret absolutiōē & interim habere illū, ac si nō absoluisset.

Quia

Quia stultus non debet esse melioris conditionis, quā sapiens. c. Eum qui.  
de prebendis lib. 6. & c. 1. de postul. præla.

Secunda declaratio, q̄ si episcopus comittit alicui absolutiōē ab omni  
excōmunicatiōe simpliciter, f̄ nō propter hoc poterit absoluere illū excō  
municatū ab excōmunicatiōe, cuius absolutiōē nō cōmisset in specie. 61  
Forte, quia erat excōmunicatus propter dānū illatū episcopo, vel aliquid  
huiusmodi argu. regula. In generali. lib. 6. Quod tradidit Antoni. in illo. c.  
77. §. 1. & satis placet, quamuis iure non probetur stricto.

Tertia declaratio, q̄ absolutio f̄ nō debet fieri sub cōditione, puta si sati  
ffecerit. Nā taliter absolutus non esset simpliciter absolutus. c. Actus. de  
regul. iur. lib. 6. Antoninus. vbi supra. Quod tamen primo limitandum est  
f̄ vt non procedat in conditione rei præteritæ, vel præsentis. Quia illa non  
est proprie cōditio. l. Cum ad præsens. ff. si cert. petat. notat Pan. in. c. 2. de  
baptis. vbi text. aptus proposito. Habet enim eū, de quo dubitat, an iure  
vel facto sit baptizatus: posse sub ea cōditione, si nō est baptizatus, iterum  
baptizari.

Secundo f̄ videri posset alicui hæc conclusio simpliciter esse falsa. Qm̄  
excōmunicatio sub vera cōditione fieri potest. c. Præterea. 2. de appell. etiā  
si tempus in ea incertum contineatur, vt cum Decio contra Baldū in illo. c.  
Præterea. tenuim⁹. Quare ergo non absolutio, q̄ fauore maiore digna est:  
regula Fauorabiliores. ff. d. regul. iur. Et illud. c. Act⁹. cū. l. Act⁹. ff. de reg.  
iuris. solū sunt intelligenda de actis in illis expressis, non de aliis. excōmu  
nicatio autē non est de illorum numero. Facit, q̄ sicut supradictū est abso  
lutio ab excōmunicatiōe, licet iniusta sit, valere tamen pōt. Quare igitur,  
licet sub cōditione fieri nō debeat, facta tamē non valebit: Et vbi est text.  
qui hunc casum a regula excipiat: Et si nusquā est, quare nō stamus regulæ  
iuxta gl. l. Omnis diffinitio. ff. de regul. iur. & gl. rub. de regul. iur. lib. 6. 62  
Quamq̄ & illud certum habeo absolutiōem sub cōditione de re futura fa  
ctam nil profuturā, donec ea impleatur argumento eiusdē. c. Præterea. 2.  
de appellat. c. Si pro te. de rescrip. lib. 6. l. Cedere diem. ff. de verb. signif.

Quarta declaratio id, quod superius addidi quodq̄ nemo animaduer  
tit, f̄ seruanda esse illa quatuor, si constat certo pœnitentem aliqua excō  
municatiōe nodatum esse. nam non ociose addidi: si nesciretur, & absolu  
tio veluti ad cautelam fieret, quod fere ab omnibus fit confessariis, nullū  
quatuor prædictorum videtur seruandū: sed simpliciter faciēda est ab  
solutio sub hac, vel simili formula: Auctoritate, qua fungor, siue iure cōmu  
ni, siue priuilegio tibi, vel mihi vnde cunq̄ ad id cōcessa absoluo te ab om  
nibus censuris excōmunicatiōis maioris, vel minoris, interdicti & suspē  
sionis, si quibus quomodolibet ligatus existis, quatenus iuste possum.

Pro qua cōclusiōe omniū, quæ allegari possūt, optimū videt mihi cōsue  
m iiii tudo

tudo diu seruata. arg. c. fin. de consuetud. & l. De quibus. ff. de leg. Deinde facit, q̄ rem, q̄ culpa caret, in dānū vocari nō cōuenit. c. 2. de cōstitut. c. 1. de postulat. præl. At frequenter quis cū iusta censurarū, quibus ligatur, ignorantia, vel obliuione perficit tuā confessionē. Postremo, q̄ faciēti, quod in se est, in hoc foro nunq̄ est uenia denegāda. c. 1. 14. q. 6. At is laborauit, qd̄ saterat, ut memor esset peccatorū & censurarū: eo item est animo, ut statim sateret, si meminisset oportere, ut id statim fieret. Non est igitur illi uenia peccatorū denegāda. ergo neq̄ absolutio. At hæc absolutionem a censuris præexigit. facit. c. Si presbyter. 26. q. 6.

Nō obstat huic cōclusioni, q̄ absolutio ab excōmunicatione non est sub cōditione faciēda. Quoniam primo illā cōclusionē minime cōcedo, ut in tertia declaratiōe dicebā: deinde cōditio hæc de re præterita est & ita nō proprie conditio. l. Cum ad præsens. ff. de reb. credit. c. 2. de baptif. vbi Pan. In qua cōclusionē Antonini nō procedere supra diximus. Nō obstat etiā q̄ obliuiosus & indiligens conditionis melioris esse non debeat, q̄ memor ac vigil. & quod memori ac vigili & diligenti quatuor hæc prædicta iniunguntur. Ergo a fortiori obliuioso & indiligenti sunt iniungēda. Nō (inq̄) hoc obstat: Quoniam primo nos loquimur de illo, qui, & si nō sit diligētissimus, est tamen satis diligens. Deinde non est fauor, imo dānum, vel certe non tantū meritum animæ confitentis, de cuius solius utilitate in hoc foro agitur, quod ita simpliciter absoluat, ac cum illa forma. Simile in eo, qui mortale aliquod peccatum obliuiscitur, aut non aduertit, absoluitur ab eo secundum cōmunem nulla pro eo pœnitentia, saltem speciatim, iniuncta, non tamen hoc illi est utilius.

Pro cōclusionē nra facit, q̄ frequenter cōtingit, ut ex istis quatuor ea, quæ maioris sunt momenti, peracta sint, puta, q̄ restitutio facta est, vel cū parte cōpositum, vel certe nō habet, qd̄ restituat, neq̄ quo cautionē præster idoneam. Et ita vel tunc nō leuatur ab omnibus quatuor predictis, quatenus potest is, qui absoluitur ad cautelā nesciēs se vlla excōmunicatione teneri. Possent tamē, si vellet, mea sententia cautior confessarius petere ante absolutionē a pœnitente iuramentū de faciendo, quidquid facere deberet q̄ citissime & comode posset, posteaq̄ in notitiā ipsius venerit aliqua cēsurā, qua teneretur. <sup>67</sup> Qd̄ consulerē præstari ab his, qui raro cōfitentur, & verisimile dubiū est eos aliunde incurrisse cēsuras: ab aliis autem neq̄ arbitrator præstandū neq̄ consulo peti: sed nec ab his id exigi contra cōsuetudinem iam pridem receptā, si lubenter præstare nollent.

<sup>68</sup> Ex quibus inferri videtur primo eū, qui iusta cura suis peccatis ad memoriā reductis & sub prædicta forma absoluitur, videri absolutū, si erat excōmunicatus ob aliquam notoriā offensam, pro qua priusquam absolueretur faciēda erat restitutio, modo ea mēte pœnitēs esset, ut statim & āte abso-

absolutionē restitutus esset, si posset, & satisfactorius, quod pro illa offensa deberet, si ius meminisset. Pro quo ultra prædicta facit, q̄ hæc absolutio tantum in foro conscientie prodest.

Secundo infertur quatuor illorum prædictorum nullū esse de absolutionis substantia, ut supra est tactum. <sup>69</sup>

Tertio infertur verum esse, quod Palud. quem secuti sunt posteriores, dixit in Quarto. d. 18. q. 5. col. pen. Feū, qui cōfessus est alicui potēti eū ab oibus suis peccatis & cēsuris absoluere & quædam reseruata oblitus fuerit, posse postea solui ab eis a quis inferiori. qd̄ supra in. c. Cōsideret. §. Cautus. sub finē meminī me prædicere. vbi et alios, qui Palud. sequuntur, citauim⁹. <sup>70</sup>

Quarto infertur eum sacerdotē, qui hæc præ oculis habuerit, dictū iri scientē ligare ac soluere bona ex parte: et ita futurū talem, qui huius text⁹ principio merito comprehendatur. <sup>71</sup>

### **Tertus: Si deest sacerdos cōfiteatur proximo.**

Tertio colligo ex his verbis, cum deest sacerdos, & posse nos & debere laico, vel clerico, qui non esset sacrificus confiteri. Similistext. c. Quem pœnitent. supra. d. 1. & apud Magistrū in Quarto. d. 17. Facit, q̄ urgente necessitate laicus baptizat, etiam fœmina. c. Constat. c. Mulier. de consecrat. d. 4. etiā Iudæus & quiuis alius in fidelis. c. A quodā. & aliis sequentibus de consecrat. d. 4. Facit q̄ in mortis articulo cōstitutū quiuis sacerdos, q̄libet alienus a quibusuis peccatis, quolibet reseruatis, & a cēsuris illis annexis absoluit arg. c. Qd̄ de his. de sent. excō. & c. Pastoralis. §. Præterea. de off. ord. & c. Si quis suadente. 17. q. 4. & lati⁹ dicem⁹ in. c. 2. infra. d. 7. Probabile qd̄ est, ut ait Palud. in Quarto. d. 17. q. 3. col. 2. ea mente Papā esse, ut velit mortis agonia laborantē in extremisq̄ agentē a quolibet, cui hoc cōmitti poterat, absolui: et ita, vel tacite, velle cuiuis presbytero cōmissam esse iurisdictionē super quolibet in extremis cōstituto. Eadem igitur ratione etiam laico videtur id concessum. Facit, q̄ Hostiensis titul. de pœnit. & remiss. §. Cui confitendū. in princip. vers. Septimo tempore. addit etiam mulieri huiusmodi cōfessionē fieri posse, si viri deessent. Equidē consulerē mulieribus, ut potius confiterentur mulieribus, q̄ viris laicis, si tantū verecūdiæ, vel consilii, vel exhortationis ab eis, quantū a viris, sperarent. <sup>72</sup> <sup>73</sup> <sup>74</sup>

Contra quam tamē cōclusionē facit gl. memorabilis in illo. §. Præterea. verb. præterq̄, quæ habet confessum laico etiā tēpore necessitatis ab ipso absolui non posse. Facit, q̄ absolutio peccatorū ab ecclesiæ clauibus p̄det. extrauag. Quia quorundā. §. Quod autē. de verb. signif. at clauēs soli habent presbyteri, ut probatur in eodē. §. & facit. c. Firmiter. §. fin. de summa trinit. nec illarū est mulier capax. c. Nona. de pœnit. Ergo laicus absoluere non potest & minus fœmina. <sup>3</sup>

Ob hæc & alia dicendum est primo textū nostrum & conclusionē ex eo  
 decerptā. s. saltem laico esse in mortis articulo cōfitendū, si presbyter desit.  
 75 F de cōsilio tantū intelligēdū, nō de præcepto secundū Scotum in Quarto  
 d. 17. q. 1. col. 10. & Card. in c. Quem pœnitet. supra. d. 1. & est cōmunis. Pro  
 qua pondero hunc text. qui non habet confitendum proximo: sed tantam  
 76 esse vim confessionis, vt si deest sacerdos, cōfiteatur proximo. F Quæ ver  
 ba subiunctiui modi potentiā quandā significāt iuxta illud Persū: dicat  
 hic aliquis de gente hircosa centurionum. & apud Maro. Quid faciat læ  
 tas segetes. & c. c. Dicat. 32. q. 4. et hoc innuūt illa verba, q̄ præcedunt: Tāta  
 est vis. quasi diceret ea vi confessionē esse, vt etiam laico facta profit. Secū  
 do facit, q̄ nullibi est textus iuris, vel diuini, vel humani, quo ad id teneamur.  
 Ergo id nō est affirmandū. c. Legatur. 24. q. 2. §. Cōsideremus. authēt.  
 de trient. & semiss. col. 3.

Non obstat hic textus in prædictis duobus locis repetitus. Quoniā po  
 tentiā confitēdi significat, nō necessitatem id faciendi denotat, vt supra est  
 tactū. Vnde Beda in gl. c. 5. Jacobi: minora. (inquit). i. venialia æqualibus,  
 imunditiam lepræ sacerdotibus pandamus. & Richard. in Quarto. d. 17.  
 art. 2. q. 1. de congruitate (inquit) esse hoc intelligēdū. Cui Scotus, Palud.  
 & Gabriel. q. 2. sub finem consentiunt. Quāuis Thomas ibidem. d. 17. q. 3.  
 art. 3. q. 2. contra sentire videatur. & contrariū teneant Dominicus & Car  
 dina. Alexandrinus in §. Criminis. 25. d. Quod tutius arbitratus est Felin<sup>9</sup>  
 in dicto §. Præterea. sed humanius & verius esse, quod supra diximus, sen  
 77 tit ibidem. Quāq̄ parum placet, quod ipse ait, laicum cui fit cōfessio nō  
 teneri ad eam celandam ex sigillo confessionis, sed solū ex sigillo secreti:  
 cum id falsum sit secundū Palud. & omnes in Quarto. d. 21. quorū neminē  
 ab eo lectum demiror.

78 Dico secundo non esse mentē textus consulere alicui<sup>9</sup> quo ei, qui nō est  
 presbyter, eo animo cōfiteatur, vt ab eo absoluaatur. Sacrilegii enim crimē  
 est absolutionē peccatorū accipere ab illo qui non est potestatis id faciēdi  
 capax: imo & ab illo, qui eiusmodi potestātē non habeat. Est enim irreue  
 rentia facta rebus sacris, quam sacrilegiū esse cōstat. c. Sacrilegiū. cum illi  
 ānotatis per gl. 17. q. 4. & Thomas secunda Secundæ. q. 99. art. 3.

79 Tertio dicendū nō esse consiliū confiteri ei, qui nō est presbyter, etiā  
 in mor. is articulo peccata mortalia, nisi fuerit psona prudens taciturna, &  
 quæ pro futura sit & non obfutura. Pro priore parte conclusionis facit, q̄  
 sicut magistenemur nostrā, quam alienā vitam seruare. c. Si non licet. 23.  
 q. 5. ita grauius fuerit nostrā lædere famā, q̄ alienam cæteris paribus argu.  
 c. Non sunt audiendæ. 11. q. 3. & c. Nolo. 12. q. 1. iuncto. c. Sūma iniquitas  
 est detrahere. 6. q. 1. Facit & illud. c. Si non licet. 23. q. 5. At cōfiteri laico tali,  
 qui non prodesset, qui nō esset taciturnus, nil aliud esset, q̄ sibi detrahere.

Facit

Facit illud Scoti in loco præcitato virum eruditū, qui tantū potest apud se  
 verecundari de peccatis, quanto coram alio laico, prudentius facturū, si ēt  
 tempore mortis Deo soli confiteatur. Hanc conclusionē asserit & tribuit  
 illam ibi Guidoni Cardi. in d. c. Quem pœnitet. art. 7. quāq̄ Guido id in  
 meo libro nō ait. Pro posteriore conclusionis parte facit. c. Hoc videtur. 22  
 q. 5. F Quod habet nō detrahare illum alteri, qui crimen illius, etiā occultū 80  
 ei, qui prodesse potest, & verisimile est non nociturum, in hoc tantum ei  
 detegit, vt profit.

Arbitror tamē eum, qui iuris ignarus putaret, quod multi putāt, esse 81  
 in articulo mortis cuilibet laico potestatem audiendi confessiones & absol  
 uendi confitenteis: et ideo ea mente laico confiteretur, vt ab eo absolueretur,  
 imo & absolutionē reciperet, non peccaturū, saltē mortaliter. Quoniā  
 ignorantia iuris, quoad illum obscuri, eū excusaret: presertim, q̄ error est  
 illius modi, qui nemini noceat, præterq̄ ipsum habenti & plus, quā debet,  
 pio proposito facienti. Quod etiam Scotus sensit & Gabriel vnico verbo  
 in illa. q. 2. probat. Neq̄ dicas ius hoc esse diuinum, & iuris diuini nō dari  
 probabilem ignorantia. 1. q. 4. §. Notandum. Quoniam responderi potest 82  
 F iuris quidem diuini, quod naturale est, non dari probabilem ignorantia: iu  
 ristamen diuini positiui, quale est hoc, dari posse. quod etiam in hac ipsa  
 materia in alio proposito asseruit. Thomas a Vio in q. 5. col. 3. de cōfessioe.

Ex quibus infertur primo F eum, qui etiam in articulo mortis cōfessus 83  
 est laico vita postea durate teneri ad confitendū eadē peccata presbytero  
 proprio secundū plerosq̄ omnes. Pro quibus est. gl. putata sing. a multis in  
 c. Pastoralis. §. Præterea. in gl. super verbo præterq̄ de off. ordi. Cui tamen  
 similis est gl. quæ postrema est. c. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6.

Secundo infertur ad illam quæstionē: an laicus possit absolueri ab ex  
 cōmunicatione in mortis articulo. Et videtur posse primo per. c. Sanctū  
 de consecrat. d. 4. quod habet quendā laicum pœnitentē ab alio laico, quē  
 tunc ipse baptizarat fuisse reconciliatū ecclesie. & id laudat ibidē Augusti  
 nus. Secundo facit, q̄ ideo quicuis sacerdos quēuis in articulo mortis cōsti  
 tutum a quouis peccato, q̄libet reseruato, absolueri potest: quia præsumit  
 sūmus Pōtifex facere facultatem absoluendi in eo articulo ei, cui talis fa  
 cultas dari potest, vt Paluda. omniū pulcherrime in Quarto. d. 20. q. 3. col. 2  
 tradidit & supra est tactum. At laico cōmunicari potest a Papa facultas ab  
 soluendi ab excōmunicatione, gl. est memorabilis & recepta in. c. Præter.  
 verbo dux. 3. 2. d. quæ habet laicum de Papæ mādato excōicare posse: ergo  
 a fortiori absolueri, cū hoc sit fauorabilius. l. Arianus. ff. de actio. regulā.  
 Cum sint iura parti. lib. 6.

Tertio facit gl. quæ hoc in p̄priis terminis ponit in. c. Anobis. 2. de sent.  
 excōmu. ex quo videt inferre ibi Pan. & Felin. cautelā esse, quando aliquis

est ex

est excōmunicatus, vt ab aliquo laico absoluatur: ne post mortē oporteat adire illum, cui ea conueniebat absolutio.

- 84 Contrarium<sup>f</sup> tamen tenendū videtur primo, q̄ nūq̄ efficaciter probatur pars contraria, vt ex solutione eorum, quæ pro illa citata fuerunt, apparbit. Secundo, q̄ gl. in illo .§. Præterea. oppositū tenet & eam sequuntur omnes ibidem. Quin & Imol. in l. 1. col. 3. ff. de publ. iud. dixit illam singul. 85 pro hac, quam defendimus, parte: addens<sup>f</sup> excōmunicatū, qui laico in articulo mortis confiteretur, siue ab eo absoluatur, siue nō, in loco sacro sepeli ri non posse, donec propter contritionē illam, quā confitendo monstrauit, absoluatur ab illa excōmunicatione. Facit, q̄ laicus non habet clauēs. de pœnit. d. 1. c. Verbū. Facit, q̄ eleganter scribit Palud. in Quarto. d. 17. q. 3. col. 2. quod<sup>f</sup> ideo sacerdos nō proprius potest absoluere in articulo mortis tam a peccatis, quam a censuris: quia verisimile est Papam velle, vt tali tē pore absoluere possit a peccatis quiuis, cui talis potestas cōmunicari potest. At quia peccatorum absolutio præexigit absolutionē a censuris, ideo per quandā consequutionē videtur ei etiam cōmissa absolutio a cētura. Quæ ratio cessat in laico, cui peccatorum absolutio, etiam a Papa cōmitti non posset, vt per eūdem ibidē versic. Tertia conclusio. quāuis in versic. Propter hoc paulum vitiata sit litera. Non obstant in contrariū allegata. non primū. s. c. Sanctū. de consecr. d. 4. Quoniam illud cap. de pœnitentis recō ciliatione, non de excōmunicati absolutione agit, quod etiam gl. prædicta illius. c. A nobis. clare significat.

- Non obstat secundū, quia concedo laicis dari posse a Papa potestatem excōmunicandi & absoluendi ab excōmunicatione: sed nego videri datā tacite vbiq̄q; mortis articulus instat & dcest sacerdos propter diuersitatē, 87 rationis superius allatā. Secundo respondeo, q̄ etiā<sup>f</sup> sacerdotibus hæreticis, schismaticis, excōmunicatis ac aliis alia ratione ab absoluendo prohibitis, q̄ ex iurisdictionis defectu, nō cōmunicat illa potestas, vt tradit Palud. in illa. d. 17. q. 3. col. pen. prope finē. Facit tex. in. c. nostro. §. seq. & est gl. in dicto. c. Præter. verbo per man<sup>9</sup>. quā comendāt Pan. & Præpo in. c. Nō est. de sponsal. sub finē, vbi est gl. contraria, sed comuniter reprobata: Super qua se fundās Syluest. in verbo Cōfessor. 1. aliter dixit. Nō obstat et gl. illa. c. A nobis. quia nullo iure pbatur, & habemus gl. cōtrariā. c. fin. 24 q. 1. quæ est Iohannis maiore multo autoritate viri, q̄ Laurentius, cuius est 88 illa gl. c. A nobis. quæ gl. prædicti. c. fin. ait<sup>f</sup> ex omnibus, quæ spectant ad officiū sacerdotis illud tantum licere laicis, etiam in necessitate, quod expressum est. Quā gl. inter alios multos etiam cōmendauit Dec. in. c. 2. col. 17. de iudic. & quamuis eam ibi mordere videatur, eandem tamē firmiter probat in eodē. c. 2. col. 20.

Non obstat etiam, quod Paludanus ait in illa distinct. 17. q. 3. col. finali

priuatum, qui non est iudex, neq; sacerdos, posse in morte absoluere ab excōmunicatione. Quia primo, vt prædixi, contrariū tenuit fundatius in eadē q. col. 2. Secundo, q̄ ex prauo intellectu illius. c. Sanctum. id videtur dixisse, quod, vt supra dicebā, loquitur de reconciliatione solēniter pœnitentis, non de absolutione excōmunicationis.

**Text. Sacerdoti meliori, quam potest, cōfiteatur.**

Quarto colligitur pœnitentem eligere debere optimū, cui confiteatur, ex his, quos potest, sacerdotibus. sed hæc verba consiliū & non præceptum denotare diximus in gl. summę huius dist. Quod hic pro repetitō habeo & pro addito, quod addam infra. n. 98.

**Textus: Et si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiā sacerdotis.**

Quinto innuit hic textus eum, qui publice peccauit, non satisfacere secrete confitēdo. Pro quo facit. c. 1. de pœnit. & remiss. ibi: manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda. Facit, qd̄ ait. Io. And. in. c. Omnis. verb. solus de pœnit. & quæ latius in. c. fin. supra. d. 5. in vndecima cōditioe confessionis scripsimus, dum conclusimus aliter posse, quem manifesta cōfiteri, quam occulta.

Contra tamen hanc conclusionem facit illa vndecima conditio .s. quod secreta debeat esse confessio. vbi tenuimus etiam peccata notoria non esse necessario palā confitēda, & allegauimus textū optimū in. c. pen. supra. d. 1.

Pro prædictorum concordia dico primo textū hūc satis difficilem esse: sed nullatenus ita intelligēdū, vt per illud nobis significant<sup>f</sup> peccata publica esse publice cōfiteāda. Nec rursus ita, vt p peccatis publicis publica pœnitētia sit necessaria pœnitēti a cōfessario imponēda: quæ, si velit suscipere, 89 illa iponi possit. Sed ita intelligi posse<sup>f</sup>, vt nō sufficiat eiusmodi occulta 91 cōfessio & occulta absolutio. et deniq; talis occulta pœnitentia ad hoc, vt talis pœnitens tractetur in sacramentorum administratione, veluti absolutus. Pro quo intellectu faciunt, quæ sequuntur verba: Vt grata sit oblatio muneris. Facit, quod ait Palud. in Quarto. d. 9. q. 4. col. 2. §. f. antequam publice meretrices, vel publici vsurarii, vel alii peccatores publici admittantur ad eucharistiā publice suscipiēdā, necessariū esse, vt vel eos publice pœniteat, vel publicandū esse per parochum eos pœnituisse. Quod tamē de licentia illorum & non aliter faciendum esse dicemus in cap. sequēti infra eadem. Facit illud singulare Antonini tertia parte titul. 14. c. 17. §. 6. nō teneri quidem peccatore pro quolibet peccato manifesto, quo alias offendit, pœnitentiam suam manifestare alii, quam sacerdoti: teneri tamen eū ad bonū

bonum exemplū de se præbendū, & talem cōuersationē exhibendā, vt qui antea per illi<sup>9</sup> mala publica passi fuerunt scandalum, per contrariam nunc eius conuersationē postea facile præsumāt ipsius emendationē.

93 Ex quo inferitur meretrici publicæ, vel alii publico peccatori, quilibet amare illum pœniteat intus, & quamlibet sancte sua peccata omnia confiteatur: non tamen ei publice dandā eucharistiam, donec vel per pœnitentiam, vel per bonā conuersationē contrariam, vel aliquo alio legitimo modo publice constet eum pœnituisse. Pro qua conclusione potest signari hic textus & per illam dari pulcher intellectus. c. 1. de pœnitēt. quanq̄ alios ibi alias tradidimus.

### IN GLOSSAM SECVNDAM.

Pro intellectu huius gl. oppono cōtra text. sic: Quilibet CHRISTIANUS tenetur confiteri suo parochō. c. Omnis. de pœnit. & remissio. Nullus autē regulariter habet duos parochos. c. Placuit. infra eadē. c. 2. de paroch. Ergo nullus regulariter potest sibi eligere confessariū. quod tamen textus is presupponit. Cōfirmatur. q̄ frustra precibus impetratur, quod iure cōmuni cōceditur. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. & c. In iis. de priuileg. At quotidie a Romano Pontifice impetramus priuilegia, quo liceat nobis confessariū eligere, ergo id iure cōmuni haud licet. Male igit̄ dicit textus debere quē eligere confessariū optimū.

Huius oppositionis metu gl. restringit hunc textū ad eos CHRISTIANOS, in quorum ecclesiis parochialib<sup>9</sup> sunt multi sacerdotes, qui tamen intellectu nimiū videtur restringere litterā. Quia primo pauca sunt ecclesie habētes plures sacerdotes proprios respectu earū, quæ singulos tatum habent. Secundo, q̄ etiam in ecclesiis, quæ multos habent sacerdotes, penes vnum eorū est animarū cura. Quia vna ecclesia vnus debet esse sacerdotis. c. Cū non ignores. & c. præcedēti de prebē. Et rarissimæ sunt ecclesie in quibus collegiū sacerdotum sit sine capite & penes quemuis eorū sit animarum cura iuxta id, quod cōtingere posse singulariter dixerat Innoc. cōmuniter receptus in illo. c. Cum nō ignores. Et ita secundū hunc intellectū vix vnquam esset locus huic textus cōsilio. Quare. gl. dat alium intellectū. scilicet q̄ textus loquatur de illo, qui iam semel sua peccata cōfessus est proprio sacerdoti: et quia ille ignarus erat, vult nunc alii confiteri.

Sed contra hunc intellectum facit primo, q̄ vel proprius sacerdos non erat adeo ignorans, vt confessio & absolutio essent ipso iure nullæ: & tunc non est necessarium iterare cōfessionem. Et intelligēdo de tali paucis hoc consiliū prodesset, quippe, q̄ pauci confessiones legitime factas iterant. Aut adeo ignorāserat proprius confessarius, vt cōfessio & absolutio essēt nullæ ipso iure: et hoc casu etiam raro proderit hic textus. Quandoquidē  
atate

ætate nostra raro deputantur in parochos, qui non sunt ea scientia præditi respectu suorū parochianorum, quæ sufficiat ad essentiam & substantiā sacramēti pœnitentiæ. Et vt res habeat<sup>r</sup> raro, aut nunq̄ audimus cōfessio-  
nes ob ignorantiam cōfessariorū iterari. Secundo contra hūc intelligendi modum facit, quod etiam data ignorantia parochi tanta non potest parochianus alteri confiteri, nisi petita & obtenta licentia parochi. c. Omnis. de pœnit. vel saltem petita iuxta illa, quæ scribimus in. c. fin. infra ea.

Tertio modo respōderi posset ad oppositionē<sup>r</sup> negando CHR ISTIANOS regulariter non habere multos proprios sacerdotes. Quoniam habent primo suos parochos, secundo proepiscopos siue antepiscopos, siue episcoporum vicarios, tertio episcopos, quarto Papā, quinto Dominicanos & Franciscanos, qui præsentantur episcopis iuxta Cle. Dudum. de sepult. & hodie omnes alios mendicātes. qui ratione suorū priuilegiorū in priuilegiis Dominicanorum & Franciscanorum cōmunicant. Habēt & alios quos nominabimus in. c. fin. infra ead. habēt & multos alios illi, quibus est ius eligendi cōfessarios per bulas Apostolicas & priuilegia. Quale hodie bona pars CHRISTIANORUM habet instituto iam vbiq̄ sodalitiō, siue confraternitate sacrosancti eucharistiæ sacramēti. quam dominus noster Paulus Papa tertius nuper constituit.

Contra tamen hunc intelligendi modū facit, q̄ tēpore Augustini, neq̄ mendicantes erant, neq̄ alii monachi tale priuilegiū habētes, vt colligitur ex. c. Legi. 16. q. 1. & c. Alia. c. Sic viue. c. Adiciamus. eadē caus. & q. Quod si neges hunc textū Augustini, quod negamus in principio. d. s. negare tñ non potes hunc autorem, quisquis fuerit, fuisse antiquū, qui Clem. Dudū de sepult. præcesserit.

Quartus ergo & verus intellectus huius cap. fuerit, vt significet autorem hunc consuluisse, vt qui potest eligere cōfessarium, eligat optimū eorum quos eligere potest: siue illa potestas conueniat ei iure cōmuni, siue iure peculiari, huc quod parochus libenter ei facultatem facturū sit, si petierit, siue quod ob suam ignorantiam illam facere debeat, siue quod, licet non tenetur, tamen sua sponte libenter id faciat<sup>r</sup> Nam parochos nō debere se in ea facienda difficiles præstare, sed potius facillimos receptor habet opinio. Et is sensus planus est & plane toti conuenit textui & secundum illum quotidianum est ipsius consiliū & optimū, quod etiam infra in. §. Quod autem. breuius & clarius explicatur.

### Text. s. Laboret.

**L**aboret itaq̄ poenitens in ecclesia esse et ad ecclesie unitatē tendere. Nisi enim vnitas ecclesie succurrat, nisi qd̄ deest

Deest peccatori, sua operatione cōpleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim et pietas fidei et postulat credere, quod oēs elemosyne totius ecclesie et orationes et opa iustitie et misericordie succurrāt recognoscanti mortē suā ad cōuersionē. Ideoq; nemo digne poenitere potest, quē non sustineat vnitas ecclesie. Ideoq; nō petat sacerdotes ob aliquā culpā ab vnitate ecclesie diuisos. Iudas enī, qui poenitēs iuit ad phariseos relinquēs Apostolos, nihil inuenit auxiliū, nisi augmentū desperationis. Dixerunt enim: Quid ad nos? Tu videris. Si peccasti, tibi sit: non tibi iucurrimus, non peccata tua charitatiue suscipimus, non comportanda promittimus, nō qualiter deponas onus docemus. Quid enim nobis et misericordie, qui nec opera sequimur iustitie. Iisset ad fratres, iisset ad illos, qui orauerant pro socrū Petri febricitanti, qui Chananaeam improbā misericordie obtulerant: interrogasset Petrū pro se effundentē lachrymas non fugisset Adariā et Adarthā, quę vitā Iaza ro impetrauerant: non turbā plorantē, quae filium vnicū acquisierat viduę. Fuit ad diuisos et diuisus perit.

### SVMMARIA.

- 1 Confessarius esse nequit ab ecclesia diuisus, etiam in articulo mortis n. 2. si est hæreticus. n. 7. aut vere schismaticus. n. 8. vel non seruans canones, quasi non ligent. n. 9. aut fornicarius denunciatus. n. 10. vel excommunicatus, vel interdictus, vel suspensus notorius ita, vt nulla tergiversatione celari possit. n. 2. & 22. & 25. nec refert, an generatim an vero speciatim sit quis censura notatus. n. 23.
- 3 Eucharistiam, hæreticus non ministrat.
- 4 Baptizat hæreticus, consecrat item. n. 5.
- 11 Extrauagātis: Ad vitā da. tenor, cui⁹ tenor vari⁹. n. 12. & extēdēda. n. 24.
- 13 Exceptio regulam firmat, non in casu simili. n. 14. & etiā si per dictionem loquatur taxatiuam. n. 15.
- 16 Exceptio, qua in antiquū ius reditur, ampliāda: qualis videtur omnis exceptionis veræ exceptio. n. 17.
- 18 Excommunicatū non vitare regulariter leuius, quam non vitare interdictum, vel suspensum, in quibus vitandi sunt.
- 19 In notoriis neq; citatio, neq; sententia necessaria.

In hac



N hac parte secunda huius celebris capituli vsq; ad. §. Sacerdos. habetur confessariū talem esse oportere, qui non sit ab ecclesie vnitate diuisus. Inter alia enim in eo scribuntur, quę sequuntur, verba.

**Text.** Non petat sacerdotes, per aliquā culpā ab vnitate ecclesie diuisos.

Ergo confessarius esse non potest, qui ab ecclesia diuisus est. Facit, q; etiam in extrema necessitate non licet confiteri hæretico. c. Præter. versic. Sciendū. 3 2. dist. iuncta gl. super verb. per manus, cuius secūdū intellectū sequit̄ Pan. & Præpos. in. c. Non est. sub finē de sponsal. reprobātes gl. pen. illius. cap. quæ cōtrariū asseruit. Facit, q; Ermigildus rex maluit oppetere mortē, quā cōmunionē sacram. e manibus episcopi Ariani sumere. c. fin. 24. q. 1. Facit, q; non licet missam publici cōcubinariū audire. c. fin. de cohabit. cleric. c. Nullus. 32. d. Facit, q; moriendū est potius, q̄ excōmunicato in diuinis participandū. c. Sacris. de his, q̄ vi. met. caus. secundū cōmunē illi⁹ cap. intellectū. Facit q; Cyprianus eruditione ac pietate insignis & martyrio gloriosus cum sexaginta episcopis baptisma hæreticorum lauachrum diaboli appellauit. d. c. Præter. versic. Sciendū. Facit q; subditi possunt autoritate propria ab hæretico prælato deficere. c. Sane. 16. q. 7.

Contra quod tamē facit primo, q; licet ab hæretico in necessitate baptismū accipere, vt Stephanus, Corneli⁹. Augustinus & tota ecclesia cōtra Cyprianū diffiniuit. Quod testatur Gratianus in. c. Præter. sub finē. 3 2. d. Secundo facit, q; præbyter, q̄libet ab ecclesia præcisus, etiā realiter exautoratus, siue degradatus & in scalis, quo suspendat̄, positus consecrat. Paludanus cum prioribus & posterioribus ibi scribentibus in Quarto. d. 13. q. 1. col. 3. & tenet. gl. in. c. 2. de cleric. excōmu. minist. quidquid. gl. fin. sensit in. c. Degradatio. de pcenis. lib. 6. Thomas etiam in tertia parte. q. 82. art. 8. hoc tenuit, licet ipse, nec alii hoc ita, vt Paludanus, amplificauerit. Facit tertio. c. Nōne. 8. q. 4. qd̄ habet a nullo recedēdū prælato donec a sua deponatur ecclesia, & c. Cum non liceat. de præscript. quod habet non obstante præscriptione superiori ab inferiore obediendū esse. Facit, q; titulus & error cōmunis efficiunt, vt autoritate publica gesta valeant. l. Barbarius. ff. de off. Prætor. c. Ad probandū. de re iudic.

Quo hæc omnia sibi consonēt dicendum est primo, q; confiteri nos iuste posse regulariter malis sacerdotibus, qd̄ probant iura posterius allegata: 7 textū autē nostrū intelligi primū de sacrificio hæretico iuxta. gl. 1. c. Cū nō liceat. de præscript. Is enim per culpā est ab ecclesie vnitate diuisus. c. Sane. 16. q. 7. Facit. c. Quia diligentia. de electio. Secundo intelligit̄ de schismatico illo, q; putat ecclīā alibi esse, vel esse posse, q̄ penes Petri successorē.

Iseni

Is enim hæreticus est. c. Schisma. 24. q. 1. Non autem in illo, qui bona fide se, vel alium esse putat Papam, cum non sit: & ideo apud se, vel illum alium credit esse Papam. Is enim non est hæreticus. gl. putata sing. in summa. 24. q. 1. opti- mustextus in. c. Si duo. 79. d.

9 Tertio intelligi potest in sacerdote, qui non seruat canones gl. in. c. Sacerdotes. 2. q. 7. multis putata sing. & in his Pan. in. c. Ego. n. de iure iur. & Feli. c. 1. col. 3. de constitut. Quæ tamen intelligenda est: quando ex contemptu eos non seruat credens. i. Romanum pontificem eorum autorem non habere legem condendi potestatem secundum eosdem ubi supra & secundum Pan. in. c. Cum non liceat. col. 1. quæ sequitur etiam Card. Alexandrinus post Domi. in illo. c. Sacerdotes. de quo est gl. multis putata sing. & in his Felino ubi supra in. c. Generali. de electio. lib. 6. verbo inhibemus.

10 Quarto intelligi potest de notorio fornicario iuxta. c. Nullus. c. Præter 32. d. c. Vestra. & c. fin. de cohabita. cleri. & mulier. Quæ tamen textum hodie non procedere, vel saltem temperatum esse, ne procedat, nisi postea, quæ suspensio huiusmodi fornicarii denunciata fuerit & publicata, tenuit Diuus Antonius. 2. part. tit. 9. c. 10. §. 1. vers. Sextum. quæ multi Summistæ sequuntur. Et idem tenet Maior in Quarto. d. 9. in fine. & Syluester verb. Missa. 1. q. 3. per extrauag. Ad euitanda scandala. Martini. c. quæ postea in concilio Basiliensi renouata fuit. Quæ repiesi actis concilii Basiliensis. 2. tomo concilio. fol. 646. in hæc verba.

Ad vitandum scandala & multa pericula subueniendumque conscientis timoratis statuit etiam, quod nemo deinceps a comunione alicuius in sacramentorum administratione, vel receptione, aut aliis quibuscumque diuinis, vel extra prætextu cuiuscumque sententiæ, aut censuræ ecclesiasticæ, seu suspensionis, aut prohibitionis ab homine, vel a iure generaliter promulgatæ teneatur abstinere, vel aliquem vitare, aut interdictum ecclesiasticum obseruare: nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit in, vel contra personam, collegium, vniuersitatem, ecclesiam, aut locum certum, aut certam a iudice publicata, aut denunciata specialiter & expresse, aut si aliquem ita notorie excommunicationis sententiâ constiterit incidisse, quod nulla possit tergiversatione celari, aut aliquo modo iuris suffragio excutari. Nam a comunione illius abstinere vult iuxta canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excommunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos non intendit in aliquo releuare, nec eis quomodo libet suffragari.

Quæ operæ precium fuit referre: quoniam quis fuit illius constitutione non dubitauit Feli. in. c. Rodolphus. col. 24. de rescript. Nam alio modo resultit Antoninus, cuius relationi omnes Summistæ posteriores assenserunt, & alio refertur in Prag. Sanctione Gallicana & etiam in Concordatis inter Leonem Papam. 10. & regem Franciæ Franciscum titulo de excō. non vitand. Concilium enim Basiliense, vt supra vides, habet illa verba: aut si aliquem ita notorie

notorie excommunicationis sententiâ constiterit incidisse. Quæ ipse eadem habet Pragmatica sanctio. Gallic. & etiam concordata. Apud Antoninum autem pro illis verbis, sunt illa: saluo, si quem pro sacrilega manus iniectioe in clericum sententiâ latam a canone adeo notorie constiterit incidisse. Quæ ipsa eadem sunt etiam apud Decium in. c. A nobis. col. 2. de excepti. qui & ipse ex Antoni & Angelo Clauasienfi delumpfit.

Sunt tamen hic mihi duo dubia minime dissimulanda: Alterum est, an prædicta exceptio locum habeat in suspensioe & interdicto adeo notoriis, vt nulla tergiversatione celari possint. Alterum, an hæc constitutio se extendat ad excommunicatos speciatim & nominatim nondum publicatos. Hæc duo dubia semper fui arbitratus esse graua, nunc autem ea æstimo grauissima, Primo, quod Felinus vir eruditione integra alterum illorum non fuit ausus diffinire in illo. c. Rodolphus. Secundo, quod in eo ipso, quod ille non decidit, dubio Cosmæ glossematarij Pragmaticæ & Adrianæ confirmata eruditione viros video secum mutuo pugnare. Tertio, quod circa illa nescio, quare pauci dubitare voluerunt, cum tamen sint quotidiana. Nam neque videntur dubitasse Diuus Antoninus & communiter Summistæ, sed neque Parisienses in Quarto. d. 9. sed & nescio quare dissimulauit illa, qui nup prædicta concordata glossis illustrauit eruditus. Quod ipsum Tho. a Vio in verbo Excommunicatio minor. facit ad verbum referens prædictam extrauagantem secundum relationem diui Antonini.

In priore igitur dubio quilibet aspectu primo dicat finem illius extrauagantis solum excipere notorie excommunicatum, non autem notorie suspensum, vel notorie interdictum. Quoniam a verbis non est recedendum. Non aliter. ff. de leg. 3. c. Ex literis. 1. de sponsalib. At verba sola excommunicationem notoriâ excipiunt. Facit. quod exceptio firmat regulam in casibus non exceptis. 32. q. 7. Dominus. c. 2. de coniug. leprosi. cum simili. & argumentum a speciali valet. c. Præsenti de præbend. lib. 6. & casus omissus relinquitur dispositio iuris. Si cum dotē. ff. solut. matrimo. c. Susceptum. de rescript. in. 6. Hoc autem ius a principio vult suspensos & interdictos non esse necessario vitandos. Ergo seruandum est, nisi in casu excepto ad hoc. c. Nonne. cum ibi notatis de præsumpt. Facit, quod secundum Antonini relationem, quæ videtur esse secundum literam, quæ a Martino. c. in concilio Constantiensi prodidisse dicebatur, habet: saluo, si quem pro sacrilega manu iniectioe in clericum in sententiâ latam a Canone adeo notorie constiterit incidisse, vt factum non possit aliqua tergiversatione celari, nec aliquo suffragio excutari. Nam a comunione illius, licet denunciatus non fuerit, volumus abstinere. & c. & ita litera tantum de excommunicatione agit, & vna strictius, quam altera. Quia secundum relationem Antonini de excommunicatione tantum. Facit quod Felinus, ubi supra, & Decius in dicto. c. A nobis. de excep. asserere videtur



q̄ si litera extrauagāt. esset illa, q̄ Antoninus refert & quę cōmuniter inter autores, qui non viderunt exemplaria habet, solū de notorio excōmunicato ob manuū violentarū in clericum iniectionē intelligenda esset. Ergo a fortiori, si loquitur generatim de notorie excōmunicato, nō debet intelligi & extēdi ad notorie interdictum, vel suspensum.

- 14 Pro contraria tamē parte facit, q̄ casus exceptus a regula ob rationis identitatem extenditur ad similem text⁹ est in. c. Cum dilecta. de cōfirmatio. vtili in illis verbis: eiusdem æquitatis similitudine. quē in hoc comēdat Pan. ibi & in. c. Ad audientiā. de cleric. nō residē. & in. c. Iuravit. de probat. vt tradit ibi And. Sicul. col. pen. & Felinus in. c. Quoniā frequēter in princip. vt lite non contest. & qui postillas scribunt ad Panor. & in his Bartol. Belenz. in loco proprio putauerūt singularē, Corsetus etiam in sing. verbo Extensio. cui similis textus, vbi Bald. hoc annotauit in. c. Post trālationē.
- 15 verb. quanq̄. de renūciat. Facit q̄ conclusio procedit etiā si casus ille excipitur per dictionē taxatiuā tantum, vel similem secundū Pan. in illo. c. Cum dilecta. de confirmat. vtili. textus est coniuncta gl. 2. l. Serui. vbi Bart. hoc annotauit. ff. de vsucapi. irrefragabilis itē text. in. l. fin. C. de reuoca. donat. verbo tantū modo coniuncta. gl. verbo voluerit. At eadē penitus ratio est in notorio interdicto & in notorio suspēso, quæ in notorio excōmunicato. Nā omnes euitandi erant iure antiquo, etiam si non essent denunciati: oēs euitandi sunt iure nouo, si sunt denunciati: nulli euitandi, si generaliter sūt ligati, & nō alia ratione, quam, quia in dubiū verti potest, sint nec ne ligati Si ergo notoriū est eos omnes ligatos esse, quare aliū vitabimus, aliū autē
- 16 admittemus? Facit q̄ per hanc exceptionē redimus ad ius antiquū, & ita favorabiliter & late interpretāda est. c. Ab exordio. 35. d. l. Si vnus. §. Pact⁹ ne peteret. ff. de pactis. Nā ea, per q̄ ad ius pristinū redimus, late accipim⁹ Verbi gratia: statutū inferioris cōfirmatū a Papa eo casu, quo cōfirmatio erat necessaria, non pōt per inferiorē tolli. efficiunt enim Papalia, q̄n saltē essent talia, q̄ sine cōfirmatiōe Papæ inutilia forēt, secundū Bald. in. l. Explacito. C. de rerū permutat. Quando tñ ita illud statutū tolleretur, vt ad ius antiquū & pristinū rediremus, tolli pōt per inferiorē. Casus videt in. c. Cū accessissent. de cōstitut. declarādo illū textū, vt per Feli. ibidē col. 3. qd̄ tñ iusta ratiōe nō oīno sequemur in. c. Dilecto. de præbēdis: licet scd̄ ipsū, etiā in. c. Cū oēs. eo tit. probat, q̄ licet soli canonici sine cōsensu episcopi nō possunt statuere regulariter super his, q̄ statum totius ecclesiæ tangunt: possunt tñ, q̄n per hōdi statutū reditur ad ius cōmune. Qd̄ cōfirmat multis, quæ pulchra sunt ibidē ipse col. 3. Facit propius gl. illa solēnis in. c. Statutū verb. munerandū. de præbend. lib. 6. q̄ habet cōcessionē, per quā a iure speciali in ius cōmune redimus favorabiliter esse accipiendam. Facit optime. c. 1. de pact. lib. 6. facit illa conclusio, quā asseruimus in. c. 1. de probat.

.l. ex

Facit exceptionē regulæ irregularis. i. exceptionis exceptionē esse favorabilē, 17 q̄ exceptio exceptionis sub antiquiore regula continetur. At finis huius extrauagantis exceptio est regulæ irregularis, vel exceptio exceptionis. Quoniā antiqua regula continet omnē excōmunicatū vitandū esse, vitandū item interdictū & suspensum, in quibus rebus est interdictus vel suspēsus. huius antiquæ regulæ nouā exceptionem continet hæc extrauag. nē pe vt non pcedat in excōmunicato generaliter a lege, vel ab homine. Rursus ab hac noua regula excipitur denūciatus & notorie excōicatus. Et ita hæc exceptio non est exceptio regulæ regularis, sed irregularis illius nempe, q̄ est antiquæ regulæ exceptio. Ergo favore digna est & digna quæ aplietur. Facit gl. illa trita. c. 1. de tempor. ordi. lib. 6. verb. Italia. putata sing. Dñico ibidem & Pan. c. Sacris. quod met. causa & in proœmio Decreta. col. 14. & in. c. fin. col. 3. de rescrip. q̄ tamē habet simile in. c. Si postq̄. de electio. lib. 6. et satis in Cle. 1. verb. eligatur. quas cū illa citabat Dec. in. c. Secundo requiris. de appellat. Quæ probant secundū aliquos constitutionē etiā pœnalem ex rationis vnitate ad similem casum extendi. Secundū autem alios probat non esse vllam extensionē, quādo eadem ratio in casu, a quo, & in casu ad quem extēditur, subest. Facit, q̄ grauius videt non vitare interdictū 18 vel suspensum, in quibus rebus interdictus est, aut suspensus, q̄ non vitare excōmunicatū. Quoniā non vitare excōicatum regulariter est peccatū veniale, vt post Io. And. cōmuniter concludūt omnes in. c. Sacris, quod met. causa. & Thomas & alii in Quarto. d. 18. Non euitare autem interdictū, vel suspensum, in quibus est suspensus, nemo dixit non esse mortale. Ergo eadem, vel maior ratio est, quare interdictū, vel suspensum notoriū euitemus, q̄ quæ huiusmodi excōicatum vitare suasit. Facit, q̄ notorium nō indiget denunciatione text. in. c. Quoniam. de filiis præbyt. text. & per illum ibi Pan. col. 2. in. c. Peruenit. de appell. & ideo neq; ad illam ferendā est necessaria vocatio partis: quando saltē constat nullam esse parti absentis defensionem Hostiē. per illum textum in. c. Reprehensibilis. eodē titulo idē Pan. in illo. c. Peruenit. 2. & in. c. Parochianos. col. 1. de sent. excōmu. Quis & sententia in notoriis proprie non requiritur secundū Innocent. in. c. Ex parte. 1. de verbor. signific. Quæ omnia videntur fuisse ratio excipiendi casum illum excommunicationis notoriæ, quæ eadem esse constat in interdicto & suspensione.

Hæc me rationes maxime in hanc partem inclinant, nec me parū mouet, q̄ Cosmas vir canonū egregia peritia in. d. Pragmat. de excōmun. non euitand. idem affirmat.

Non obstant pro contraria parte adducta: non primū. nā. l. illa. Non aliter. ff. de legat. 3. habet a verbis literæ discedendū esse, quando de disponētis mente aliud apparet. In nro aut casu ex mente disponētis ob rationis

n. ii. vnitate

vnitatem, vel parilitatem apparet sub illo casu excōmunicationis notoriæ excepto alias quoq; censuras notorias comprehendendi.

Non obstat etiam secundū, quoniam illud iuris principiū: exceptio firmat regulā in casibus non exceptis. intelligendum est de casib⁹ nō exceptis dissimilibus his, qui excepti sunt, non de similibus, vt ānotauit Dominic⁹ in. c. Qualis. 2. d. facit gl. 1. c. Si tibi absentī. de præbend. lib. 6. Et eodē modo respondendū est illi, quod obiicitur: qui de vno dicit. &c. Nam intelligēdum est negare quidē de alio dissimili, non de alio simili, etiam si per dictionē taxatiuā loquatur per ea, q̄ pro nostra parte sunt citata.

Non obstat tertium, quia non sequitur: bis facta est constitutio hæc & semel strictius concepta fuit, ergo stricte interpretanda est. Quia si prius strictius fuit concepta & posterius largius, potius esset arguendū large interpretandā esse. & hoc contigit in hoc casu. Nā Antoninus habuit illā, vt a Martino fuit lata, & tunc strictius fuit cōcepta, q̄ postea in Basiliensī cōcilio. Et licet dicas acta illius concilii, vt fertur, per Eugeniū. 4. in nihilum quassata, saltem negare nō potes patres illos eruditissimos, quī cōcilio interfuerunt late illā intellixisse. Et ita hoc tertium argumētū pro nobis ne uosius stringit, quam pro parte aduersa.

22 Ex quibus videtur dicendū eum sacerdotē, qui est denūciatus fornicarius, excōicatus, suspensus, vel interdictus, aut notorie talis est, nō esse idoneū confessariū. Qd̄ haecenus nō arbitror fuisse ita discussum.

In posteriore autem dubio primo aspectu facile quis dixerit excōicatum speciatim esse euitādum ante denūciationē ab eo, qui scit illū excōicatum. Quāuis id non sit notoriū. primo q̄ a lege antiqua non est recedendū, nisi quatenus in lege noua id exprimat. l. Præcipim⁹. C. de appel. c. Cum expediat. de electio. lib. 6. Facit illud singulare: iura non esse corrigenda per subauditos intellectus. gl. in. c. Cupientes. §. Quod si per vig. de electio. lib. 6. verb. negligenter. Quam sequuntur & singularē putāt fere omnes & in iis Felin. in. c. Ad audientia. in. 1. col. pen. de rescript. & Iaso. in authent. Nouissima. C. de inoffic. & Angelus in. §. In personā. Institut. de actio. in fin. quæ tamē similē habet in eodem. §. verbo priuat⁹. Sed antiqua iura clare statuerunt excōicatum, interdictū & suspensū vitandos esse a quocūq; qui id sciret, sed alio & alio modo: publice quidē ab eo, qui sciret publice, secreto autem ab eo, qui sciret secreta. c. Cum nō ab homine de sentē. excō. Hæc autem lex antiqua solū corrigitur, quoad generaliter cēsuris ligatos vt ex litera patet: ergo hæc correctio non habet locū in speciatim censura aliqua ligatis. In hanc partem inclinat. Feli. in. c. Rodolphus. col. 24. de rescript. & eam asserit Adrianus in Quarto de confess. dubio. 9.

23 Contrariā vero partē nempe idem esse hoc casu de speciatim ac generaliter excōmunicato tradidit Cosmas in gl. illa illius extrauag. Ad vitanda. verbo

verbo generatim. Ait enim idem esse, si speciatim, nisi sententia fuerit publicata. Pro hac parte faciunt omnia, quæ in superiore articulo præallegata fuerunt ad probandū illius extrauagantis exceptionē, quæ de excōmunicatione notoria statuit ad omnes alias extendi censuras. Adde, q̄ fere omnium vsus habet neminē ob excōicationē etiam speciatim in eum latā vitare, donec denūcietur vitandus. Quin & memini me sæpe subolfacere parochū, cui tradita iā erat denunciatoria scriptura, quo speciatim excōmunicatū denūciaret, monuisse illū, vt mox solueret & ita denūciationē impediret, & per consequēs vitandū. At consuetudo dubiorū interpretis est optima. c. Cum dilectus. de cōsuetud. l. Minime. ff. de legib. Facit, q̄ fieri potest, vt certius a me sciatur Titius excōmunicat⁹ esse, qui tantū est generatim excōmunicatus: quā Caius, qui speciatim est excōmunicatus. Fieri enim potest, vt Caius alleget mihi aliqua, quæ si vera essent, quoad Deum saltē non esset excōmunicatus: Titius autem nulla, quibus a sententia generali esset exclusus. Præterea stat, quod est frequentissimū necunde me scire socium meū excōicatum, nisi q̄ ille ait ita esse. Quo casu, rogo, quid refert: an generali, an speciali sententia ligetur, quādoquidē æque mihi est certū illum esse excōicatum in altero casu, vt in altero & in neutro esse denūciatum. Adde q̄ f. extrauag. illa ad vitanda consciētiarū timoratarū scandala inuenta fuit. Et ideo res veluti fauorabilis extendenda est argumēto. gl. c. Sciant cuncti. de electio & gl. in. c. Quāq̄. sub finē de vsur. lib. 6. et corū q̄ annotauit Bart. in. l. Quēadmodum. C. de agricol. & cens. lib. 11. Adde q̄ humana verecundia non minus deterret a speciali excōicato vitando, q̄ ab eo, qui generatim est excōmunicatus, donec denūcietur & publicetur. Ergo tam excusandus videtur, qui non euitat speciatim excōmunicatum, sicut, qui non vitat generatim innodatum.

Scio quidem his rationibus responderi posse: sed neq; ignoro contrarias dilui facile. Hanc tamen Cosmæ opinionē & consuetudini & rationi legem illā ferendi amiciorē arbitror, q̄ alterā, quæ verbis nititur potius, q̄ rationi. Et quoniā tacito vsu ipse Cosmæ opinione seruari video, ideo illi magis adhæreo.

### EPILOGVS.

Ex his multa colligi possent, sed quoad propositum nostrū colligitur primo idē esse dicendū de suspēsiōe & interdicto notorio, Qd̄ de excōicato notorie. Secūdo idē esse dicendū de speciatim interdicto, suspēso, vel excōicato & de generatim ligato. Tertio q̄ cōfessio fieri non potest ei, qui notorie adeo concubinā tenet, vt nulla tergiuersatiōe celari queat. Quarto posse tamen confiteri illi, quē pœnitēs scit excōicatum, suspensum, vel interdictū, etiā si speciatim sit taliter nodatus, modo nō sit aliter denunciatus.

Porro ex fine extrauagantis prædictæ colligitur excōicatos omnes etiã nondũ denũciatos peccare saltẽ regulariter cõmunicãdo aliis, qui eis absq; peccato cõmunicant. Illius eni extrauag. verba postrema sunt hæc. Per hoc tamen huiusmodi excōicatos, suspensos, interdĩctos, seu prohibitos nõ intendit in aliquo releuare, nec eis quomõlibet suffragari. At cõstat antẽ illã extrauag. omnẽ illũ qui proximũ excōicatũ esse nosset, etiã si nondũ esset denũciatus, & illi cõmunicaret, peccaturũ fuisse. c. Cum nõ ab homine. de sent. excõi. cũ ei annotatis. Cõstat itẽ grauius esse pctũm excõicato, si alios non vitauerit, q̃ aliis, si eũ non fugerint, textus omniũ optimus in. c. Illud. de cleric. excõ. minus. Facit q; excõicatus cõmunicãdo personis sibi subiectis mortaliter peccat, licet illæ ipsi cõmunicando nõ peccent iuxta gl. memorabile & receptã in. c. Quoniã. 11. q. 3. & Tho. in Quarto dist. 18. q. 2. art. 4. Nõ ociose tñ vtrobicq; addidi regulariter. Multi eni in ea opinione sunt, vt aliquot in casibus liceat, puta quando alioqui secretissimũ aliqđ crimen palam fieret & scandalũ generaretur acerbius: sup quo tamen in presentia nihil pronuncio. Quãq; illud certũ esse arbitror excõicatũ licite personæ subiectæ cõmunicare in eis, ad quæ illi tenetur.

### Tert. §. Sacerdos.



**S**acerdos itaq; cui omnis offertur peccator, ãte quẽ itatuitur õmis langor, in nullo eorũ sit iudicãdus, qui in alio iudicare est promptus. Iudicãs enim alium, qui est iudicãdus, condẽnat seipsum. Cognoscat igitur se & purget in se, quod alius sibi videt offerre. Laueat, vt a se reiciat, quidquid dãnõsum in alio reperit. Animaduertat, quod dicitur: Qui sine peccato est vestrũ, prius in illã lapidẽ mittat. Ideo enim liberauit peccatricem, q; non erat iuste, qui proiiceret lapidẽ. Quomodo lapidaret, q; se lapidandũ cognosceret? Nullus enim erat sine pctõ. In quo intelligitur oēs fuisse reos. Nã venialia semp remittebãtur per ceremonias. Si quid ergo in eis pctũz erat criminale erat. Deteriores ergo in hoc sacerdo. es sunt se prius non edificantes illis, qui dominũ obseruabãt insidijs. In hoc ergo patentissimã est crimen sacerdotũ & vltra modũ detestabile, quia nõ prius se iudicant & alios alligant. Debet enim timere crimen, qđ timuerũt & detestabile esse iudicauerunt & senserunt hi, qui a deo erant caeci, q; sũmã sapientiã sperabãt capere suis insidijs. Quod illis patuit, qđ tũc quisq; vitauit, vitet sacerdos, qui in hoc errore illis Judæis peior extitit.

SVN

### SVMMARIA.

- 1 Confessarius sine crimine esto: cõfessio tñ ei facta, vt plurimũ valet.
- 2 Concionans in mortali peccat.
- 3 Baptismus Iudæ baptismo Iohannis Baptistæ præfertur.
- 5 Sacramentũ a ministro malo ecclesiæ tolerato suscipiẽs ecclesiæ cõmunicat non malo ministro, qui tamen ministrando semp peccat. n. 10.
- 6 Sacramentũ, vt cõferat, nullus peccator inducẽdus, præterq; in duob; casibus. n. 7. Ergo, qui peccatorem ad missandũ imparatũ ad id incitat, peccat. n. 9.
- 7 Peccato alterius ad bonum vti licet, imo neq; mortale fuerit eo ad veniale malum vti. n. 8.
- 11 Peccator vtens spiritualibus. i. orans, corrigẽs, iudicãs. nouene peccat; cõcluditur nõ peccare noue. n. 12. nisi qđ est peculiare alicuius ordinis, exerceat. n. 13. Ergo peccator prædicãs peccat. n. 14. ergo & subdiaconus cãtãs epistolã. n. 15. & sacerdos aquã benedicens, vel baptizans, tanq; sacerdos. n. 17. & 18. absoluens itẽ confess. & quoduis aliud sacramentũ ministrãs. n. 19. & 20. nõ aut preces horarias soluẽs. n. 21. Quæ de peccatore sciẽte se talẽ, vel debẽte scire dicunt. n. 21.
- 22 Sacramentũ administraturũ ob hoc solum non oportet esse confessũ, sed satis est vel probabiliter credere se contritũ. 23.
- 24 Peccatũ veniale sine mortali cõdonari veri? n. 28. licet cõtrariũ credere
- 25 Priori sublato posterius tollitur. (vtili? n. 29)
- 26 Qualitas sine subiecto non est.
- 27 Peccatum veniale vnum sine altero sine gratiæ infusione, sine peccato originali condonatur.



**I**n hac tertia parte sic fingi potest casus: visũ est in principio confessarium debere esse sacerdotẽ & ita habentẽ potestatẽ ligandi & soluendi a CHRISTO cum ordine susceptã, item sciẽtẽ soluere & ligare, idest, habentẽ scientiã, qđ docet quomõ qui cõfessus est ligãdus & soluẽdus est. In. §. Laboret visum est confessariũ præter prædicta debere esse talẽ, vt non sit ab ecclesiæ vnitãte diuisus. quæritur nũc, an debeat esse talis, qui sine villo sit crimine, respondet autor talem debere esse.

Ex hoc. §. colligitur primo fẽum, qui aliena iudicaturus est crimina, immunẽ esse debere a crimine. Facit illud Catonis: Turpe est doctori, cũ culpa redarguit ipsum. ad quod alludit. l. 2. §. Seruius. ff. de origine iuris. Facit illud Lucæ sexto. Quid vides festucã in oculo alieno, trabẽ autẽ in tuo nõ consideras? & illud, quod ibidem est: Hypocrita, eiice primũ trabẽ de oculo tuo, & tũc prospicies, vt educas festucã de oculo alieno. Facit illd:

n. iiii Loricidẽ

Loripidē rect⁹ derideat A Ethiope albus. & illud glossæ. l. Quoniam. C. de hæret. Nil Iudæ⁹ Iudæo, nil Catelina Cethego. Deniq; c. Qui sine peccato est. 3. q. 7. & c. sequē. quod incipit: Iudicet ille de alteri⁹ errore, qui non habet in se ipso, qd cōdēnet. & in. c. Infames. versic. fin. habet illud Psalmi 49. Peccatori autē dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas? Facit, q; minister sacramenti sciens se constitutū in mortali peccato mortaliter peccat administrando sacramentū. c. Omnia. 1. q. 1. tradit Thomas. 3. part. q. 64 art. 6. Facit q; ibi concludit alter Thomas, nimirū, qui cōcionatur in mortali existēs peccato, peccare. Quod ipsum latius affirmavit secunda Scdæ q. 187. art. 1. quamuis in quolibeto de vsu spiritualiū addubitauerit. Facit illa, quæ olim non parū me terruit Adriani sententia in. 8. quolib. in prima questione sine argumētis. Qui ait eū, qui dicit, pronūciat recitatue preces horarias, quas iure pronunciare tenetur, sciens se mortali obnoxiiū peccato peccare mortaliter. qd ante illū asseruit Thomas in Quarto. d. 5. & dist. 19. art. 1. q. 2. & d. 24. Facit & illud Ecclesiastici. 34. Ab imūdo quis mūdabit?

Contra tamen hanc cōclusionē facit. c. Intra catholicā. 1. q. 1. quod habet in sacramentis nihil a bono maius, nihil a malo minus perfici sacerdote. Facit. c. Si iustus. ead. caus. & quæst. in illis verbis: Per malum ministrū nō contaminatur donū CHRISTI. Quia per illum purus fluuius trāsit & venit ad fertilem terram, sicut per lapideos canales trāsit aqua in areolas. Bonustext. in. c. Dedit. eadē caus. & quæst. Dedit (inquit) ibi Augustin⁹) 3 F baptismū Iudas & post nō est baptizatus, dedit baptismū Iohānes & postea iterū baptizatus est. Non Iudam Iohanni, sed baptismū CHRISTI etiam per Iudæ manus datū baptismō Iohannis recte præponimus. Facit & c. Si celebrat. de cleric. excōmu. ministr. Iuuant & quæ in. §. præcedenti allegauimus ad probādū his, qui ab ecclesia essent aliquo modo præcisi, fieri posse confessionem sacramentalem.

3 Quo hæc omnia conciliantur dicendū primo sc̄rimen, vt plurimū, confessionarii non efficere, quo minus confessio illi facta & absolutio ab eo lata teneat. Quod probant posteriore loco adducta & ea, q; latius allegata fuerūt in. §. 1. supra eo. cap. nisi in casibus ibi relatis. Dicendū deinde neq; peccare præcitatē, qui ei confiteret & ab eo absolutionē acciperet per eadē ipsa prædicta et per id, quod ait Thomas tertia parte. q. 64. art. 6. Ad secundū. s. licite accipi a peccatore sacramēta. 4 Quoniam (inquit) ille, qui ad sacramentū accedit, suscipit sacramenta a ministro ecclesiæ, nō inquantū est talis p̄sona, sed inquantū est minister ecclesiæ: & ideo, q; diu ab ecclesia toleratur in ministerio, ille, qui ab eo suscipit sacramentū, nō cōmunicat peccato eius, sed cōmunicat ecclesiæ, quæ eum, tanquā ministrum exhibet. Si vero ab ecclesia non toleretur, puta, cum degradatur, vel excōmunicatur, vel suspendit, peccat, qui ab eo accipit sacramētū, quia cōmunicat peccato ipsius. Quod

est in-

est intelligendū de tali excōmunicato & suspenso, de quo supra. in. §. Laborat. eadē. dist. sumus loquuti.

Tertio dicendū regulariter nō licere inducere aliquē peccatorē, quo sacramenta conferat. Quia, qui causam peccandi dat, peccare videtur. c. fin. de iniuriis, & non solum, qui faciunt, sed & qui consentiūt, digni sunt morte. c. 1. ad Romanos. c. 1. de off. deleg. c. Notum. 2. q. 1. f. In duobus tamen casibus licet inducere indignum ministrum ad exhibendū sacramentum secundum alterū Thomā in illo art. 6. Primus est, quando ad id minister tenetur. Quia nemo peccat petendo actum sibi debitū a suo debitore. c. Intelleximus. de iudici. c. Si vere. de sentēt. excōic. Et hac ratiōe excusantur, qui a suo pastore habente concubinā sacramenta petunt: si modo nō vsque adeo notorie teneat, vt nulla tergiversatione celari queat iuxta, q; supra latius. in. §. præcedenti tractauimus. Secundus est, quādo subest articulus necessitatis ex parte petentis, quia eget illo & minister est paratus ministrare sacramētū. Eadem siquidem ratione, qua licitū est indigēti petere mutuū ab usurario, licitū quoq; est indigēti petere sacramentū ab indigno parato ad ministrandū. Faciūt, quæ habent in. c. In ciuitate. de vsur. vbi. Innoc. Cardi. Pan. & Rauē. cōcludunt eū, qui vsuras accipit ab eo, qui parato erat animo ad mutuādū sub illis, non peccare. Facit, quod Thomas ait secunda Secundæ. q. 78. art. 4. f. s. vt peccato alterius ad bonum licitū esse, quia & 7 Deus vtitur omnibus peccatis ad aliquod bonū. Ex quolibet enim malo elicit aliquod bonū, vt dicit in enciridio Augustini, qui Publicolæ querēti, an liceret vt iuramēto eius, qui per falsos Deos iurat, in quo manifeste peccat eis diuinam reuerentiā adhibens, respondit in. c. Mouet. 22. q. 1. eū, qui vtitur fide illius, qui falsos Deos iurat, non ad malū, sed ad bonū, non peccato illius se sociare, qui per dēmonia iurauit, sed pacto eius bono, quo fidem seruauit. Facit, quod ibi alter Thomas annotauit, nempe, f. licere al 8 terius peccato vti ad bonū necessariū, vel utile: imo neq; mortale peccatū esse, si quis vtatur alterius peccato ad bonū delectabile, si modo illud veniale tantum peccatum fieret.

Ex quo infertur eū peccare, qui sacramentū peteret, vel missam ab eo, 9 quē scit in mortali peccato existere, & non esse paratum id facere.

Quarto dico sacerdotē tamen, qui sacramentum ministrat in mortali peccato, peccare mortaliter. Quod probat textus noster, & q; multa pro ipsius corroboratione fuere adducta. quod ipsum annotauit & gl. nostra in verbo: iudicandus.

Est autem vir apprime doctus, qui pro contraria, in quā inelinat, parte considerabat primo, q; huiusmodi sacerdos & ecclesiæ minister nulli nocet imo adeo bonum sacramentū ministrat, q; sanctus. c. Intra catholicā. 1. q. 1. Secundo, q; non seruare illa, quæ spectant ad decentiam tantū, & non ad

necessi-

necessitatem, nō est mortale. c. Magnæ. de voto. & sentit gl. putata sing. ibi a Panor. in Cle. 1. verb. canonicas. de celebr. missi. Tertio, q̄ talis minister ad ministrandū sacramentū teneretur confiteri. quoniā secundū nos debet esse in gratia. At id non constat probabiliter, si non pramittatur cōfessio. Quarto, q̄ sequeretur ex nostra opinione sacerdotē dicendo missam in mortali duplex peccatū peccare: alterū sacramentū conficiendo, alterū illud sumendo. Quinto, q̄ sequeretur contrahentes matrimoniū peccare mortaliter, cum non sit alius minister deputatus ad illud sacramētum. Sexto, q̄ nulq̄ videatur inueniri præceptū, quod talis minister taliter administrādo transgrediatur. Quoniā & si prohibitiones in sacris inueniant, nō videtur præceptum inducere, sed consiliū & quandā decentiam.

Equidem vellē hanc sentētiam esse veram, eam tamē ipse affirmare nō auiam propter prædicta. quæ tametsi vrgere videantur, cōcludunt tamen minime. Ad primū enim responderi potest cōcedendo eiusmodi ministrū nemini efficaciter nocere. At non sequitur: nemini efficaciter nocet, ergo nō peccat mortaliter. quia satis est eum, quoad se attinet, nocere sacramento cui facit irreuerentiā, nocet & ecclesiæ ac Deo, quatenus irreuerentiā facit grandē agens ipsorū ministrū indignus, qui talē agat. Qm̄ vt vterq̄ Tho. in illo art. 6. declarat, actō sacralis pōt sumi dupliciter: vel scđ; rationē opis opati, & sic non exigit bonitatē, vel malitiā ministri, nisi secundū quandā decētā, & propterea siue bonus, siue malus sit minister, sacramētū verū & efficax est. Vel secundū rationē operis operantis, & sic exigit necessario bonitatē in ministro ad hoc, vt recta sit. Et ratio est, quā assignat Aquinas in eo. art. versicul. Ad primū. s. q̄ sacramēta nō sunt vt aliarū virtutū opera, sed in seipsis sanctificationē quandā habent per mysticā consecrationem. Et ideo præexigitur in ministro sanctitas iustitiæ, vt cōgruat suo ministerio. Quare incongrue agit & peccat, si in peccato existens ad tale ministerium accedat.

Ad tertium negatur illatio, quia sine actuali confessione potest quis probabiliter putare se in gratiæ statu argumēto. c. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā & tu remisisti impietate peccati mei. supra dist. 1. cum his, q̄ latius ibi. & in. c. Magna. & in sūma eiusdē dist. diximus.

Ad quartum concedo illationem.

Ad quintum etiam cōcedo illationem, quam supra quoq̄ in sūma dist. quintæ tenuimus.

Ad sextum respondeo non esse præceptū speciatim super hoc & expressim datum, esse tamen generatim & implicite viua ratiōe a sacris autorib⁹ collectū, vt videre est in hoc text. & apud Dionysium in duobus locis citatum per Thomā in illo art. 6.

Ex quibus inferitur ad illam quæstionem: an vtēs spūalibus in peccato mortali

mortali mortaliter peccet. Et pro parte affirmatiua videtur hic text. cum gl. Faciunt, quæ pro ipsius corroboratione adducta fuerunt: præsertim illd̄ Adriani cui Thomā multis in locis consentire addidimus. Facit etiam, q̄, cum is, qui displicet, ad intercedendū mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. c. Hinc enim. 49. d. & 3. q. 7. c. In grauib⁹. At qui huiusmodi spiritualib⁹ vititur & orat Deum, intercedit. Ergo ad deteriora ipsum prouocat. et ita facit actū omnino contrariū ei, quem ipsum facere oportebat: nempe diuinā placare irā & populo, pro quo intercedit & cuius est legat⁹, veniam impetrare. c. Ipsi sacerdotes. coniuncta gl. 1. q. 1. & c. Sacerdotes. 2. q. 7. Facit. q̄ qui bene docet & male viuit, Deū, quomodo ipsum cōdēnare debeat, instruit. c. Multi. 40. d. Facit q̄ in specie ait Thomas in Quarto. d. 5. & 19. & 24. s. eum, qui peccato mortali maculatus, aut corrigit aliū ex officio, aut facit aliquid aliud, quod sui muneris, siue officii spiritualis sit, mortaliter peccare. Facit & illud Psal. 49. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas & assumis testamentum meū per ostium? Vbi Cassiodorus ait: Hic interdicitur peccatoribus, ne se immisceāt sermonibus diuinis. Facit & illud Ecclesiast. 15. Non est speciosa laus in ore peccatoris. & ad Romanos. 2. Inexcusabilis est homo omnis, qui iudicas. Quia, in quo alium iudicas, te ipsum condēnas. Et Isidorus de summo bono: Nō debet aliorum vitia corrigere, qui vitiis est subiectus. Facit & illud Augustini in sermone de verbis Domini in monte: Accusare vitia aliorū officium est bonorum & beniuolorum. quod cum mali faciunt, alienas partes agunt. Per quæ omnia videntur peccatores siue Deum laudent, siue alios doceāt, siue corrigant & iudicent, peccare. Quod fuit propositū.

Contrarium autem videtur dicendum: primo, q̄, si hoc esset verū, sequeretur, q̄ episcopus, vel alius prælatus, siue simplex clericus mortaliter peccaret, quoties existens in mortali peccato, vel sententiam diceret, vel decimas peteret, vel iuberet alicui, vt ecclesiā quampiā visitaret, quoties itē vel psalleret in choro, vel preces horarias pronunciaret: et deniq̄, quoties quisq̄, quod sui muneris esset, ageret. Quod durū valde videtur & absōnū. Secundo, q̄ idem Thomas habet secunda Secunda. q. 33. art. 5. peccatorē prælatum iuste posse alium cum humilitate corrigere. Et in eadē secunda Secunda. q. 60. art. 2. concludit prælatum, quando nō est in peccato publico & ita, quando ex suo iudicio non sequitur scandalum, posse iuste cū humilitate iudicare. Et in tertia parte. q. 64. art. 6. concludit duo esse necessaria: vt minister ecclesiæ vtens spiritualibus dicatur ob hoc solum peccare: alterū, q̄ id faciat tanq̄ ecclesiæ minister, alterum q̄ actus, quem agit ad cōsecrationē pertineat. Ad consecrationē autem pauca pertinere videntur respectu eorum multorū, quæ ad iurisdictionē & alia innumera spectant. c. Transmissam. cum gl. de electio. Ea enim vir ille doctissimus ad consecrationē

tionem pertinere arbitratus videtur, quæ alicui ordinum peculiariter sunt deputata iuxta illud singul. Innoc. in. c. fin. de excess. prælati. nempe, nō incurrere quæ irregularitatē per exercitiū actorum spiritualiū tempore interdicti, nisi quādo aliquid alicui ordini peculiariter deputatū exercetur. Non obstant, quæ pro altera parte allata: sunt nō primū .s. textus noster cū gl. quia loquitur de administratiōe eorū, quæ in se sancta & cōsecrata sunt & quorum administratio ratione consecrationis conuenit administranti.

Non obstant illa dicta Thomæ in Quarto. s. d. s. d. 19. & d. 24. quorum solo tertio motus fuit Adrianus in illo quolib. Quoniam temperata sunt per ipsūmet Thomā in tribus locis suæ Sūmæ, quæ posterior & resolutior ipsius est doctrina. s. secūda Secundæ. q. 33. art. 5. & q. 60. art. 2. & tertia parte q. 64. art. 6. vbi declarat hoc alter Thomas. & etiam in illo artic. 5. satis idē innuit, & paulo latius in quæstione de vsu spūalium. 2. tomo folio. 93. & in secūda Secundæ. q. 187. art. 1.

Non obstant omnia alia: quia non probāt peccatorē ob id solū peccare, q̄ exercet spiritualia, sed, quia exercet illa cum scandalo, vel cū superbia, vel contēptu, cum quibus etiam si alia opera bona efficeret, peccaret. Vnde si cum humilitate, siue modestia id faciat, non peccabit, nisi virtute cōsecrationis id agat.

14 Ex quibus infertur primo ꝑ peccare, qui prædicat in peccato mortali. quoniam prædicandi actus, quamuis lege diuina non sit alicui ordini deputatus, est tamen lege canonica nempe diaconatus. c. Cleros. 21. dist. & c. Perlectis. 25. d. tradit Thom. a Vio in illa. q. 187. & illa. q. 64. art. 6.

15 Secundo infertur ꝑ eum, qui tanq̄ subdiaconus apparatu subdiaconali epistolam cantat, peccare mortaliter, si hoc in peccato egerit mortali: secus autem si in choro tanq̄ quilibet laicus illam cantet.

16 Tertio infertur ꝑ sacerdotē peccatorē non peccare quando preces horarias, vel simpliciter pronunciat, vel in choro cantat. Quia is actus neq̄ est vlli ordini peculiaris, neq̄ peculiariter deputatus. ꝑ Si autē aquā, vt sacerdos, benedicat, peccat. Quia is actus ordini est sacerdotali deputat⁹. Facit pro corollario, q̄ priorem actū faciens tempore interdicti non incurreret irregularitatē, posteriorem vero faciēs incurreret secundū Innoc. in illo. c. fin. de excessibus prælati.

Infertur & quarto peccatorē sacerdotē, qui tanq̄ sacerdos baptizat peccare: qui vero simpliciter, tanq̄ quilibet laicus, in necessitate nō peccare.

### IN GLOSSAM VERBO INDICIBVS.

GLOSSA hæc duas partes habet: posterior ibi: Quid ergo? Ex priori parte gl. collige confessariū omnē, qui in mortali peccato existens confitentē

fitentē absoluit, mortaliter peccare. Et quia id non alia ratione contingit, nisi, quia sacramentū administrat, ex ea elicitur alia generalior, videlicet, Fomnē peccatorē in peccato existentē mortali mortaliter peccare, si quod administrat sacramētū. Quod late probatū & disputatū est super text. sup 20 uo conc. lusum fuit idem esse dicēdū etiam de omni ecclesiæ ministro, qui q̄ ratione ordinis, vel consecrationis suæ aliquem actū ordini, vel cōsecratiōi alicui peculiariter deputatum agit. Omnibustamē super text. scriptis addendum est ꝑ prædicta in eo peccatore procedere, qui nouit, aut credit se in 21 peccato manere mortali. Nam, qui se probabiliter cōtritū esse putat, etiā si coram Deo reus sit mortis spiritualis, tamen neq̄ administrādo peccat: sicut neq̄ peccaret suscipiendo & missando ꝑ text. a contrario sensu in. c. Quotidie. de cōsecr. d. 2. & tenēt omnes in Quarto. d. 9. præserti Palu. q. 2.

Ex posteriore autem glossæ parte colligitur remedium, quo subito se minister paret ad ministranda sacramēta ꝑ .s. vt satagat peccatorū suorū cō 22 tritionem habere ꝑ Nam, quis ad suscipiendū sacramenta frequenter oporteat quem esse vere cū effectu cōfessum, vt dictū fuit in sūma dist. quintæ: nō tamen inuenio casum vllū, in quo ministrū sacramenti oporteat esse cō 23 fessum actu ob id solū, q̄ ministrat illud. Non dixi ociose ob id solū. & c. 24 Nam qui ordine insignitur presbyterii, & qui etiam intermissandū alium cōmunionem impartit, oportet esse cōfessum. Non quidem quia ministrat, sed quia missat & consequenter sacramentū tenetur suscipere. c. Comperimus. de consecrat. d. 2.

### IN GL. SVPER VERBIS SEMPER REMITTEBANTVR.

**H**AC GL. colligō ꝑ veniale sine mortali peccato nō condonari 25 gl. est huic similis in proœmio Sexti verbo benedictionē. Pro quibus facit primo illud Matthæi. 5. Amen dico tibi nō exhibis inde .s. ex carcere, in quē couicitur homo pro peccato mortali, donec reddas nouissimū quadratē. per quem significatur veniale peccatū. Secūdo facit, q̄ nulla culpa condonatur, nisi per gratiæ virtutem Quia secundū Apostolum ad Rom. 4. Ad gratiam Dei pertinet, q̄ De⁹ alicui nō imputat peccatū, quod gl. ibi exponit de veniali. At, qui mortali est infectus, gratiæ nitore caret. 3. 2. q. 1. c. Cum renunciatur. A priori text. in 26 c. Si eum. col. 2. dist. 2. & c. Omnis. supra. d. 1. ꝑ Et, quia sublato fundamento & priori tollitur superædificatū & posterius gl. singul. illo verb. benedictionem in proœmio Sexti. Facit tertio q̄ veniale peccatum per charitatis feruorem tollitur secundū omnes. Feruor autē charitatis sine charitate nō pōt haberi argu. l. Si seruū. §. 1. ff. de actio. empt. & l. Eius. ff. si cert. pct.

Facit

6. Facit. c. 2. de cognat. spirit. lib. 6. quæ probantur qualitate sine subiecto esse non posse. Quarto facit, quæ pœna, nisi Deo grata sit & accepta, non satisfacit illi argu. l. n. i. ff. de regul. iur. & l. Hoc iure. §. Non potest. ff. de donatio. & c. Gest. 74. distinct. At pœna pro veniali assumpta ab existente in mortali non potest gratior esse Deo, quam ipse, qui patitur illi exorsus. Quinto facit, quæ veniale mentem, veluti quædam nubes, obscurat. At obscuritas non tollitur, nisi luce adueniente: ergo nec veniale sine gratiæ nitore. Hanc partem asserit uterque Thomas tertia parte. q. 87. art. 4. & Richardus a. S. Victore in quodam libello super hoc coposito. & Paludanus post Thomam in Quarto. d. 16. q. 1.
- Contra tamen hanc conclusionem facit primo hic textus ibi: Nam venialia remittebantur per ceremonias, qui tamen præsupponit eos, cum illa venialia remittebantur eis, in mortali manere. facit. gl. c. 8. Iohannis, unde verba hæc fuere desumpta. Secundo facit, quæ unum veniale sine alio remittit secundum omnes. Tertio quæ venialia sine noua gratiæ infusione omnium consensu condonantur. quod asserit etiam Thomas in illa. q. 87. art. 4. Facit, quæ pœna veniali debita temporaria est, sicut & pœna mortali iam condonata præscripta: sed super principio huius cap. tenuimus per pœnitentiam in mortali actam non solum præcepto confessarii fieri satis, sed etiam pœnam temporariam debitam peccato condonato tolli. Quinto, quæ veniale a puero nondum baptizato admissum, si moriatur ille, antequam baptizetur & mortaliter peccet, non castigabitur pœna perpetua inferni secundum omnes. Immo secundum Paludanum ipsum potest in hoc sæculo absque originali remitti. Postremo faciunt iura citata per gl. illam sing. in proemio. Sexti in verb. benedictionem, quæ probare videntur sex modis remitti peccata venialia. In quibus tamen nihil de simul delendo peccato mortali habetur. Hanc partem etiam multi tenent, quantum pauiores: quæ alteram, quæ communis est. et in his sunt Parisienses in Quarto. d. 22. q. 1. & Vendelinus. d. 46. sub litera. h. col. 3. F. quæ illo nomine mihi magis arridet, quod diuinam exaltat misericordiam, quodque scientiam diuinitatis naturam clementem esse, piam magisque ad parcendum, quam ad vlciscendum pronam. c. Quia diuinitatis, supra dist. 1. Et quia miserationes eius super omnia ipsius sunt opera, ut habetur Psal. 144. Et misericordia super exaltat iudicium. acobi. 2. Et quicumque hanc partem tenuerit, oportebit ipsum consequenter secundo tenere temporariam pœnam peccato condonato debitam deleri per satisfactionem in mortali factam. & tertio veniale sine mortali tam in hoc sæculo, quam in inferno condonari. Eos autem, qui contrarium in horum trium aliquo tenent, in omnibus tribus etiam oportet tenere contra. Quod mihi videtur vtiliter creditu, ut dum cogitauerimus nullo modo venialia condonari, nisi omnia mortalia quoque condonentur: dum cogitauerimus venialium pœnam illi, qui Deo inimicus moritur, perpetuam futuram & æternam: dum contemplantur fuerimus nostras pœnitentias minores esse, imo penitus inutiles, quando eas in mortali

tali peragimus: maiore odio in mortalia peccata, in monstra veluti horrenda quadam, feramur & longius ab eis, veluti a basiliscis facie, fugiamus, fiatque dominus IESVS turris fortitudinis a facie horum inimicorum. Argumentorum solutiones, ne plus satis in hoc moerore sufficiat voce dix. l. e.

### Tert. §. Caveat.



Caveat spiritus iudex, sicut non commisit crimine nequitie, ita non careat munere scientie. Caveat ut sciat cognoscere, quicquid debet iudicare. 3. iudicaria enim potest hoc consulat, ut recte debeat iudicare, et cernat.

### SUMMARIA.

- 1 Confessarius doctus esto. imo & ut absolutus sit, Theologiam moralem, iura Pontificia & Cesarea cum particularibus provinciæ suæ statuti scilicet. n. 9.
- 2 Iudicaturus præcognoscito, cui potestas iudicandi, ei quoque cognoscendi esto, non contra. n. 3.
- 4 Peccat clericus, quæ ad se pertinet, ignorans, si potest discere, & non discit.
- 5 Scire melius de se parum, quam nihil, sicut melius est parum lucis, quam nihil. n. 6. Nam & qui nihil scit, nil dubitat nec consulit. n. 7. quavis per accidens nonnunquam peius fuerit parum, quam nihil se re. n. 8.
- 10 Iniustitia omnis peccatum mortale, nisi imperfectio, vel paruitas excuset.
- 11 Concionatores legum peritos facile deprimentes monentur.
- 12 Theologus non despiciat legum peritum, a quo non parum iuuatur.
- 13 Confitens, quo doctior doctiorum requirat confessarium: quo item purior puriorem. n. 1. quod verum est, quantum ad ipsum confessarium. n. 6. Quoniam hi subtiliora & obscuriora fatentur. n. 1. & 1. Quo item parochiani subtiliores sunt & subtiliora tractant, subtilior & doctior debet esse parochus. n. 7.
- 14 Confitens, quo purior, eo exilia fatetur.
- 18 Oppidi manibus cincti parochus qualiserit.
- 19 Confessario non sufficit ea eruditio, quæ prebytero.
- 20 Confessarius omnia scito, quæ mortalia sunt peccata & quæ venialia: saltem quæ, ut plurimum sciuntur, & suo genere sunt talia. n. 21. scito circumstantias necessario confitendas. n. 22. nec refert, in qua illa didicerit lingua. n. 23. excommunicationes a iure latis cum aliis quinque. n. 24. irregularitates quoque. n. 25. Periculum unum confessariorum. n. 29. Scienda hæc, sed non in promptu habenda. n. 30.

- 26 Irregularitate non sublata peccatū tollitur.  
 27 Thomas a Vio bis cum reuerentia relinquitur  
 31 Scientia neq; eminēs, neq; mediocris, sed sufficiēs omnibus sufficit.  
 32 Cōfessario etiam scientia medicatiua necessaria, neq; per remissionē ad alium satisfacit. n. 3.



**A** Ec est quarta pars huius cap. q̄ protenditur vsq; ad versiculū Diligens. cuius prima pars ponit vnum dictū, secunda illius rationem, tertia rationis illius confirmationē. secunda ibi: Oportet. tertia ibi: Iudiciaria.

**S**ūma huius. §. est f̄ iudicem spirituale confessarium doctū esse oportere. Quod probatur primo per rationem ipsius text. quoniam f̄ eum, qui aliquid iudicaturus est, oportet prius illd̄ cognoscere. l. De qua re. ff. de iudic. Facit illud Arist. Ethic. 1. Cæcus male de colorib; iudicat, quoniam illos non percipit. Facit, q; cui alicuius causæ decidendæ potestas conceditur, cognoscendi quoq; de ipsa videtur facta facultas: quāuis nō contra, cui facta est potestas cognoscēdi, censetur facta decidēdi. textus iuris optim; paucis notus in extrauag. Quia quorundā Iohannis. 2. 2. col. 5. de ver. sig. Cōfirmat secundo, quia etiam iudex ciuilibis saltem experiētiā habere debet causarū. l. Certi iuris. C. de iudic. & in. c. 1. de contangui. & affinit. scribitur eum, qui de matrimonio cognoscit, canonū debere habere sciētiā. Quin & causam illiterato non esse cōmittendā dixit gl. in. c. Sciscitatus de rescript. Cōfirmat & tertio hæc conclusio per illud Osee. 4. Tu scientiā repulisti & ego repellā te, ne sacerdotio fungaris mihi. & habetur in. c. Nisi. de renūciati & in. c. Omnes. 38. dist. quod etiā habet omnes p̄fallentes re promittere Deo. In iustificatiōibus tuis meditabor, non obliuiscar sermones tuos. Quod omnes CHRIS Tianos seruare ait esse saluberrimū: necessarium vero illos, qui ecclesiasticā sunt dignitatē adepti. Facit & c. Cum in cūctis. de electio. in princip. quod cū ætatis maturitate & morum honestate literarum quoq; requirit scientiā in cūctis ecclesiæ ministris. Cōfirmatur & quarto, q; regula est iuris lib. 6. Non est sine culpa, qui rei ad se non pertinenti immiscet. Nā & Lamec reprehendit, q; cæcus iacularet & ita iaculādo Cain occiderit. c. Illud. §. Sed obiicitur. 16. q. 1. At nō magis pertinet ad ignoratē confessionē audire peccatorum, q̄ ais iaculādi, ad cæcū. Facit & illud Perſii. Lex hominum naturaq; continet hoc fas  
 Ut teneat vetitos inscitia debilis actus.  
 Diluis helleborum certo compescere puncto.  
 Nescius examen; vetat hoc natura medendi.  
 Nauim si poscat sibi peronatus arator  
 Luciferi rudis, exclamet Melicerta perisse  
 frontē de rebus.

Facit

Facit illud Panor. in. c. Venerabilis. de præbend. sub finem f̄ illū clericū qui suo necessaria officio nescit, peccare, si nō studeat, nisi prematur inopia Quin & ipsemet in. c. Extirpanda. in princip. eodē titulo ait f̄ melius esse nihil scire, quam parū. Quia nil sciens alios consulit, sciolus autem id dedignatur facere.

Quæ conclusio postrema mihi nō videtur vera. f̄ Ita enim se habet sciētia, quoad faciendū, sicut lumen corporale, quoad ambulandū text. in. d. extrauag. Quia quorundā. col. 4. Facit illud Seruatoris Matthæi. 18. Si cæcus cæcū ducat, ambo in foueā cadent. At melius est lucis parum habere, q̄ nihil iuxta illud eiusdem Seruatoris Iohannis. 12. Adhuc modicum lumen in vobis est: ambulate, dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant. Audis enim modicū luminis fuisse tunc Apostolis & audis eo modo duci potuisse: cū tamen, si nihil habuissent, ambulare nō potuissent.

Neq; obstat, q; qui nihil scit, consulit, & qui parū, id dedignatur facere. Nam primo nego illud nil sciētē cōsulturū. Quoniam illustre est illd̄ Aristotelis. Qui nil scit, nil dubitat. At qui nil dubitat, quid te rogo consulēt? Respondeo secūdo exiguā scientiā nō esse causam, q; qui habet illam, peritiores non consulat, sed superbiam mentis, in qua illa exigua scientia inuenitur. Vnde & magna scientia nōnunq; per accidēs nocet iuxta illud Ap̄t̄ 1. ad Corinth. 8. Scientia inflat. & refertur in. c. Nisi. de renūciati. f̄ In se igit & simpliciter melius est scire parum, quā nil: quanq; forte per accidēs obmentis, in qua est, superbiam nocere potest.

Si quis autem me interroget: Quantū oportet scire cōfessariū? Respō deo primof̄ confessariū vndecunq; absolutū oportere, q; totā Theologiā moralem & canonica iura simul cum ciuilibus calleat. Quinimo etiā cōstitutiones synodales & leges ciuiles particulares illius, in qua confessiones audit, prouinciæ, vel diocesis probe teneat.

Mirabere forsan lector me hoc dixisse, & aies, q; canones calleat iustū satis videri & facere. c. Qui episcopus. 23. d. & c. Quæ ipsi. 38. d. At quorsū legum sapientiā in cōfessario requirā? Quorsum? Dic mihi, quicūq; hoc miraris, nōne omnis iniustitia mortale peccatū est, nisi surreptio, vel imperfectio, vel paruitas excuset. quod Thomas receptus docet secūda Secūda q. 59. art. 4. At leges omnes, quid aliud cōtinēt, quam q; illud, aut illud est iustum in illo, aut illo casu? Quomodo ergo, qui non callet illas, consulēt pœnitenti, quid ipsum facere oportet, si quo illorū casuū tenetur? Deinde quæ, te rogo, quæstiones magis confessarios & eos, qui ab illis consuluntur viros doctos torquent, quā illæ, quas pœnitentes mouent dicētes se habere scrupulum super talibus bonis, quæ sic, vel sic empta: sic, vel sic permutata: sic, vel sic ex testamento, vel ab intestato obueniētia tenent? Quas item mouent dicentes se habere litem super talibus ac talibus rebus, nec scire:

o an ce



an cedere debeat liti, an vero illam persequi possint. Quas item mouent: an primogenitus ex primogenio, protogenio, vel maioricatu teneatur iusto matrimonio locare sorores & fratres: an teneatur soluere, quæ debita ipsius præcessor contraxit: an teneatur conferre impensas, quas in rebus maioricatus, siue protogenii præcessor fecerat, & sexcentas alias quæstiones, quæ legum etiam & canonum doctissimos contorquent.

Quamobrem demirari soleo Theologos aliquot, etiam e suggestis de sacrarum legum facultate tam fere humiliter, ne dicam probrose, pronunciare, quam de alea ludendi, seu scortandi arte. Quarum tamen singulas singulos conscientiarum casus decidere eompertissimum est erudito, qui facultatem illam sacram ac cæteras in hoc addiscit, ut licitum ab illicito, æquum ab iniquo discernat. Quod munus esse legum peritorum Iurisconsultus etiam ethnicus ait in l. i. ff. de iustit. & iure. De iustitia enim Theologi generatim dicere sciunt, quid illa est & quotuplex, an sit virtus cardinalis, an omnium moralium potissima, in qua potentia locanda & alia id genus, quæ parum, aut nihil confessorio conferunt. Quod item iniustitia sit peccatum mortale, facile diffinire norunt. At diffinire, quando in iudiciis, in contractibus, in ultimis voluntatibus, & nonnunquam in delictis committatur iniustitia in casibus innumeris, qui præter legem naturæ occurrunt, vires Theologi excedit: nisi legum quoque se peritum fecerit. Quæ dicta esse velim, non quo literas velim cuiquam contemni sacras, & a Theologia omnium facultatum principem lectorem dehortari. Quandoquidem palam est plurimos hortatu nostro se literis deuouisse sacris & plurimos earum partem moralem canonicam adiunxisse sapientiarum ac legalium. In hoc vero ea dixerim, ut, sicut canonum legumque periti reginam hanc veluti a dextris superni regis confidentem suspicimus, adoramus ac veluti attoniti demiramur: ita quoque Theologi arbitrentur non eam confidere nudam, sed vestitu de aurato & circumdatam varietate. Et sapientiam canonicam & legalem adeo non reuere, ut sibi ornandam & a frigore rerum agendarum ignorantiam simul & calore scientiarum plus satis curiosæ regendam illam passim requirere maximeque desiderare & venerari tanquam alterum Neptunum, qui opiniones aduersas & fluctus, veluti furentes, visceraque discerpentes ipsius componat mentesque gloriæ appetentissimas sub pondere contineat ac sedet.

Secundo dico tanta eruditione, vel tam recta vita esse posse confitentem, ut sufficiat confessorio scientia tantum formæ absoluendi eum. De qua in princip. capit. egimus secundum mentem Thomæ de Vio & quorundam aliorum. Quod & si alias mihi placuerit, nunc tamen non penitus placet.

Primo enim, quo poenitens eruditior est, eo confitetur peccata subtiliora & obscuriora, quæque alii minime putant esse peccata. & ideo, nisi confessorius sit eruditus, vix intelligit, quid est illud, cuius se confitens accusat. A deo

longe

longe aberit ab intelligenda peccati, quod sibi aperitur, qualitate ac quantitate. Quod mihi confitenti non semel contigisse testor, dum cogitationis peccata confiterer, dum dicerem: vindictam de lædente non sumpsit, non proposui sumere, appetentiam, quam sensualitas propinabat, non consensit: sed illud non ea vi, quæ me, quæ professionem meam decebat, repuli. Dum item confiterer: missam tali die festo audiui, neque me non auditurum proposui, sed neque tandem mane literis incubui, ut me periculo eam non audiendi exposuerim. At dum illam in vna ecclesia non inueni, constitui mecum ad aliam non ire, ad quam si non iuissem, non audiuissem. Sed quia tardius, quam par erat illuc iui, imo & putans me non inuenturum, non adire decreui. Ideo confiteor me peccasse. Fuit enim confessarius, qui mihi hæc & id genus alia confitenti responderit: Nos eiusmodi peccata fugiunt, neque horum vlla ex parte mordet conscientia. Secundo facit, quia, quo quisque a peccato est purior, eo exilia confitetur. & ita ei, qui ipsum audit, intellectus subtilior videtur necessarius, quam alii. Nam & me audientem puræ vitæ hominum confessiones non parua tenuit dubitatio nescientem, an mortale esset, quod fatebatur, an vero veniale, quo illos ab eo tanquam a mortali, vel tanquam a veniali dehortarer. Quare videtur mihi salua, quæ verior fuerit sententia, & optimorum doctissimorumque confessoris aliquot de respectibus sufficere minorem doctrinam, aliquo tamen respectu maiorem esse necessariam. Et, quoad confitentem quidem, minor in confessorio scientia sufficit: quoad vero ipsum confessorium, quo recte suo munere fungatur, maior videtur necessaria, nisi confitentis illi scientia iuuerit, quod tamen frequenter fit.

Tertio dico non tanta eruditione debere esse confessorium vnius loci, quam alterius. Confessorium enim illius oppidi cuius parochiani subtiliore sunt ingenio, vel portum maris, vel curiam regiam, vel maritima loca, vel emporium aliquod inhabitat, vel contractus subtiliores conficere sunt soliti, maiore indiget & prudentia & doctrina. Facit. c. Oportet. 8. q. 1. & quod in concilio Basiliensi sessio. 3. sub titulo. Sequuntur qualificationes. statutum sanctissime fuit, nempe in oppidis muro cinctis non esse committendam animarum curam eis, qui non studuissent tres annos Theologiæ, vel alteri iuri, vel artium non essent magistri.

Quarto dico eandem eruditionem, quæ sufficit, ut quis fiat presbyter, non sufficere, ut ei animarum cura permittatur. Quo enim idoneus sit presbyter sufficere videtur, quod cantare sciat, legere ac construere verba illius idiomatis in quo est missaturus iuxta gl. 1. receptam Clem. 1. de concess. præbend. Imo & duo posteriora. scilicet legere & construere videntur sufficere secundum Domini. in c. Si pauper. de præbend. lib. 6. At eum, qui iustam de animabus curam habiturus est, oportet earum scire regimen. quod artem artium esse diffinit doctissimus ille Innocentius. 3. in c. Cum sit. de ætat. & quali. Hinc illud Innocentius. quod refert Domini. c. Ei, cui. col. 2. de præbend. lib. 6. potest esse quis

o ii bonus

bonus sacerdos, qui tamen non erit ad curam aptus, quibus ibi consentit etiam Perusinus. Quae conclusio utinam quotidie predicaretur iis, qui per vicarios suis parochialibus sacerdotibus inseruiunt, quotidie (inquam) predicaretur & inculcetur. Eius enim ignorantia in causa est, ut fere omnes sine ullo alio delectu cuiuslibet, qualibet ignorati, modo presbyter sit, animarum sibi commissarum vicariatam concedant, neque requirant: uter doctior sit, sed uter minore mercede inseruiat. Quo fit, ut aliquando miselli vicarii pro dimidio inseruiant oblationum. O parochorum avaritiam. O commendatorum, praesertim coniugatorum, incogitiam. Podus diei ac aestus vicarius portat: vos vero nec digito illa tangitis. Vobis mille pauca videntur, & vicario decem inuidetis.

20 Quinto dico quemvis confessarium, qui audiendis generatim confessionibus praesertim oportere quod habeat scientiam iudicativam. Et ita scire primum, quae hominum acta peccata sunt & quae non: quae item peccata mortalia & quae venialia, & quando in aliquo fuerit dubitatio, sciat dubitare, quo peritiores consulat secundum Thomam in Quarto. d. 17. in expositione litterae. Pro quo facit. c. Ois. de poenit. vers. Sacerdos autem sit discretus & cautus, ut more periti medici superinfundat vinum & oleum vulneribus sauciati diligenter inquires & peccatoris circumstantias & peccati, quibus prudenter intelligat quale debeat ei praebere consilium & cuiusmodi remedium adhibere diuersis experimentis utendo ad seruandum aegrotum. Haec ibi. Conclusio tamen haec  
21 quinta intelligenda est de his, quae ut plurimum sciuntur esse peccata & ex genere suo esse mortalia, vel venialia, ut declarat Antoninus. 3. parte titulo 17. c. 16. §. 1. Pro quo facit, quod alioqui rarissimus reperitur, qui confessarius idoneus sit.

22 Secundo scire debet circumstantias peccatoris & peccati: eas (inquam,) quae necessario sunt aperiendae de quibus in. c. 1. supra. d. proxima in principio dictum est. Non refert autem: an illa Graecae nouerit, an Latine, an Lusitanice, Castellane, an Gallice, praxi, an theoria, modo nouerit. argu. l. 1. §. fin. ff. verb. cum ei annotatis.

24 Ex quo inferitur primo cum Caietano necessarium esse confessario cognoscere primum: si peccator sit excommunicatus, deinde: an teneatur ad restitutionem, tertio: an sit in damnationis statu, puta in voluntate perseverandi in peccato mortali & quidquid aliud simile his inuenias. quarto, an peccatum habeat reseruatum. quinto, an sit, quo ad hoc, tibi subditus.

25 Secundo ex his infero necessarium item esse illi, qui clericos audit, scientiam casuum, in quibus iure inducitur irregularitas. Quamquam Thomas a Vio in illo verbo contra sentit eo motus, quod irregularis a peccato absolui potest non delecta irregularitate. Cuius consentio in hoc posteriore dicto. Quauis extranea inter cunctas de priuilegiis contrarium determinasset. & contrarium sensisset Calderi. consil. 19. de regulari. & Card. in Cle. 1. de priuilegiis. q. 37. Verum tamen puto, quod

quod ait Thomas a Vio. scilicet peccatum sine irregularitate tolli posse. Quod recentiores quidam alii asserunt, & ante illos etiam Card. in Cle. Dudum de sepultura. q. 8. affirmavit. Et probatur, quia sacerdos simplex absoluitur ab homicidio iure communi solo attento. c. Deus, qui. de poenit. & remiss. Non tamen ab irregularitate, quam solus Papa tollit. c. 1. de re iudic. lib. 6. In priori vero dicto. scilicet confessario non esse necessariam scientiam casuum, in quibus irregularitas contrahitur, non illi omnino assentier. Arbitror enim, saltem illum confessarium, qui clericos frequenter audit, debere id scire, vel saltem de illo scire dubitare, quo doctiores consulat. Quoniam muneris confessarii non solum est peccatorem absolueret, sed etiam illi, a quibus debeat abstinere, consulere per principium & finem huius cap. & per versum. Sacerdos. illi. c. Ois. de poenit. Si ergo clericus casum, per quem est factus irregularis, confiteatur mihi: quomodo consulam, ne amplius celebret, vel ne suis ordinibus aliis utatur, donec ab illa irregularitate liberetur? Quomodo item consulam, ut, quod beneficium irregularis quaesuit, relinquat: si nesciero, quibus casibus quis sit irregularis? Quomodo item eum monebo, ut peritiores consulat, vel ipse consulam, si de casu illo nescio saltem dubitare? Praeterea ipsemet Thomas a Vio habet necessarium esse confessario scire: numquam confitens in damnationis statu maneat. Ergo tenetur quoque scire, an presbyter ipsi confessus sit irregularis, praesertim si beneficium habeat in irregularitate quaesitum. Cum enim habeat voluntatem celebrandi & retinendi beneficium illud, in statu malo perseverat arg. c. Sape. de restitut. spoliat. c. Sicut tuis. de Simonia. regula Peccatum de regulis iur. lib. 6. & c. Poenitentia. 1. & 2. supra dist. 3. Quo fit, ut non semel indoluerim auream illi ipsius sumam non addidisse Thomam irregularitatis incurrendae casus.

Tertio infero praedictorum sex, cum talia sint, quibus ignoratis oportet ignorare quoque illa, quae necessario sunt faciendae, vel de necessitate praecipue, vel necessitate sacramenti per ea, quae supradicta sunt in principio. huius cap. tria quidem prima & sextum omnibus confessariis, etiam summis esse necessaria: Quartum vero, videlicet, casuum reseruatorum cognitio non ei, qui potest ab omnibus reseruatim absolueret: neque quintum ei, qui vniuersalis est totius mundi confessarius: quales rari sunt.

Quarto inferitur eum, qui tertium & quartum nescit & alias est idoneus, antequam audiat poenitentem debere illi praedicere, ut doctiores consulat, an in aliquo inciderit excommunicationem & ut quaerat ipsi & faciat copiam casuum in ea diocesi reseruatorum secundum Thomam a Vio. Quod tamen parum placet primo, quod hoc raro, vel nusquam fit. Secundo, quod non videtur sufficere id confessario, praesertim illi, qui toti vni parochiae se praefici passus est. Primo, quod hoc esset cogere parochianum ad sua peccata bis confitendum, saltem indirecte: semel quidem erudito illi, quem est consulturus, deinde parochio huic ignaro, a quo

est absoluendus. Quomodo enim eruditus sciat, an pœnitēs sit excōicat⁹, nisi omnia illi peccata, saltem exteriora narrentur? Secūdo, q̄ per hanc diligentia confessario nō satis fidei fiat: nisi etiā fides fiat omnia illi erudito, qui dicit confitentē non esse excōmunicatū, aperta fuisse. quod nullatenus arbitror faciendū. Tertio, q̄ hoc esset dare ansam, quo illius cōfessuri occulta crimina palā fierent. Quarto, q̄ hac molestia multi a confitēdo retraherentur, Quare f̄ salua, quæ viro illi summo debetur reuerentia, nulli est conuulenda hæc diligentia.

29 Quinto infertur eum, qui hac diligentia non facta & sine hac excōmunicationū scientia confessiones audit, mortaliter peccare, nisi per accidens excusetur: puta, quia pœnitens supplet sciētia. Quia. s. est vir doctus & nouit prædicta, aut quia tali est aīæ puritate, vt præsumatur ab huiusmodi laqueis liber. Facit quia exponēs se periculo peccādi mortaliter, peccat mortaliter iuxta illud Ecclesiast. 3. Qui amat periculū, peribit in illo. et latius trado in. c. 3. infra. d. 7. At, qui sine huiusmodi scientia confessiones audit, periculo se male absoluendi probabili obiicit, vt palam est.

30 Hæc autē scientia non est ita exigenda f̄, vt omnia peccata & excōmunicationes & circūstantias in prōptu habeat cōfessarius: sed satis fuerit, q̄ audiendo cōfessionē sciat dubitare de excōicatione, de reseruatione, de statu restitutione, & q̄ habito consilio, vel recursu ad libros sciat recte iudicare.

31 Facit, q̄ f̄ innocētius receptus in. c. Cum in cunctis. de electio. ait eminētē scientia, quæ sine studio in prōptu cōclusiones omnes soluit, nō esse necessaria, imo neq̄ illam, q̄ mediocri dicitur, per quā in prōptu cōclusiones difficiles soluantur: sed satis esse habere sufficientē, per quam cū studio & librorum reuoluntione conclusiones ad suū pertinentes officiū explicare valeat: Adde, quoad p̄positū, vel per quā peritorū (quos mediocri facilitate inuenire pōt) cōsilio adiutus idē efficere queat. Hacten⁹ de priori sciētia.

32 Septimo dico f̄ ultra prædictā scientia iudicatiua necessaria esse cōfessario scientia medicā, qua. s. agrotanti animæ medeatur. Facit. §. Cognitis infra ead. dist. textus nimirū iuris optim⁹ in. c. Ois. §. Sacerdos. de pœnit. & remiss. Hæc autē sciētia talis saltē esse debet scd̄ mētē vulgaris scētia q̄ Tho. a Vio colligit, vt sciat oleo diuinæ misericordiæ, v̄ vino diuinæ iustitiæ ipœnitētē emollire, despantē erigere, pusillanimē cōfortare, vt habet. §. Cognitis. infra eo cap. aut saltē ad meliorē cōfessariū mittere. Et ita vel p̄ se vel p̄ aliū medicamēta illi ad tantā duritiā emolliendā necessaria opponere

33 f̄ Quāq̄, qd̄ de alio ait Tho. a Vio, & de remissione ad aliū nō facile mihi videt̄ affirmādū arg. c. Qualis. & c. Licet. 2. q. 1. Et qd̄ pastor nō videat̄ suum munerem facere satis, si ouē a se pascēdā alteri remittat. Nemo enī creditori nolenti alium debitorem delegare potest & se liberare. l. Si stichum. §. An. ff. de nouat. & deleg. Præserti, vbi hois industria electa est. l. Inter artifices ff. de

ff. de solut. c. fin. §. fin. de off. deleg. cum his, quæ ibi anno superiore extraordinaria prælectione diximus. Quod autem Thomas & cōmunis videtur admittere, procedere posset in aliquo impœnitēte raræ duritiæ. Non enim videtur necessarium, q̄ paroch⁹ sciat facere illa, quæ rarissime inter homines illius conditionis, cuius sunt ipsius parochiani, cōtingunt. l. Sed & si. §. Quæsitū. ff. si quis cant. A p̄tior huic proposito textus in. l. Fistulas. §. Frumenta. ff. de contrahend. emp.

### 20 Tert. §. Diligens.

**D**iligēs itaq̄ inquisitor & subtilis inuestigator sapienter, & quasi astute, interroget a peccatore, qd̄ forsitā ignorat vel verecundia velit occultare. Cognito itaq̄ crimine varietates eius nō dubitet inuestigare locū & tēpus & coetera, quæ supra diximus in exponēdiā corū qualitate.

### SVMMARIA.

- 1 Confessarius interrogato, sed non de minus pertinentibus. n. 2. nō de incōsuetis peccatis. n. 3. non de Venerorū circūstantiis non necessariis. n. 4. alioqui contumitator confessionis erit. n. 5. Imo confitentē a talibus prohibeat. n. 6. nec ante interroget, q̄ pœnitens, q̄ meminit offerat. n. 8. interroget, an ipsi subit. n. 10. non tamē, qui sit. n. 11. pōt, non tamen tenetur præinterrogare, an sit in malo statu. n. 12. & n. 13. præinterrogat & de peccatorum præmeditatione. n. 14. interrogationes qui scripserint. n. 15.
- 7 Confessarius mortaliter peccat, quoties putat confitentē tacitum ire quid necessariū, nisi interrogetur, & non interroget.
- 9 Cōfessioi quasdā interrogatiōes esse præabulas, quasdā subcutaneas.
- 15 Peccatori præcogitatio quandoq̄ orattitur.



**H**ac parte quinta colligo primo interrogationes a cōfessario esse faciendas. Hic ipse textus refertur etiā a Magistro Sentent. in Quarto. d. 19. c. fin. cōsent. c. Ois. de pœnit. ibi: diligenter inquirēs & peccatoris circūstantias & peccati. Facit, q̄ cōtingere potest, vt cōfessarius intelligat pœnitētē ex obliuione, vel verecundia omittere aliqd̄ peccatū. Quo casu, nisi interrogaret, mortaliter peccaret confessarius secundū Angelū verb. Interrogatiōes. Cōtingit et̄ aliquā vt cōfessario ipsius cōsciētia dicit̄ faciēdas esse interrogatiōes, ergo tenet̄ c. fin. de præscript. Facit, q̄ multi vadūt ad cōfitendū peccatū tali præmeditatione præmissa, q̄ sine interrogatiōe cōfessarii qd̄ nō sufficiat: cū illa vero esset sufficiens qd̄ supra latius in c. fin. in. 10. cōditione iuxta cōfessiois dictū fuit.

Contra tamen hoc facit primo: quod si ex obliuione, vel ignorantia tacet peccata poenitens, nullatenus peccat, & ita non apertis aliis potest absolui pro ea, quae diximus in c. Consideret. §. Cautus. supra. d. praecedenti. Secundo facit, quod si ex verecundia tacet, peius erit, si postea interrogatus metiatur. Quod inter eos, qui necessario vni confitentur, frequenter factitari quidam autor est. Tertio, quod dato, quod non mentiatur, tamen iam peccauit deliberas pro verecundia tacere. Radix enim peccati in voluntate consistit. c. Nam concupiscentiam. de constitut. c. Qui viderit. 32. q. 6. Quarto facit, quod poenitens interrogatus potest multa peccata per interrogationem discere. quod ei noceret. Et ita confessarius esset causa peccandi. c. fin. de iniuriis. Quinto ex interrogationibus circa Venerea potest periculum nasci & poenitenti & confessario: quod vitandum est Ecclesiastic. 3. c. & c. Iuuenis. de sponsalib.

Pro concordia horum dicendum primo confessarium tria debere seruare in interrogando. Primum quod interroget de peccatis & non de fabulis, vel aliis mendacis. Facit. c. De testio. de testi. quod habet testi super vno articulo induto non credi super alio. Facit etiam gl. recepta, quae postrema est. l. Si quis. §. fin. ff. de petit. haredit. quae habet testem ad vnum articulum praesentatum non debere super alio interrogari. Facit & l. fin. §. Idem Iulianus. ff. de iureiur. quod putatur sing. in eo, quod probat iudicem non debere admittere articulos impertinentes. Pari ratione igitur, qui venit ad confitendum peccata, non est super iis, quae ad ea non pertinent, interrogandus.

Secundum quod non interroget, nisi de peccatis consuetis & quae communiter sunt nota explicite. Querere enim de peccatis inconsuetis & enormibus, nisi generatim & elonginquo, aut veluti aliud agendo & per quandam circumloquutionem, nocet confitenti. quia saepe discit mala, quae nescit. propterea dicitur Proverbio. 11. Qui inuestigator est malorum, opprimetur ab eis. & in l. 1. ff. de quest. prohibetur fieri testis specialis in damnum alterius.

Tertium est, quod non descendat nimis ad particulares circumstantias peccatorum carnalium. Quia ut dicit Philosophus. 3. Ethico. Delectabilia quanto magis considerantur, tanto magis sunt apta mouere. Et ideo talis interrogatio & confessio & confitenti noceret. Sufficit enim habere ultimam speciem peccati in huiusmodi, & circumstantias, quae cadunt sub speciali prohibitione, & elonginquo & cum verbis honestis, vnde nullo modo descendat ad alia specialiter, puta, mulier confitetur quod fuit cognita extra vas debitum, non quaeritur postea, vbi, vel quomodo & alia huiusmodi, sicut quidam faciunt. Quos Angelus contaminatores potius confessionis, quam confessarios appellat: eos dicit ait sapientissime mortaliter peccare huiusmodi se interrogationibus oblectantes ob id pro illas facientes. Adde illud Thomae a Vio singulare praedicto casu confessarium prudenter facturum, si non permittat poenitenti explicare longius illas pollutiones, sed dicat ei, ut secum cogitet verisimile nu-

merum

merum, quoties extra vas naturale fuerit polluta, & vno verbo explicet: toties in hunc modum peccauit. Quod ipsum in peccato mollitiei & aliis similibus casibus faciendum est.

Neque vero quis dicat poenitentem putaturum se non satisfecisse & ideo moestum ac desolatum siue consolatione vacuum rediturum. Quoniam si confessarius docuerit ipsum sufficere, quod peccatorum species exprimat, neque oportere modos illos peccandi obscenos aperire, deseret illum ignorantia, vnde nascebatur desolatio, siue tristitia, & consolatio amplectetur dulcissima.

Secundo principaliter dicimus toties confessarium mortaliter peccare non interrogando, quoties credit aliquid necessario confitendum taciturnum confitentem, nisi interrogetur. Facit. c. Iudicantem cuncta rimari oportet & ordinem rerum plena inquisitione discutere. 30. q. 6. & l. Vbi cunq. ff. de interrogat. actio. Quando vero bona fide credit nil de necessariis a poenitente omissum, siue, quod omnes peccatorum locos ordine suo attigerit, siue, quod paruo ante tempore confessus fuerit, siue, quod eum sciat vita esse rectissima parumque ac raro a Dei via deflectere, non tenetur interrogare: imo nonnunquam id faciendo imprudenter ageret & venialiter saltem peccaret.

Tertio principaliter dicamus confessarium permittere debere poenitenti, ut sine vlla interrogatione confiteatur, quae meminerit quaeque ad confitendum recogitarit siue ordinate, siue confuse illa narret. Primo, quod confessio quodammodo magis spontanea videtur, quae sine interrogatione fit. Secundo, quod ex illius relatione docebitur confessarius, quas partes interrogando debet attingere.

Quarto principaliter dicamus quasdam esse ad confessionem praebulas interrogationes, quasdam vero confessioni subcutaneas & internas. Praebula est interrogatio & necessario faciendae: an confessurus confessarii iurisdictioni sublit, quando id ignorat. Quare ante omnia confessarius ignotum interroget: cuius sit & cuius parochiae, an diplomata & (ne Graecae etiam vocem, sed vsitatam contenas) bulas habeat Apostolicas, vel ordinariorum quibus electio confessariorum sit ei concessa. Quoniam per illa, quae in principio cap. praediximus, absolutio illius, qui iurisdictionem in absoluendum non habet cum exercitio, ipso iure nulla est. Quia nulla est sententia a non suo iudice lata. C. si a non compet. per totum. c. At si. de iudic. Si tamen confessarioasserat confessurus se, vnde cumque sit, posse ab eo, vel iure communi, vel particulari absolui rogareque illum, ne velit cuius sit, vel quis cognoscere, satisfactum est confessario. qui casus nobis iam contigit & ponetur in c. fin. infra eadem. Praebula est etiam interrogatio & necessaria, si multis credimus, quorum de numero est & Thomas a Vio an confessurus aliqua teneatur excommunicatione, a qua confessarius absoluere nequeat: an item in tali sit malitiae statu, quem deserere nolit, puta, si est vsurarius, qui ab vsuris exercendis non sit

fit abstēturus: cōcubinarius, qui concubinā nō sit abiecturus: tyrānus, qui tyrannidē non sit depositurus: occupator alienorū sine illorū restituendorū voluntate, multa sine causa obtinēs sacerdotia, quibus animarū regēdarū cura inest, qui tamen nullū sit illorū relicturus.

Pro hac opinione facit, q̄ huiusmodi homines frustra quis audiat. Frustra enim expectatur euentus, cuius nullus sequatur effectus. c. Cum cōtingat de offic. deleg. At huiusmodi homines confessarius nequit absoluere: igit̄ frustra eos audiet. Facit, q̄ nihil est cū scādalo faciēdū. c. Nihil. d̄. præscrip. c. 2. de oper. noui nūc. Sed scandalū est confitenti, si posteaq̄ totam suā vitam confessario aperuerit, audiat ab eo: Non possum te absoluere.

Contra tamen hanc conclusionē facit. c. Quod quidā. de pœnit. quod habet confessionē illius, qui a peccato recedere nolit, non esse respiciendā, sed audiendā. Facit & .§. seq. qui totus videtur esse in docendo cōfessario & exhortando, quo peccatorem nondū satis contritū in contritionē ducat peccatorū. Facit, quod supra in .§. Caueat. dixi: aus sacerdotē egere sciētia curatiua, siue medicatiua. Facit, quod frequēter fit, vt monitionibus & exhortationibus sacerdotis, quæ post confessionē fiunt, pœnitens cōteratur. quod subindicat. §. sequens. Adde, q̄ experientia docet eū, qui confessus est peccata sua, multo sollicitiorē esse, quo absoluat, ne pereat illi labor ille grandis in præmeditandis & confitendis peccatis susceptus, q̄ ante cōfessionem. Facit q̄ confitens integre omnia peccata sua sine pœnitentia & sine voluntate suscipiendi absolutionem satisfacit præcepto de confitendo. qd̄ probabile putat. Adrianus in Quarto de confessio. dubio. 4. Ergo audiēda est confessio huiusmodi. Hoc tamen fundamentū postremū fragile arbitror & falsum, vt infra ead. c. fin. n. 183, dico. Per alia vero supradicta fundamenta non auderē dicere hanc interrogationē esse necessario a cōfessario faciendā: quāuis eam fieri posse licite non denegē. Negarē tamen respicere debere confessariū illū, qui vellet confiteri, nō obstante cōminatiōe de nō absoluendo illū, si saltē esset ipsius parochus & tēpus q̄ dragessimæ.

Præambula est etiā & necessaria interrogatio, qua querēdū est, an iusta diligentia præmeditatus fuerit pœnitens peccata sua. Nā fieri nō potest humanitus, vt qui longo iam tēpore non est confessus & assuetus est frequēter peccare, si subito nil præmeditatus ad confessionē veniat, satis integre sua peccata confiteatur, etiam si confessarii iuuetur interrogationibus. Et ita, si comperit pœnitentē confessarius sua peccata minime præcogitasse, debet eum dimittere, quo ante præcogitet, q̄ confiteatur, modo necessitas aliud non suadeat: vt quia mors aut naturalis, aut violēta iminet, aut sine scandalo nequit differri cōmunio. Tūc enim sufficeret pœnitentia omittæ prædiscussio cū ea, q̄ illi fuerit possibilis peccatorū recordatione argumento. c. 1. infra. d. seq. & tradit Adrianus de cōfessio. dub. 6. post quintā. q.

Quid

Quid tamen agendū, si non habet compertū cōfessarius, sed solū suspicatur pœnitentē non adhibuisse iustā in reminiscendo peccata diligentia. Quid item, si pœnitens cōfiteatur se non satis conscientia examinasse, qd̄ fere omnes confitetur. distinguendū est, vt supra in decima conditione confessionis in ultimo cap. est dictum.

Quinto principaliter dico alias esse interrogatiōes, quæ ipsi cōfessionibus subcutaneæ sunt & intraneæ, quas vnusquisq; pœnitēs sibi anteq̄ confiteatur facere debet: saltē, qm̄ multo iā retrolapso tpe nō est confessus. Quæ cōscriptæ fuerunt primū ab Hostiensi tit. de pœn. §. Quæ interrogatiōes. Deinde multo diligentius ac ordinatius ab Angelo in verb. Interrogatiōes. Posteos Thomas a Vio perspicatius tractauit eas, q̄ ad decē præcepta pertinet: nō tñ eas, q̄ ad alia vitia, & q̄ ad personarū status attinet. Quæ, qm̄ vtrobiq; videri possunt, hic eas nō attinge, neq; alios, qui hoc ipsum fecerunt noio.

### ¶ Tertus. §. Quibus cognitis.



Quibus cognitis adsit beniuolus paratus erigere & secum onus portare. Habeat dulcedinē in affectione, pietatē in alterius crimine, discretionē in varietate. Adiuet confitentē orando, elemosinas & caetera bona pro eo faciēdo. Sēper eū iuet leniendo, consolando, spem promittendo, & cū fuerit opus, etiam increpando. Doleat loquēdo, instruat operādo, sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudii. Doceat perseverantiā, caueat, ne corruat, ne iuste pdat potestatē iudiciariā. Et si vere poenitet, vel si poenitentia possit ei acquirere gratiā: non tamē mox restituit in potestatē primā. Et si enim Petrus post lapsū restitutus fuerit & saepe lapsis sacerdotibus reddita dignitatis sit potestas: non tamen necesse est, vt hoc omnibus concedatur, quasi ex autoritate. Inuenitur enim autoritas, quæ cōcedit & quasi imperat. Inuenitur alia, quæ minime cōcedit: sed vetat quæ scripturæ non repugnant, sed concordāt, si locus & tempus & modus poenitentiae pacē adhibeāt. Cū enī tot sunt, qui labuntur, vt pristinā dignitatē ex autoritate defendāt & quasi vsu peccandi faciant sibi rescidēda est spes ista. Si vero locus est, vbi ista non concurrāt, restitui possent, qui peccant. Itaq; pōtifer iustus & perfectus atq; discretus non cogitur in os sacerdotes semper abicere, nec mox restituere, nisi statutum fuerit a Romano Pontifice.

SVM

## SVMMARIA.

- 1 Confessarii octo conditiones, earū aliquot necessariae. n. 2.
- 3 Confessarius onus poenitentis de consilio tantū portat.
- 4 Poenitēs vere an ad pristinā dignitatē restituatur, disputatur & .n. 6. cōcluditur eum restitui filiorū Dei numero honestiori: nō autē ad innocentia. n. 7. neq; in ecclesiastica dignitatē, si nullatenus, vel negligenter eum poenitet, vel irregularitatem contraxerit, nisi dispensatio accedat alioqui sic. n. 8. & nisi dispensatione scandalū obuiet. n. 11.
- 10 Irregularitas omnis iure positiuo.

**H**A Ec est pars sexta, quae duas partes habet: prior enī vsq; ad versic. Et si. docet confessarium, qualem se in cōfessurū exhibere debeat, posterior vero nempe ab illo versic. Et si, in finē vsq; docet non semper restituendū eū, qui peccauit.

- 1 Ex priore parte videtur colligi f̄ verū esse confessariū habere debere octo conditiones, quae in illis duobus versic. a Thoma in fine. d. 17. relatis continentur.

Confessor dulcis, affabilis atq; suavis.

Prudens, discretus, mitis, pius atq; benignus.

- 2 Quae omnes, quāuis explicite in hoc. §. non probantur, satis tamen implicite continētur f̄. Earum illae solae vidētur necessariae, quas in principio huius cap. & aliis. §. §. discussimus. s. tam inquisitiua, quam iudicatiua prudentia & bonitas, obseruantia item secreti, de qua in. c. pen. infra ead. dist. dicemus. Aliae autem tantū ad maiore confessarii perfectionē pertinet.

- 3 Ex quo infertur, id qd̄ in hoc. §. continetur. s. f̄ q; confessarius iuuet poenitentem, quo portet onus, hoc est, q; oneris partem sumat, nō esse necessarium: nisi forte alioqui videret fratrem periturū, secūdū quod & omnia consilia quoad animi praeparationē necessaria dicuntur. c. Paratus. 23. q. 1.

- 4 Ex posteriore parte colligitur poenitentē ad pristinā dignitatē nō semper restitui. Pro quo facit primo illud Hieronymi. so. d. Quicumq; dignitatē diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animā saluare. Reverti enim in pristinū gradū difficile est. Facit & illud Innocentii in. c. Canones. infra eadē dist. so. A pud Niczam constituti canones poenitētes etiā ab infimis officiis excludunt. Et illud Ezechielis. 44. Leuitae, qui recesserunt a me, nūquā appropinquabūt mihi, vt sacerdotio fungant. Facit & c. Hi qui. ead. so. dist. Hi, qui sancto altari deseruiunt, si subito in flēda carnis fragilitate corruerunt & domino respiciente digne poenituerunt, officiorū suorū loca recipiant, vt non possint ad altiora officia vteriq; promoueri. Quod autē f̄ aliquando ad pristinā dignitatē redeāt facit illud Lucae. 15. Gaudiū erit super vno peccatore poenitentia agēte magis, q̄ super nonaginta nouē

iustis

iustis, qui nō indigent poenitentia. Facit &, quod de errāte oue ibidē dicit pii pastoris humeris ad ouile reportāda, etiam nonaginta nouē, q̄ perditae non fuerāt, in deserto relictis. Facit &, quod Gregorius ait in. c. Quia sanctitas. so. dist. ibi. Post dignā satisfactionē credimus hominē posse redire ad suum honorē. Facit & c. Cōtumaces. ead. dist. in illis verbis: Cōtumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigātur ita, vt, cū eos poenitentia correxerit, gradū suum dignitatēq; recipiant.

Quo haec omnia concilientur & sciatur, quando & ad quā pristinā dignitatem a lapsis redeatur: dico primū f̄ peccatorē per verā poenitentia semper redire ad illā pristinā dignitatem. qua inter Dei filios per gratia cōputabatur. Quod significat parabola illa Lucae. 15. quae habet, filio prodigo poenitenti patris iussu stolā primā fuisse restitūtā. Imo semper redit ad maiore, quia semp ad maiore gratia resurgit. Quod copiose tradunt Ticinēses eruditi in Quarto. d. 22: & pressius, non tamen hebetius Parisienses ibidē. Quāq; nonnunq; ad aequalem tantū resurgere opinio habeat Thomae. qd̄ latius discussimus in. c. Pium. supra. d. 7.

Secundo vero dico f̄ non restitui ad secundariā dignitatē. s. innocentia, de qua in eadē parabola gloriabatur filius senior dicens: Ecce tot annis seruiuo tibi & mandatū tuū nunq; prateriui. Pro innocentia liquidē stola byssina poenitentiae vestientur stola pellicea, sed pura.

Tertio vero dicamus eos, quos errorū haud poenitet in pristinā ecclesiasticā dignitatē nō restituēdos. c. Domino. so. dist. neq; itē illos, qui negligenter poenitentia agunt. c. Si quis diaconus. eadē dist. Neq; itē, quos perfecte poenitet, si peccata eorum irregularitatē habebant annexam. c. Si quis vidua. eadem dist. & c. fin. de tēpor. ordin. Neq; si scandalū inde oriatur. c. De his. so. dist. & praedictū. c. fin. quod habet omne crimē graue notoriū, etiam post poenitentia, impedire celebrationē. f̄ Alioqui autē redire possunt & redeunt etiam sine dispensatione. Nā cum dispensatione saltē Papae omnes redire posse non est dubiū. f̄ cum omnis irregularitas iure sit inducta positiuo secūdū Innocent. receptū in. c. Ad audientia. de homicid. quod late tractauimus in. §. 1. de consecrat. d. 1. Quāq; propter scandalū, cuius tollendi potestas apud Papā non est. c. Cum teneamur. de praeben. c. Si quando. cum ibi annotatis de rescriptis. nonnunq; lapsi aliquot & impoenitentes redeunt quidē ad pristinā dignitatem securi, quoad foris exterius Papa in hoc leges suas remittēte, nō tamē iudicio meo sine offensa maiestatis diuinae, quoad forum interi⁹. Tam pecuniq; omnia obediunt & vltima, vt ille ait, de moribus est q̄stio. Per haec omnia praedicta possunt conciliari, si quis ea satis perpendat.



Textus. c. pen. Gregorius.

Sacerdos



**S**acerdos ante omnia caueat: ne de his, qui ei confitentur peccata sua, alicui recitet, q̄ ea confessus est, nō propinquis, nō extraneis, neq; qđ absit, p̄ aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur ⁊ omnibus diebus vitæ suę ignominiosus pegrinādo pergat.

### SVMMARIA.

1. Cōfessari⁹ peccata celato, ratio hui⁹. 1. n. 2. ratio scđa. n. 31. tertia. n. 32.
2. Peccat contra legē naturæ, qui vitiū secretum in dedecus alterius palā facit, siue illud naturale sit, siue volūtariū, siue verum, siue falsum. n.
4. Ergo, qui schædulā aliena peccata continētē vulgat. n. 8. imo & nō nunq̄, qui eā legit. n. 9. & qui alienā epistolā clausam aperit. n. 10.
5. Libellū famosum cōponere, aut repertū palam facere graue peccatū, & grauius famā læsam non restituere. n. 6. non tamen, quia violat secretū, qui repertum publicat. n. 7.
11. Literas alienas aperiēs peccatum iniustitiæ admittit & violat legatos mutos. n. 12. & capitaliter peccat, si vt noceat grauius, id facit. n. 13. vel si noceat. n. 14. non tamen si de consensu mittentis id faciat. n. 16. saltem tacito. n. 17. nec si publica id autoritate fiat. n. 18. exempla alia n. 19. venialiter peccat curiosus. n. 20. capitaliter autē, qui malo animo aperit. n. 21.
35. Adultera olim adulterium confiteri cogebatur.
22. Epistolam, cuius tenorē nescias, deferre nōnunq̄ stulti, eam vero, si acceptas, aperire perfidi.
23. Crimen, qui nouit cōmittendū, quid faciat.
24. Anima vnus illæsa ipsius fama seruāda est, si fieri potest, corpus item & res proximi sine alterius famæ læsione saluanda.
25. Lex minor, etiā naturæ, maiori cedit. & ideo lex de vita proximi seruanda legi de fama ipsius non lædenda, idem. n. 30.
26. Genesius a Sepulueda laudatus omittitur.
27. Matrimoniu contrahendū testimonio vnus impeditur.
28. Opinio Maioris laudati omittitur.
29. Leges aliquot naturæ diuinitus Hebræis mollitæ
33. Statuto vno ēt ea, sine qbus id comode fuari nequit, instituta videri.
34. Confessionis secretū maius, q̄ aliud, quia lege duplici seruandū.
35. Sigillū confessionis quid & quare sic dictū. n. 36.
36. Sigillum secreti naturæ sigillo secreti confessionis superius, hoc illo maius. n. 37.
38. Sigilla hæc violans: capitaliter peccat, sed magis, qui maius, quæ circumstantia

- cumstantia necessario patefaciēda. 39. Quod tamē cuiq̄ dicitur: hoc tibi in confessione dico. non est sigilli cōfessionis. n. 39. at, qui hoc dicit, non peccat. n. 40.
41. Vna de re dicēs de alia negat. s. dissimili, nō de simili, imo neq; de dissimili, si tamen in eo, quod dicitur, similis sit. n. 47. neq; si de vno ideo dicitur, quia frequentius id contingit. n. 48.
  42. Confessionē sacramentalē, qui nouit omnis eam celet. etiā qui casu vī astu nouit. n. 43. etiam si, qui dixit, velit id palā fieri. n. 44. Quia præceptū hoc non super personā, sed sup̄ rē ipsā. s. confessionē cadit. n. 46.
  44. Onere cum suo res transit.
  49. Lex ad alium casum cum sua pœna extenditur.
  50. Intellectus nouus huius cap. & c. Omnes. de pœnitent.
  51. Confessionis sigillum multa, quæ non sunt peccata, continet & nō solū verbalē & directam, sed etiam aliam quāuis relationē. n. 52. Ex quo multa inferuntur in sequentibus, continet etiam tertiā personā in cōfessione licite, vel illicite nominatam. n. 160.
  53. Confessionē reuelat, qui ait: peccatū reseruātū habes. & qui ait grauiā peccata cōmitti in ciuitate, vbi confessiones audiuit, malefacit. n. 54. & qui ait: grauiā mihi confessus est ille, reuelat. n. 55. & qui consulit ita, vt conici queat, de cuius peccato consulit. n. 57. & qui ait se absoluisse. & c. n. 58. & qui iocatur de peccatis in confessione auditis. n. 59. & qui ait: tales non confitentur nisi venialia. malefacit, licet non reuelat. n. 60. & qui ait: illum non absolui. n. 61. & 63. & qui publica peccata publicū peccatorē dicit sibi confessum. n. 62. & 66. confessionis reuelatoris diffinitio. n. 68. quæ non cōtinet eum, qui ait: illū a suis peccatis absolui. n. 69. istamen violaret quandoq; secretū naturæ. n. 71. & 73. Raynaldus non reuelauit Thomæ confessionē. n. 73. non item alius quidā. n. 74. neq; qui ait: tale peccatū didici in cōfessione. n. 75. & 78. imo quādoq; cum fructu fit. n. 80.
  63. Opinio Thomæ a Vio relinquitur, ratio item ipsius. n. 66.
  64. Absolutio multis de causis potest non dari ex animo pœnitenti
  65. Cōfessarius publicos peccatores quomodo ab eucharistia repellat sine confessionis detectione.
  67. Peccator publicus ante publicam emendationē absoluitur.
  76. Opinio Pan. relinquitur, vt plurimū tamē seruāda est alio respectu.
  77. Confessarius raro sine peccato de his, quæ per solā confessionē nouit, loquitur, rarissime si leuis est opinionis. n. 81.
  79. Intellectus cap. nostri. & c. Omnis. de pœnitent. contra Panor.
  83. Exhortatio ad confessionem celandam.
  84. Confessarius eucharistiam occulta tantū confessio & non absoluto negare

- gare publice non potest.
- 85 Pœnitenti dicenti se confessum credendum.
- 86 Episcopis ac proepiscopis recti<sup>9</sup> esset castigare in malo statu perseuerantes etiã, qui confessi cõmunicarunt, q̄ scrupulose quærere, cui sint confessi, qui in bono manent statu.
- 67 Intellectus.c.1. de pœnit. quæritur: primus est, q̄ ad exterius tãtũ forũ pertinet.n.88. secundus, q̄ ad vtrunq; n.100. primus defendit & fortificatur. n.93. & 94. & 95. volenti tamen ob publicã peccata publica imponitur. n.98. sed noua ratione. n.108. tertius intellectus verus sed non literã germanus. n.100.
- 89 Publica peccata semp publice forũ exterius castigato, etiã si solum sit famosum. n.98. quod temperatur. n.99.
- 90 Peccatorũ castigatio exterior ad aliorũ magis fit exemplũ, q̄ ad delinquentis correctionem.
- 94 Excõmunicationis absolutio non est sacramentalis, & ideo clericus quiuis eius capax. n.95.
- 97 Confites nullam vel minimã tenetur acceptare pœnitentiam.
- 101 Peccator publicus secrete pœnitens ante publicã vitæ emendationem ad secretã admittitur cõmunionem, non ad publicã. n.102.
- 103 Pœnitentia grauis post confessionem statim adimplenda imponi nõ debet, si ea nescientibus aliis impleri nequeat, paruã autem lic. 105. & et magnã, vbi tales p̄ paruis subiri solët. 106. q̄ huiusmodi. n.108.
- 104 Opinio Thomæ Aquinatis in dubiũ vocatur, sed declaratur. n.105.
- 107 Festa violans stulte veniam publice petit.
- 109 Confessarius multos similiter pueros audiens errat.
- 110 Iocari non licet habitu monachali, nec verbis sacris, neq; cõmunionando. n.111. & ideo Pasquillus Romanus & alii multi errant. n.112.
- 113 Confessionem alterius audiens astu peccat, eam aliis postea reuelans magis. n.114.
- 115 Confitens taceat, quæ dicta confessarium dehonestarent.
- 116 Confessio, an vilo casu reuelari valeat, & cõcluditur, q̄ nullo. 117. etiã si sit de hæresi cõmittenda. 119. neq; aliud crimen cõmittendũ, etiã si non pœniteat confitentẽ. 120. 121. etiam si de occidendo Papa decretum. 125. & in huiusmodi casibus quid agendũ. 124. nam neq; dispensatio prodest. 130. neq; mortis euidens periculum. 135.
- 117 Opinio Pan. & cõmunis nostrorum omissa.
- 118 Confessionem odiosam fieri pessimum.
- 122 Confessio etiam sine proposito emendandi sacramentalis, neq; vt celandã sit, oportet esse sacramentalem. 123.
- 126 Licentia reuelandi confessionem non datur, nisi iusta de causa & vtili

ac ho-

- ac honorifica confitenti.
- 127 Intellectus.c. Significasti. de adulter. quoad vnũ propositũ & iterũ quoad aliud. n.167.
- 128 Intellectus.c. Nemo. de simonia & reconciliationes omnes non esse confessiones, neq; per eam fieri.
- 131 Papa iubere non potest non obstante scandalo, & licet dispenset sup voto & iuramento. 132. non tamen super confessionis secreto. 133.
- 134 Lege quæ sita non tam adherent, sicut quæ factõ nostro quæruntur.
- 136 Opinio Adriani Maioris & aliorum relinquitur.
- 137 Circũstãtis septem significat, quod ab eis absolutũ nõ significaret.
- 138 Opinio Adriani rem parum expendentis.
- 139 Lex diuina positiua quandoq; præstat diuinæ naturali.
- 140 Confessionis reuelatio ex se mala, vt mendacium.
- 141 Confessarius in testem productus se nil scire dicere potest, non quia nescit, vt homo. 142. sed quia nescit ita, vt reuelare possit. 143. etiã si superior præcipiat sub censuris, vt omnes ea de re aliquid scientes id manifestent. 168.
- 144 Confessarius matrimonio iugere potest, quos nouit ad contrahendum illud impeditos, & ei, quẽ nouit excõmunicatũ, cõmunicare, etiam iure antiquo. 145.
- 146 Confessarius non tenetur se ad cõfitentẽ perinde habere omnino, ac si eum non audisset. Imo quoad ea, quæ ad solum Deũ & confessarium & confitentẽ pertinent, perinde se debet habere, ac si aliunde sciret, imo & quoad alia iuuat. 150.
- 147 Eligenseũ, quẽ sola confessione nouit indignũ, vt peccat ita peccati.
- 148 Opinio Paludani & Adriani omissa. (pœnas luat.
- 151 Confessio de confitentis licetia reuelatur. non quia per illam cõfessarius incipit eam scire, vt homo contra cõmunẽ, sed alia noua ratioe 155. quia non detrahatur quicquam confessioni. 156. licentia tamen sit spõtanca. 157. & ad vtilitatem temporalem, vel spiritualẽ grauẽ suam vel alterius præstita. 158. nõ ad iocum. 159.
- 152 Confessionis probandæ necessitati non fit satis per reuelationẽ peccati extra confessionẽ factã contra Card. S. Xysti & multos alios. imo est periculosum. 153. & falsum noua ratione. 154.
- 155 Opinio Thomæ ac cõmunis omissa.
- 161 Confessarius testari potest de his, quæ per confessionẽ nouit, si ea illi alia patuerunt via.
- 162 Lex ratione sola distinguitur.
- 163 Confessionis reuelatio facile probatur.
- 164 Pœna delicti præsumptione probati extraordinaria.



- 165 Pœna ordinaria huius.c.&c.Omnis.de pœnitent.soli confessorio.  
 168. Probare quod nequis, dicere non teneris.  
 169 Pœnitentiæ aptior diuisio q̄ cōmunis & vnicuiusq; mēbri diffinitio.  
 170 Intellectus.c.Placuit.6.q.2.  
 171 Peregrinationis pœnæ huiuscap. hodie non imponenda.  
 172 Peregrinatio clero ignominiosa impedienda.



**C**OLLIGO PRIMO P̄ SACERDOTE M  
 teneri ad celandū peccata ei confessione sacramentali dete-  
 cta, similitextus in.c. Omnis. de pœnitent. versic. Caueat  
 autem omnino, ne verbo, aut signo, aut alio quouis modo  
 aliquatenus prodatur peccatorem.

### PRIMA DECIDENDI RATIO.

- 2 P̄ Prima ratio decidendi huius capituli est, q̄ naturæ iura præcipiūt, vt  
 3 P̄ quis seruet secretū, quod ei cōmittitur iuxta illd̄ Prouerb. 11. Qui ambulat  
 fraudulenter reuelat arcana, qui autem fidelis est, seruat amici cōmissum.  
 c. Qui ambulat. c. q. c. Nam & iure naturæ debemus proximo, quæ nobis  
 ab eo fieri volum⁹. i. dist. in princip. & Matthæi. 7. At quis nō magnopere  
 desiderat, quod alii cōmittit secretum, nō publicari? Ergo & debet ipse, qd̄  
 4 sibi cōmissum est, seruare. Ex qua ratione decidēdi sequitur primo P̄ cō-  
 tra legē naturālē peccare illum, qui secretū alterius in ipsius dedecus reue-  
 lat: siue illud vitiū sit naturæ, siue a volūtate pendēs, siue verū, siue falsum.  
 5 Infertur & secūdo secūdu aliquos P̄ eum, qui libellū famosum repererit  
 & quæ in illo continentur publicarit contra legē eandem naturæ peccasse.  
 Pro quo facit. c. 1. c. q. 1. ibi: Qui prius eam inuenerit rūpat & c. in. vbi re-  
 fertur ad verbum lex illa rigida, quæ prima est. C. de libell. famos. & habet  
 eum, qui libellum contra famā proximi scriptū simul, ac reperit, nō absco-  
 dit, aut non rumpit: imo dolo palam facit, perinde ac ille, qui eum com-  
 6 posuit capitali pœna plectendum. P̄ Quod multi parum animaduertētes  
 grauitur in hac re diuinam simul & humanam offendunt maiestatem,  
 et suas ipsorum animas graui æris alieni mole: nempe, restituēdi famam,  
 quam denigrarunt, onere misere grauant &, quod plorandum est, vix  
 vnquam eas exonerant. Hoc tamen corollarium nō videtur efficaciter  
 ex hac decidendi ratione inferri. Quia qui talem libellū efficit, & in pu-  
 blicum locum eiecit non eo animo, vt res maneat secreta, fecit, sed po-  
 tius, vt palam fieret. Et ideo dicendū videtur eum, qui talem non absco-  
 dit libellum, peccare quidem aliud peccatū, nempe detractionis. c. Sūma  
 iniquitas. 6. q. 1. Reuelationis autem secreti crimen nō admittere, modo is

libellus

libellus eo animo eiectus fuisset: vt in eo contenta palam fierent.

Infertur & tertio eum, qui reperisset schædulā, quæ alterius peccata cau-  
 sa memoriæ iuuandæ scripta teneret, illa vulgando peccasse. Quoniam illa  
 eo animo scripta erant, vt clam tenerentur. Quo fit, vt iuste responderim⁹  
 olim eū, qui libellum peccata omnia cuiusdam aduocati continētem ipso  
 subita morte arrepto i arcula eius reperit asseruatissimū, grauitur peccasse:  
 non quidē eo nomine, q̄ dixisset se talē reperisse libellū, sed q̄ in eo con-  
 tenta omnia, vel partē illorū amiculis quibusdam palam fecisset.

Infertur & quarto P̄ eum in hanc legem peccare, qui legeret schædulam  
 alterius peccata continentem, cuius initium id indicaret, quia forte sic in-  
 cipiebat: Memoriale peccatorū meorū, quo illa facilius olim, cū opus fue-  
 rit, recorder. Nouit enim, vel certe nosse debuit id esse secretum & eū, qui  
 confecit illam, nemini palam fieri voluisse.

Quinto infertur P̄ eos, qui alienas literas, quæ clausæ sunt, aperiunt, cō-  
 tra hoc præceptum peccare. Facit gl. 3. c. Cū olim. 2. de off. deleg. quæ pro-  
 bata per Pan. determinauit falsariū esse, qui literas alienas aperit. Facit q̄  
 regulariter omnis iniustitia est peccatū mortale secūdu Thomā receptū  
 secūda Secundæ. q. 9. art. 4. P̄ At, qui aperit literas alienas peccatum in-  
 iustitiæ committit. Tollit enim ius alterius. s. aperiendi literas tā mittenti  
 quam ei, cui mittūtur. tollit etiam custodiam, quæ vtriq; illorum cōuenit.  
 Facit etiā, quod iuris gentium est, ne legati violentur. c. Insurgentiū. 1. d.  
 P̄ At literæ quidam legati muti ac inanimes sunt. Adde, quod publicæ fi-  
 dei expedit literarum sigilla inuiolata esse. Et quidem hoc certissimū est  
 P̄ si eo aperias animo, vt nocūmentū notabile ex eo proximo inferas arg.  
 c. Cum minister. 2. q. c. P̄ Certum quoq; si aperias sine tali quidē animo,  
 at nocūmentum fiat. Quia paria, quoad hoc, illa videntur esse. arg. c. Si  
 quis aperuerit cisternam. & c. Si bos alienus. & c. Si egresso. de iniur.

Contra tamen hāc conclusionē & corollaria eius facit primo, q̄ frequē-  
 ter alii aliorum literas aperiunt, neq; talia peccata confitentur, i. nō stultus  
 habetur qui literas, quarum tenores, nescit ad alium deferre forte  
 literas Vriæ. c. Cum olim. 2. de off. delegat. Secūdo facit, quod tenemur  
 aliorum mortem & pericula, si possumus, declinare. Prouerb. 24. Erue  
 illos, qui ducuntur ad mortem. c. Non in inferenda. 2. q. 3. Facit. c. Quan-  
 tā. de sentent. excōmunic. & §. 1. 8. dist. At nonnunquam aliquis secreto  
 alteri dicit: vrbem eā sumus hac, quæ sequitur, nocte incendio subiecturi,  
 illum, vel illum sumus occisuri, tale vel tale malū sumus admissuri, quæ  
 mala impedire nequit, nisi reuelet secretum. Ergo id ei licet, imo necesse  
 est facere. Tertio facit, quod iudici me interroganti & præsertim adiu-  
 ranti super crimine, cuius ipse solus sum conscius, teneor reuelare argu-  
 mento. c. 2. de maior. & c. Debitores. de iure iur. & tenent in specie Panor.

P ii in.c.

in.c. Dilectus. de excessib. praelat sub fin. & c. Omnis. de poenit. col. pen. Quarto facit, qd qui solus scit eum, qui cum Berta contrahere proponit, prius cum ipsius sanguinea occulte rem habuisse ac proinde affine esse illi, cum qua vult contrahere, tenetur illud impedimentum reuelare: & per consequentiam illud crimine occultum arg. c. Super eo. de consan. & c. Praterea, 2. de sponsali. Quinto facit. c. In libro. 2. q. 5. vbi refertur lex illa rigida. c. 5. Numerus, quae habet eam uxorem, cuius maritus zelotypus est, ipso volente teneri palam facere adulterium, quod admisit, quamlibet secretum fuerit: vel certe bibere aquas illas imprecationibus multis subiectas, quibus si verum est, moriatur. Sexto Danielis. 3. legitur ipsum reuelasse crimine illud horrendum, secretum tamen, quo senes illi pestilentes caecidit illam castitate Susanna falso adulterii accusarunt. Postremo, si quis sciat crimine, cuius accusatur Iohannes contraque eum probatur, a Petro fuisse commissum, tenetur reuelare iudici Petrum illius fuisse auctorem, quo Iohannes innocens liberetur. arg. illius facti Danielis & c. Non inferenda. 23. q. 3. Adde quod noster pater Augustinus in ea regula, quam nos ipsius Canonici profitemur, ait: Illius crimen, qui monitus ab eo non vult desistere, aliis testibus ostendendum, quibus conuinci valeat. Ergo non videtur verum contra legem facere naturae, qui secretum reuelat.

16 Ad soluendum horum primum dicendum occurrit in primis illum, qui alterius aperit literas, non peccare, si ex consensu expresso, vel praesumpto mittentis, vel eius, cui mittuntur id faciat. Quo fit ut ille socius, vel amicus non peccet, qui literas ad suum amicum, vel socium delatas in hoc aperit, ne illius negotia iactura patientur graue, vel ut melius fiant: bona fide interim credens neque vllum esse in eo loco, a quo is, ad quem mittuntur, malit eas aperiri, quam ab ipso, bona item fide credens rata habendam esse eam literarum apertione ab illo, cui mittebantur. Id ipsum videtur dicendum. scilicet non peccet, si quod auctoritate publica id facit. quod bellorum tempore in regnorum confiniis factitari videmus. Ob publicam enim utilitatem auctoritate publica, etiam praediis & aliis bonis quis priuari potest. l. Luci. ff. de euetio. l. Item, si verberatum ff. de rei vendit. tradit Innoc. per omnes receptus in. c. Quae in ecclesiarum de constit. Hac eadem ratione fit ut non peccet etiam monachis vel Canonicis regularibus praefectus, vel praefecta, dum aperit eas literas, quas sui ad alios mittunt, vel alii ad suos. Quoniam lege publica id ei licet. c. Non dicatis. 12. q. 1. Neque maritus dum literas uxori missas, vel contra referat. sed neque pater, quando in filiorum suae potestati subiectorum epistolis id facit. Quoniam marito & patri haec & alia maiora iura sunt super uxorem & filios. c. Duo ista nomina. 23. q. 4. l. 1. & 2. C. de patria potestat.

20 Occurrit secundo dicendum peccare venialiter eum, qui ob solam curiositatem sine villo laedendi animo in hoc solum aperit, vel quo rideat phrasim barbaram, vel dictione delectetur eleganti, vel quae pia noua nullius no-

ciua

ciua discat nullatenus aperturus, si praeuideret inde damnum aliquod notabile alicui obuenturum.

Tertio vero dico capitaliter peccare illum, qui eo animo aperit, quo alicui grauius noceat, vel certe apertis illis grauius nocet, ut etiam supra dictum est. arg. c. Poenale. 14. q. 5

Non obstant pro contraria parte citata: Non primum. scilicet illud. c. Cum olim 2. de off. delegat. Quia fateor stultum quidem esse literas, quarum tenore necias deferendas accipere, nisi scribenti fidus: acceptas tamen aperire malae fidei & falsarii est hominis, ut ibidem docetur.

Ad secundum respondeo negando me in eo casu absolute posse, vel teneri ad reuelandum illa crimina committenda. Primo enim debeo dare operam, quo facturis illa dissuadeam. Quod si fecero adeo, ut timeri non oporteat, neque debeo neque possum sine secreti violatione reuelare. Quod si dissuadere nequiuero, at occurrere crimini sic potuero, quo non fiat, neque reuelentur, qui ea volebant committere, id facere debeo. Illa enim lex inuolabis esse omnibus debet, ut quoties animam cuiuspiam seruari potest illa ipsius fama, quoties corpus & res familiaris proximi seruari possunt alterius fama salua, id omnino fiat arg. eorum, quae Seruator docuit Math. 18. dum modum corrigendi proximum se dignum docet. Argumento item eorum, quae nostri super eo tradunt. in. c. Si peccauerit. 2. q. 1. & c. Nouit. de iudic. tradit Thomas secunda Secunda. q. 33. & ante noster pater Augustinus in regula nostra. c. 3. in eis verbis. Magis quippe nocentes estis, si fratres vestros quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. quasi diceret vir pius: Si tacito alterius crimine aliis obuiari potest damnis, nullatenus ea reuelentur. & paulo superius ibi: Statim admonete. & paulo inferius ibi: Ne forte secretius correctus possit non innotescere ceteris. & e duobus poenae malis minus eligendum est. c. Duo mala. 13. dist. Si vero nullatenus occurrere valeo crimini committendo, nisi peccatum aperuero, tunc demum id facere & possum & teneor per ea omnia, quae proxime citabam. At nego illo casu legem illam de seruando secreto habere locum. Quoniam concurrat cum illa lege alia etiam naturae: Eripe illos, qui ducuntur ad mortem. quae fortior est lege illa de seruando secreto. Et per ea, quae late tradidimus in. c. Sicut. de consecr. dist. 1. constat concurrentibus duabus naturae legibus contraria in aliquo casu dicantur standum esse illi, quae fortior est. Fortiore autem esse legem de eruendo quopiam a spiritali, vel temporali morte, quam legem de seruando fama ex eo vel maxime constat: quod sicut bona fama bonis fortunae praestat ita bona fama a corporis excelluntur bonis. l. In seruorum. ff. de poenis, conuictis, que tradidit gl. in. l. pen. §. Ad crimen. ff. de public. iud. & melius in. l. Seruum. §. Publice. ff. de procurat. & in. c. Veniens. de accusatio.

Adter

Ad tertium nego me in eo casu teneri ad reuelandū crimen illud, quod nemo alius a me nouit, si saltem me vere illius pœniteat. Nego item id in specie dicere Pan. in locis in argumēto citatis. Quia licet de occulto loquatur, potest tamē intelligi de occultis prout sunt contraria manifestis, quæ admodū frequenter sumuntur, iuxta quæ Antonius annotauit in repetit. c. Vestra. decohabitatio cleric. Scio tamen in hac re contrariū nuper nō min⁹ eleganter, q̄ copiose scripsisse in eo libello, quem dialogū de ratiōe dicēdi testimonii inscripsit, Genesiu a Sepulueda virū eruditione varia & profūda olim in philosophia rationali, naturali & morali in Complutensī Academia nostrū condiscipulū, nūc vero multis nominibus & in his, q̄ multis literis eum Italia ornauit & vtriusq; linguæ peritia illustrauit suspiciendū. A quo tamen non studio dissentiendi, cum ei per omnia consentire cupiā sed veritatis (ni fallor) pondere victus discedā in ea repetitiōe, quam in. c. 2. de cōfess. quem cum titulo de probatio. prælectiōe horæ primariæ hoc anno interpretor, tum habiturus.

Ad quartū concedo me debere illam affinitatē & per consequens crimē vnde illa manauit, occultū reuelare, si ipse a me monitus a cōtrahendo illo matrimonio noluerit desistere, etiam si illā probare nequiverim: quāuis id Maior in Quarto. d. 21. neget. Quoniam f̄ ad impediēdū matrimoniū nondū contractū vnus viri de impedimēto testimoniu sufficit casus sing. secundū Aret. ibi in. c. Præterea. secundo responso de testib. & eū cōmēdat Romanus sing. 616. Dictū vnus. Nam & sola fama id efficit casus in. c. Super eo. de cōiangu. putatus singul. Ludo. Roma. in illo suo sing. & Dec. c. 1. de appellat. col. 4. Maior autem f̄ vir alioqui eruditus & acer, quia hoc iuris secretum ignorauit, ideo in materia secreti errasse videtur non erraturus certe, si aduertisset vnus solius dictum ad probationem plenam in hoc casu iustificere.

Ad quintum respondeo olim f̄ Hebræis fuisse illam legē durissimam cui Domini benignitate ob eorum duritia & alios respectus aliæ quoq; leges concessæ fuerunt, quibus lex naturæ per quandā dispensationē temperata fuit: qualis erat lex libellum repudii permittens, qualis item lex de multis vxoribus vno tempore habendis. Hodie vero illa lex: quippe, quæ iudicialis erat, cessauit. 6. dist. §. fin. & ita non obstat.

Ad sextum respondeo, quemadmodum & ad primum f̄. s. legem de secreto seruando non ligare, quando cum alia lege se fortiore cōcurrit: qualis est de innocente tuendo.

Et eodem modo respondetur ad postremū similiter & ad ipsius additionem, quæ in regula nostri patris Augustini fūdat. Quoniam lex de anima proximi seruanda arctius ligat, quam de illis fama tuenda: & ideo, quando iam proximi fama seruari nequit cum ipsius anima, curandum est:

est: quo potius fama pereat, quam anima CHRISTI sanguine redempta arg. c. Sancimus. 12. q. 1. Quia de duobus malis (vt supra tāgebā.) minus est eligendum. c. Duo mala. 13. dist.

### ALTERA RATIO DECIDENDI TEXT.

Hactenus de ratione prima decidendi & de conclusione, quæ ex illa inferebatur, cum ipsius confirmatione & cōfutatione sit dictū. Altera ratio decidendi est, q̄ confessarius vices Dei gerit: & ideo, quod Deus ipse faceret, ipse quoq; tacere debet iuxta illud: Quæ ratio mouet delegantē, eadē & delegatū mouere debet. c. Super literis. de rescript. At deus illud peccata vult occultari. Quoniam quæ cōdonat tegere dicitur, iuxta illud: Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Igitur & confessarius illa celare tenetur. Hæc tamen ratio fragilis videtur primo, q̄ multi alii præter confessarium tenentur celare peccata, vt postea dicetur: qui tamen locū Dei non tenent. Secundo, q̄ multorū cōfessio est celāda, quibus neq; condonata sunt peccata, neq; absolutio a confessario præstita, vt paulo post dicetur.

### TER TIA DECIDENDI RATIO.

Tertia ratio est, q̄, qui instituit aliquid, omnia illa censetur instituisse, sine quibus illud consistere nequit arg. c. Præterea. de offic. deleg. & l. 2. ff. de iurisd. omni iudic. f̄ Imo & illa sine quibus id comode fieri nequiret text. 1. pen. ff. de usufruct. & in l. Quicumq; §. Si ei, qui ad vēdendū ff. de instit. actio. Per quos ita tenet Aretinus in. c. De testibus. col. 3. de testi. quem in multis locis probat Deci⁹, At supra in sūma dist. s. probauimus cōfessionē & eā faciendī necessitatē institutā esse ab ipso Seruatore CHRISTO ergo saltem tacite & per quandā consequentiā videtur etiam ea instituisse sine quibus confessio vel fieri non possit, v̄ saltē non comode. At cōfessio a nemine fieret, a nemine amaretur, imo esset omnib⁹ exosa, nisi sūme secreta seruaretur, vt experientia docet: quin & iugū quoddā importabile esset cōtra illud: Iugum meū suaue & onus meū leue. Matthæi. 11. Et ideo lex de celanda illa per ipsummet Seruatorē lata videtur. quod tenet Thomas in Quarto. d. 21. q. 3. art. 1. q. 1.

Ex qua ratione decidendi sequitur primo maius esse cōfessionis sacramentalis secretū, quā aliud quodlibet. Quoniā ad illam celandā tenemur tā lege naturæ, q̄ lege diuina positiua, ad alia vero secreta lege naturæ tātū.

Inferitur secundo verū esse, qd̄ quidā ait, sigillū secreti naturæ superius esse ad sigillū secreti cōfessionis sacramentalis. Sigillū enī in hac materia

- nil aliud est, quā debitū, vel obligatio celandi aliquid scđ; Thomā in Quarto d. 21. q. 3. art. 1. q. 3. Appellat autē sigillū per metaphorā. Quē ad modū enī sigillū rem celatā tenet, quo nō aperiatur, nec palā fiat, quod sigillo clauditur. l. 1. §. fin. & l. Cū ab initio. & l. Si quis ex signatoribus. ff. quemad. test. aperi. ita debitum, vel obligatio tenendū aliquid secretū efficit. ne res aperiatur. Et ita f̄ sigillū secreti naturæ nil aliud est, quā debitū, vel obligatio celandi aliquid iure naturæ inducta. et sigillum confessionis nil aliud, quā debitum, vel obligatio celandi confessionē. Et ita omne sigillū confessionis est sigillū secreti naturæ, non cōtra omne sigillū secreti naturæ est cōfessionis sigillū. quod consequitur sigillū secreti superius esse sigillo cōfessionis.
- 36 Infertur & tertio f̄ sigillum secreti confessionis non pati exceptiones, quas sigillum secreti nudum. Nō enim pro necessitate spiritali eius, qui confessus est, vel pro scandalo euitando licet detegere, vt est casus in hoc. c. Sacerdos. ibi. neq; pro aliquo scandalo. sicut licet, quādo nudū occurrit secreti naturæ sigillum, etiā si vestiatur iuramento de non referādo, seu reuelando illo per multa, quæ supra diximus.
- 37 Quarto infertur, q; quanq; frangens quodcunq; horum sigillorū mortaliter peccat, grauius tamen, qui sigillū confessionis rumpit, quam, qui sigillum secreti: sicut grauius peccat, qui iurauit celare, quam, qui solū promisit. c. 1. 22. q. 1. & gl. in c. Iuramenti. ead. c. & q.
- 38 Quinto infertur f̄ circumstantiā necessariō confitendā esse illā, qua violatio secreti naturæ in violationē secreti confessionis transit. Omnis enim illa circumstātia, quæ speciali prohibetur præcepto, est huiusmodi, vt late dictū fuit in c. Consideret. in princip. supra dist. præced. At hæc circumstātia speciali probibetur præcepto, nempe lege diuina positiua de celanda cōfessione tacite lata.
- 39 Infertur & sexto eum, cui aliquid dicitur cū protestatiōe: Hoc tibi dico in confessione, vel quasi in confessione f̄ non teneri confessionis sigillo, licet teneatur naturę secreto secundū Innoc. in c. Omnis. prope finē. quem Pan. cū cōmuni ibi sequitur de pœnit. Et, quāuis Paluda. in illa. d. 21. q. 3. & Adrianus in illo dubio. 10. col. 4. post quintā quæstionē de confessione videantur contradicere: tamen per ea, que paulo post dicunt, apparet eos in hac eadē esse opinione, dum aiunt eū, cui aliquid cum illā protestatione cōmissum est, teneri quidem secreti sigillo, non autē confessionis. et ideo, si superior præcipiat, ad reuelandū teneri. Et merito quidē: nā aliud est dicere: hoc tibi dico in confessione. & aliud longe confiteri peccata suā culpā agnoscedo.
- 40 Infertur & septimo secundū Palud. in illa. d. 21. q. 3. f̄ irreuerentiā videri facere sacramento eum, qui tradit, vel recipit in confessione illud, quod nō est confessio: cum nihil sit æque celandū, atq; id, quod confessione scitur. Sed videtur illud nimis scrupolose dictum primo, quia non est mens. ho-

minū

minum dicere, vel facere per hoc cōfessionem, vel confessionis sigillū, seu etiam obligationem celandi æqualem illi, quæ per verā confessionē contrahitur: sed solum est mens obligandi sub graui peccato ad celandū, sicut & sub graui per confessionē esset obligatus, quamuis non sit par grauitas intransgrediendo. Simile huic est, quod quidam dicunt: Nolo, vt mihi iures, sed promitte te seruaturum, ac si iurasses. Secūdo nimis scrupulosum videtur illud Paludani, quia quāuis cuperent æqualitatem esse vinculi, nō propter hoc videntur minus sacramentū reuereri. Quemadmodū, si quis in sæculo manēs ad castitatē pari se vinculo cuperet obligatū, ac si votū solenne fecisset, nullam certe iniuriam voto solēni faceret, imo potius reuerentiā illi exhiberet. Magni enim facere castitatē voto solēni debitā species est reuerentiæ & honoris. Pari ergo etiam ratiōe magnificare cōfessionis secretum species erit reuerentiæ, non iniuriæ sacramenti pœnitentiæ. quod & Adrianus sensit.

☞ QVAESTIO PRIMA TEXT.  
INTERPRETATIVA.

Visis igitur decidēdi rationibus, quæb; primo: Quis hoc sigillo, siue obligatione debiti celandi confessionem tenetur? Et videtur, q; solus confessarius. De nullo enim alio iure diuino, vel humano cauetur ipsum hoc sigillo teneri. cap. enī præfens de solo sacerdote ait: & nulli est dubiū, q; de solo sacerdote cōfessario intelligi debeat. Illud item. c. Omnis, de pœnit. de solo proprio sacerdote loquitur. neque citare quis alium textū potest, qui de alio id statuatur. Secundo facit q; qui de vno dicit de alio negare videtur. c. Nōne. de præsumptio. l. Cum prætor. ff. de iudic. At capitula prædicta sacerdotibus silētium huius rei imponūt: ergo alios ab onere illo absolunt. Neq; mihi respondeas illud Domi. in c. Qualis. 25. d. nempe f̄ qui de vno dicit de alio dissimili negare, non autem de alio simili argumentō c. Si tibi absenti. coniuncta. gl. 1. de præbend. lib. 6. Quæciā nemo negauerit dissimiles esse confessariū & aliū, qui casu, vel alias confessionē alicuius audiuit. Primo, q; confessarius eam, vt Deus nouit, alii vero, qui casu vel astu, vel illicita relatione didicerunt, non, vt Deus nouerūt, sed vt homines. Secundo, q; sacerdoti confitetur quis ipsius taciturnitati fidens: & ideo magis tenetur, quam alius, cui non ea fiducia reuelatur. Imo quādoq; illi in hoc panditur, quo magis euulgetur. Facit etiam, q; Hostiensis, quē Collectarius sequitur & a quo nemo, quem viderim, recedit in prædict. c. Omnis de pœnit. col. pen. dixit soli sacerdoti imponendā pœnā ordinariā huius. c. & illius cap. Ois. aliis autē arbitrariā. & ita sentit eos dissimiles esse.

Contrariā tamen partē docuerunt Thomas, Paludan. & ad vnū omnes in Quarto. d. 21. adeo, vt eorum sentētia f̄ omnis, qui alicuius cōfessionē

41  
sacra

sacramentalē nouerit, siue clericus fuerit, siue laicus: & siue licite, siue illicite siue immediate, siue mediate id didicerit, ad celādā illā hoc sigillo teneatur.

Ex quo inferitur, q̄ nō solum sacerdos, cui fit cōfessio, & laicus, cui propter necessitatē aliquis cōfiteatur iuxta. c. i. in p̄cip. supra ead. & interpres, per quem linguā ignarus confitetur sacerdoti, confessionē tenetur celare: 43 sed etiā is, qui calu, vel astu alicuius confessionē audiuit, item is, cui causa consilii petendi reuelata est. Quin & etiam is, cui causa detrahendi & infamandi confessum, panderetur. Pro quibus omnib⁹ facit, q̄ res, ad quē cunq; transeat cum onere suo trāsit. c. Ex literis. de pignori. c. Pastoralis. de decimis. l. 2. & 3. C. qui caus. pignus tacit. contra. At cōfessio simul ac facta est ita, vt formā habeat sacramentalis: habet illud onus annexum, quo taceri debeat oīno & sileri. Ergo ad quēcūq; perueniat, cū onere suo peruenit.

Contra quā videtur facere id, quod superius dicebamus sigillū secreti naturā superius esse, quā sigillū secreti confessionis ita, vt, quod non cadit sub sigillo secreti naturā, neq; cadit sub sigillo secreti confessionis. Sicut, quod non est animal, neq; homo est. Si igitur cōfessarius, vel quiuis alius dicat alicui: Hoc & illud didici ab hoc & ab illo per eorum confessiones ea tibi reuelo, non quo celes, sed, quo magis publiques. Is non tenetur sigillo secreti naturā, ergo neq; confessionis.

45 Sed respondeo ad hoc negando. In eo casu eum, cui sic reuelatur confessio, non teneri sigillo secreti naturā. Quoniā tenetur, nō quidem ex modo reuelantis, sed ex ipsa rei natura, q̄ secretū exposcit, velit, nolit, qui reuelat & velit nolit, cui reuelatur.

No obstant quæ pro contraria parte allegabātur: non primū. nego enim nulla lege diuina, vel humana prohiberi aliū, q̄ sacerdotē a reuelanda cōfessione. Nam, quod memorabile duco, lex illa diuina, quæ tacite colligitur ex confessionis institutione, non continet illud. s. ne sacerdos eam reuelet. Sed ne vlli reueletur alicuius confessio sacramentalis, ita, vt obligatio secreti seruādi non in personā primarie cadat, sed in rem ipsam. s. cōfessionē. Sicut ius pignoris non cadit in personā rem ipsam pignori tradentē, sed in rem ipsam pignori traditā: vt ad quēcūq; perueniat, semper cum suo pignoris iure ac onere transeat, quod prædictis iuribus probatur.

Non obstat etiam secūdū, cui satis est in ipso argumento responsū vsq; ad replicā. Ad quam dico, q̄ & si sacerdos confessarius & alii non sint omnino similes, quoad oīa: tamen quoad rē & qualitātē primariā similes sunt. Quia ad omnes pariter illa confessio tranlit suo secreti onere onusta. Et hoc sufficit iuxta illa, quæ annotat Pan. per illum text. in. c. Quēadmodū. de iureiur. & c. Constitutus. de appellatio.

Si vero quis dicat. Quare. cap. hoc. & c. Oīs. de pœni. potius de sacerdote, q̄ de aliis statuit: Respondeo, quia frequentius contingit sacerdotib⁹

reue

reuelandi potentia, q̄ aliis. Raro enim aliis cōfessio aperitur. Ex quo etiā desumi potest alius soluēdi argumenti modus, videlicet, q̄ hæc duo capit. quæ de sacerdote loquuntur, non excludunt alios. Quoniam, quando de vno ideo expresse statuitur, quia frequentius illud contingit, tunc nō videtur exclusum aliud. gl. recepta ibi per omnes in Cle. i. de rescript. verbo præsidētes putata sing. multis & in his Iasoni in. l. Certi conditio. §. Si nūmos ff. si certum. pet. col. s.

Ad tertium concedo primo grauius puniri confessariū, qui cōfessionē reuelauit, quam alios, qui celare illā tenentur. Sed ex hoc non inferitur alios non teneri, sed solum non tantū teneri argumēto. c. Non afferamus. 24. q. 1. Facit ad hoc illud Iohan. And. c. Dispendia. de rescript. lib. 6. legē quidem aliquando ad vnum casum extendi, non autem ipsius pœnam.

Contra quā tamē solutionē facit, q̄ Pan. in. c. fin. de rescript. col. 3. reprehendit illud dictū Iohannis. And. dicens. Quoties lex de vno ad aliū casū ex rationis vnitae extenditur, pœnam quoq; eius extēdi per. l. 2. §. Quod si pater. vers. Quid si. ff. ad Tertull. & l. Liberū. §. Senatus. ff. de ritu nupt. Nouissime tamen & (ni fallor) verissime dici potest per hoc cap. & illud c. Omnis. de pœnitēt. quatenus humana iura sunt, solū quidē confessariū ad celandū teneri & eundē solum eorū pœnis ligari. Quatenus autē ius diuinū positiuū continēt, nullam quidē pœnam continere determinatā, sed omnē illam comprehendere, ad quem confessio peruenit. Quia cū onere illo secreti, quocunq; vadat, vt supradictū est, pergit. Et ita pulcherrime seruatur illa Hostiensis & Collectarii determinatio. quod veluti rē longe verissimā & subilē hactenus intactā cōmēdo. Facit pro his illud Iohānis And. in. c. Significasti. de for. cōpet. in verb. iurisdictioni recepti per Pan. & omnes ibi. l. Romanū Pontificē non ligari quidē per illud. c. Omnis. de pœnit. quatenus est lex positiuā, & ideo illius pœna non teneri. Quatenus autē legē implicat diuinā. s. de confitendo aliquādo, per ea teneri. Quāq; Parisiensū scholæ, quæ multū tribuit conciliis, prior pars huius dicti displiceat secundū Iacobū in Quarto. d. 17. col. 3. 2.

## QVAESTIO SECVNDA TEXTVS INTERPRETATIVA.

Quæro secundo: quid cadat sub confessionis sigillo, hoc est, sub debito vel obligatione tacendi & tegendi confessionem. Et videtur, q̄ nihil aliud præter peccata detecta. Textus enim is solum ait: Reticeat peccata sua. s. quæ pœnitense est confessus. Textus item in illo. c. Omnis. de peccatore ac peccato tacendo ait, de aliis autem nihil statuit.

Contra tamen dicendū est. s. ff. non solum peccata mortalia & venialia, sed &

sed & eorū circūstantias siue necessario cōfiteādas, siue alias. Alia item oīa, quæ peccata quidem nō sunt, sed eis detectis directe, vel indirecte adduci possent auditor, quo agnosceret cōfessū aliquod certū peccatū perpetrasse.

52 Quæ cōclusio probatur in illo. c. Omnis. in eis verbis: Caveat autē, si ne aut verbo, aut signo, aut alio quouis modo prodat peccatorē. At, qui circūstantias, vel alia prædicta palā faceret signo, vel alio modo, peccatorē proderet. Ergo id vetitum est.

53 Ex quibus inferuntur multa: primū illum parochū & ipsius decanum errasse, qui putabāt non reuelatam fuisse confessionē ex eo, q̄ parochus suo parochiano publice conquerenti, q̄ sibi eucharistiā non traderet, non minus publice dixisset: Ne quærere amice. quoniam ideo tibi non trado, q̄ peccatū aliquod habeas, a quo te absolueri nequeo: & ita episcopū adire negligis. Nam is reuelator fuit confessionis. quippe, qui detegebat pœnitentē confessum fuisse ipsū aliquod peccatū mortale. Quoniā nō, nisi mortalia reseruari solent argumento gl. c. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. quod Palud. affirmavit in illa. d. 21. q. 3. col. 1. & probat Adrianus.

54 Secundū, quod infertur est malefacere illū (vt quidam ait) qui in eacivitate, vel oppido, vbi audiuit confessiones, dicit graua peccata cōmitti. Quia licet per id non reueletur confessio, tamē scandalizātur simplices, q̄ putant eis verbis illam reuelari. & ita offenduntur fitq; contra .c. Nihil. cum scandalo. de prescript. c. Cum teneamur. de præbē. & .c. Cum ab omni specie mali. de vita & honest. cleric. vnde si aliunde illa graua cōmitti sciebat, non tantū contra legē de secreto seruando cōmittit, quantū cōtra legē de non scandalizando Matth. 18.

Tertium, quod infertur, est cum, qui dicit: Ille mihi confessus est multa & magna peccata. reuelatorē esse confessionis secundū Palud. dict. q. 3. Sic & is, qui duob; vel trib; auditis viris, vel fœminis de vno illorū dicit: hæc est virgo, vel hæc nullū mortale habebat. palā facit cōfessionē: quippe, qui significat alias non esse virgines, vel alios mortaliter peccasse arg. c. Nōne de prescript.

57 Quarto infertur errasse illum, qui cum me cernente audiisset cuiusdā confessionē, simul ac eū audiuit, venit ad me consulendū de quodā casu confessionis & mox accepto cōsilio reuersus pœnitentē absoluit. Quis enim nō videt hūc fecisse aliquid, q̄ intelligerē ab illo pœnitente fuisse illd cōmissū.

58 Quintū, quod infertur est ad hunc modū errasse etiā illum qui alteri confessus fuerat se absoluisse quendā a Simoniæ peccato in confessione. ex cuius narratione & qualitate audientis, qui sciebat, cuiuserat ille cōfessarius, facile potuerat coniecere, quis esset is, qui fuerat absolutus.

Infertur sexto merito carpi ab Hostiensī in sūma de pœnit. & remiss. §. In quo tenet. confessarios aliquos, quos se vidisse affirmat ridentes & iocātes

tes conferre mutuo confessiones auditas ad hunc modū: Quidam miles, quædam mulier venit ad me hodie & hoc & illud cōfessa est. Qui, quāuis personas non nominarēt, facile tamē coniecere poterāt. Quoniā facile alteri confessario erat scire, qui & quales alteri confessi essent illo die, & ita eorū qualitate attentata coniecere, quis eorū talia peccata esset confessus. Et subdit Hostiensis ibidē ob talia se quosdam a cōfitemdo retractos aduertisse, Dānat item ibidē quam plurimos, qui aiunt: Is optime confessus est, illius confessio mihi non satisfecit. Quoniā per hæc omnia significatur eū, qui cōfessus est capitalia peccata cōmississe. Quale visum fuit, quod mihi olim dixerat quidā: tales parochiæ meæ homines sola venialia confitentur. Et iustamen contrariū nunc sentio. Quoniam, qui dicit: Ille non est mihi confessus, nisi venialia. non reuelat cōfessionē, vt dicā in corollario vndecimo. Et quamuis ille, qui mihi dixit: Tale genus hominū sola venialia confitentur. significare volebat inesse illis mortalia graua, tamen non significabat illa sibi confessione aperta fuisse. & ita non reuelabat confessionem, sed suam malā licet probabilē suspicionē. Et ita forte peccatū detractionis peccabat, reuelationis vero secreti minime. Quoniā a separatis nō fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minori. c. 2. de translat. prælat.

Septimo infertur errare parochū, qui cōfessione sui parochi audita, cū fortassis propter defectum de se emendando, vel dimittēdo malo statu nō absoluerit, postea publice denegat eucharistiā eo, q̄ non sit confessus. cui replicanti: Nōne tibi confessus fui? responder: Verum est, sed ego, vt non potui, ita te non absolui. Nam qui publice concubinario sibi cōfesso denegat eucharistiā publice petenti eo, q̄ non est ita confessus, vt eū absolueri potuerit, reuelator est confessionis secundū omnes: Quāuis denegari potest eo, q̄ in publico est peccato, vt postea dicā.

Octauo infertur cum Caietano reuelatorem esse confessionis illū, qui diceret Magdalēnā concubinā alicuius publicā confessam esse sibi ipsius concubinatū. Quia cōcubinatus, vt cognitus per confessionē, manifestat. & simile est de vlturariis & aliis peccatoribus publicis. De quibus licet ōnes sciant eostales esse, nesciunt tamen eos id confessos fuisse. & ita cōfessarii, qui reuelant illud merito confessionis factæ dicunt reuelatores. Quāobrem vtiliter consuluit Thomas a Vio, vt confessarius, qui audit confessionem publicorum peccatorū licentiā petat a pœnitentibus loquendi de peccatis ipsorū publicis. Quod limitandū est ad dicendum eos confessos esse talia peccata & illa reliquisse, veniāq; de scandalo petiisse ac mandata restituēdi fecisse. quæ omniā in eorū honorem & proximorū cedunt vtilitatem. Quo casu de confitentis licentia reuelari posse confessionē cum cōmuni opinione tenebimus paulo post in hoc eod. cap.

Infertur

- 63 Infertur & nono eum videri confessionis reuelatorem, qui dixit: Illum mihi cōfessum non absolui. Quia suspiciōne non irrationabilem impœnitentiæ confitentis, vel ex cōmunicatiōis, aut alterius cēsura ex his verbis in animo auditoris oriri palam est. argu. a frequenter contingentibus, quod est validum secundū gl. l. Neq; natales. C. de probat. Quāuis in hoc Reuerendissimus contradicat Caietanuseo motus argumento, q̄ hęc negatio: non absolui. nullum manifestat peccatum confitentis. quia potest ex pluribus causis provenire. Primo ex parte quidē cōfessionis, puta, quia confessio non est completa, vt contingit in producentibus vnā cōfessionē per multos dies & aliis causis. Secūdo ex parte confessarii, vt, quia noluit absoluerē. Quod cōtingit iis, qui proprii capitis sunt. Tertio ex parte pœnitentis, vt quia illius confessarius nō satisfacit & ex pluribus aliis causis. Sed hoc nō obstat. quoniā, vt fateor, multis aliis de causis, q̄ propter peccatum, contingere posse, quare confessarius non absoluat confessum etiam ex animo pœnitentē: ita oportet, vt Caietanus fateatur id nostra ætate raro contingere, frequētissime autē ob impœnitentiā, vel ob ex cōmunicatiōne maiorem. & ita in earum suspiciōne auditores mouet, qui dicit se nō absoluisse talem sibi confessum. Procul autem ab omni dubio est illum reuelatorem esse, qui diceret: Non absolui. subiecta causa: quia non vult restituere, quia est impœnitens, seu obstinatus, quia non vult relinquere concubinam. Per hoc enim manifeste confessionem reuelat.
- 65 Infertur & decimo parochum, quando ad cōmunicādū concubinos, vsurarios & huiusmodi peccatores publicos vocatur, non debere petere a confessario, an sit absolutus: sed etiam si ipsemet illius confessionem audisset & nō absoluisset, habeat se, tanq̄, si nihil in cōfessione sciret & dicat: Quia iste hactenus fuit & est, quantum apparet, in tali peccato publico & peccatū publicum debet publica pœnitentia apud homines purgari propter scandalum: ideo, nisi publice constet te, vel illum reliquisse peccatum nolo cōmunionem dare, nec ad ecclesiasticā sepulturam admittere. & sic nō reuelabit cōfessionem, & iuste ac sancte negabit cōmunionem per ea, quæ in princip. c. 1. supra ead. annot. s. diximus. Si etiam diceret: ego nō possum aut non potui ipsum absoluerē, quia non video pœnitentiā publicam de peccato publico concubinaris, apostasie, vsuræ. nō reuelat confessionē secundū Thomā de Vio. Quia primo nihil dicit, quod sciat per cōfessionē, sed, quod tam ipsi, quam alii vident. s. eum non pœnitere publice peccati publici. Secūdo, q̄ secundū ipsam pœnitentia publica præcedere debet absolutionem, si peccatū est publicum, ita, vt saltem pœnitens publice satisfaciatur publico ecclesiæ scādalo vulgando saltem facto ipso se reliquisse cōcubinam, se restituisse, quæ male ablata publice detinebat & similia per ea, q̄ dicemus infra corollario. 18. disputādo super intellectu. c. 1. de pœnit. & remiss.

& remissi. Tertio facit, q̄ aliud est dicere: Iste non facit, aut non fecit pœnitentiam publice. & aliud dicere: Iste non vult pœnitere, iste est obduratus in peccato suo. Hoc enim confessarius per confessionem scit, quia ille cōfessando dixit: Ego nolo relinquere statum meū malum. Illud vero cōfessarius videt vt ceteri, & ideo hoc tacendū, illud vero dici potest secundū ipsū. Quæ doctrina tamen salua illius pace non placet. primo, quia secundum ipsum & omnes, vt supra relatum est in eo corollario. 2. confessarius nō potest reuelare etiam peccata publica publicæ peccantiū, nec dicere: Ille mihi suum illud peccatū publicum est confessus. At qui dicit: non possum nec potui absoluerē illū, quia publici peccati non pœnitet publice. clare significat illud peccatum apertum fuisse ipsū in cōfessione. Alioqui enim, quālibet ille confitens esset in quālibet publico peccato, si tamen illud non cōfiteretur confessario suo, nō posset illi ob hoc absolutio denegari secundū omnes. Secūdo moueor, quia falsum assumit ratio ipsius secūda, nempe non posse publice peccantē ante pœnitentiā publice factā absolui. Quia primo id falsum est, si ille non fateatur illud publicū peccatū, vt supra est dictum. Secūdo, quia sufficit saltem pro prima vice ostēdere propositū id faciendi firmū. Quoniam regulariter neq; restitutio, neq; alia publica pœnitentia debet absolutionē præcedere. Quia pœnitentiæ iniunctio, vt late in c. 1. annotatione prima fuit dictū, non de præambulis, nec de cōcomitantibus pœnitentiæ sacramentum est, sed de ipsius est consequentibus. Allego in specie Paludanum receptum in Quarto. d. 9. q. 4. dicentē meretrices publicas post cōfessionē posse ad cōmunionē admitti in secreto, etiā ante vitæ aliam mutationem publicam, quod infra coroll. 12. repetam.

Neq; tertium ipsius argumentū ipsum iuuat. Nam fateor aliud esse dicere: hūc non pœnituit publice. & aliud: hic obstinatus est. Fateor itē hoc posterius didicisse in confessione & prius scire extra confessionē. Nego tñ eum, qui ait: Non possum, vel non potui talem absoluerē, quia non pœnitet eum publice. non dicere aliud, quam: hūc non pœnituit publice. Quia imo ait eum confessum sibi fuisse peccatū illud publicū per id, quod mox dicebā. Alioqui enim, quare non potuisset eum absoluerē, cū confessarius solum de peccatis sibi apertis & nō de aliis debeat iudicare secundū omnes.

Vndecimo contra infertur eum non esse confessionis reuelatorem, qui diceret: Ego audiui Petri cōfessionem, audiui eius peccata, absolui ipsam a suis peccatis. Is enim solus videtur confessionis reuelator, qui significat eum, qui confessus est sibi manifestasse peccata mortalia in genere, vel venialia in specie. At qui aliquid triū superiorū diceret, neq; significat mortale vllum esse sibi detectū in genere, neq; vllum veniale in specie. Igitur non est confessionis reuelator. Præterea nemo est mortalium, qui diu sine aliquo viuat veniali arg. c. Septies. c. De quotidianis. supra. d. 3. Et q̄ venit ad cō-

70 ad confitendum, saltem venialia, debet fateri secundū cōmunē in Quarto d. 17. ad quod tamen nulla lege cogi potest. Nam & vana & frigida est sententia dicentū virginē matrem, quæ ab omni immunis fuit peccato, confiteri solitā charo sibi Iohanni, vt nouiores annotarunt in illa. d. 17. Facit itē, q̄ qui dicit: Eius peccata audiui, eum a peccatis absolui. nihil ait, quod necessario nō sequat̄ ex eo solo dicto: ille mihi confessus est. Illud autē licuit dicere. Quia non solum id mihi, sed & aliis patere potuit: sicut & q̄ eum absoluerim, non per eius confessionē scio, sed vt quiuis alius, qui eū vidit confitentē & me absoluentē. At inter plerōsq; omnes cōuenit, quod postea dicam, confessariū posse dicere peccatū, quod in confessione didicit, si etiā alia via id nouit, dum non dicat se per confessionem nosse.

71 Hanc autē illationem nouissime ac singulariter limito procedere, q̄n̄ quis alicui adeo secreto confessus est, vt nouit sciri ab aliquo se illi confessū. Quod non sine causa frequēter contingere audio in eis, qui habēt peccata, quæ confessariis suis peculiaribus aperire nolunt. & ideo confitentur aliis omnia peccata sua, confessuri postea iterum reliqua sine illis parochis suis: qui, si scirent eos aliis confessos ante fuisse, suspicarentur aliqua de illis mala. Exemplū in fœminis affinibus parochorum. Qui si scirent eas alteri confessas, etiam bulæ virtute vel petita licentia, suspicarentur in maritos suos consanguineos peccasse & ita dicendo: eius confessionē audiui. duces parochum in peccatorum tibi detectorum saltem suspicionē. quod per superiora non licet. Posset tamen dici hoc casu f̄ confessariū teneri quidē sigillo secreti nature, quia rogatus fuit expresse a pœnitente, ne cui illum sibi confessum diceret: vel tacite, quia confessus fuit in habitu simulato indicans facto ipso nolle, vt ab aliis neq; forte ab ipso confessario sciretur se illi confessum. Non autem teneri eiusmodi confessarium sigillo secreti confessionis. quod memorabile duco.

Infertur & duodecimo non reuelasse confessionē illum, quem audiuit dicere: Vado ad audiendam reconciliationem talis, qui suis minutissimis peccatis, vt solet, me onerabit. Quia is solum venialia peccata illius in genere reuelat.

73 Infertur & decimo tertio f̄ non fuisse reuelatorem confessionis Raynaldum Beati Thomæ socium, qui post mortem eius (vt ferūt) dixit se pluries in vita & tunc in mortis articulo eius confessionē generalem audiuisse. & nunquā in eo reperisse vel vnum consensum mortalis peccati, significās se venialia ab eo audiuisse, quod licet facere in genere vt supradictū est.

74 Infertur & decimo quarto f̄ non esse reuelatorem confessionis, qui electione pœlatis occurrente ideo alicui suum denegaret suffragium, q̄ sola ipsius confessione illum criminofum esse nosset. Neq; item abbatem, qui monacho denegaret copiā ad eundem oppidum, in quo ipsius sola cōfessioe nouit

nouit eum solitum labi. Neq; qui ob eandem causam tolleret monachorum prioratum penitus manuum. Neq; illum, qui secreto moneret confessum, quæ viderit ei profutura, vt magni nominis viri docuerunt. Modo hæc omnia tanta cautione fiant, vt nullatenus per ea iusta suspicandi ratio præbeatur.

79 Infertur & decimo quinto f̄ non esse confessionis reuelatorem, qui diceret: tale, vel tale peccatum mortale audiui in confessione. modo tanta id cautela faciat, vt nullatenus in notitiā eius, qui peccauit deueniri possit secundum Paluda. & cōmunem in illo. d. 2. 1. & Adrianum in d. dubio. 10. Pro quibus facit. c. Officii de pœnit. in quo confessarius reuelauit Papæ se audiuisse quoddam peccatum in pœnitentia. Facit, quod causa finalis quare prohibitum est, ne prodatur peccatum in confessione detectum, est ne cognoscatur, qui id peccauit. At dicēdo: tale peccatū in confessione audiui. cum cautela prædicta non cognoscitur: ergo prohibitio cessat argu. c. Cum cessante. de appellat. & l. Adigere. §. Quauis. fr. de iure patron. Tertio facit, quod viros graues frequenter audimus talia dicentes. quos errare & confessionis sigilli reuelatores esse quis dicat.

76 Contrariam tamen partem tenuit Panor. in illo. c. Omnis. notab. vltimo. Pro quo vrget primo illud. c. Omnis. ibi: qui peccatum in pœnitentia iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solum a sacerdotali officio decernimus deponendum, sed in arctum monasterium detrudendum. In quibus verbis nil de peccatore audis, sed de peccato. Secundo facit illud idem. cap. in illis verbis: Et si prudētiori consilio indigeat, illud absq; vlla expressione personæ caute requireret. Speciale igitur est, quod id alicui propalare possit, quando consilium a prudentiore petēdum est, & tunc debes id facere absq; vlla personæ expressione. Ergo id alias non licet. Tertio facit cap. hoc nostrum, quod prohibet confessario reuelare peccata illi detecta. De peccatore nihil dicens. Quarto neruose vrget illud Paluda. in dicta dist. 2. 1. q. 3. col. 3. f̄ raro posse contingere, ne sermonem de peccatis, quæ aliter, quam per confessionem ignorantur, nō sequatur aliquod inconueniens, vel quod veniatur in cognitionem, vel dubitationē confitentis, vel saltem in scandalum audientū, vel q̄ cōfessio nō reddat̄ paulo grauior, vel odiosior, vel nō habeatur aliqua suspicio de ipso loquēte, q̄ sit pronus ad detegendam confessionē. Quod ipsum annotauit Diuus Antoninus tertia parte tituli. 17. c. 22. §. 3. Sed & Prieras, qui pro nostra est conclusione, ait esse periculosum & quandoq; scandalosum dicere: Tale, vel tale peccatū in confessione habui. Vmbertus item magister docuit cauendū, ne quis vnq; pro cōfessione, vel in sermone familiariter dicat hoc, vel illud audiui in cōfessione. & Hostien. in sūma in d. §. In quo tenetur. consuluit penitus ab his abstinere. Quinto facit, q̄ quæ nil



vnquam profunt & sapiissime obsunt, aut nociua dicetur, aut certe ociosa. de quibus ratio reddenda est Matthæi. 12.

78 Quanq̄ hæc valde vrgent̄ nō tamen a cōmuni opinione discedo, neq̄ illi adhæreo propter illud. c. Officii. de pœnit. & remissio. quod maxime illos, qui hanc partē tenuere mouit. Nam fateor ibi legatum, quod in pœnitentia suscepit a quadam, muliere reuelasse Papæ: sed causa reuelandi fuit, vt, cōsuleretur ei, quid faciendum erat in dubio casu, quod specialiter permittit. d. c. Omnis. Magnopere tamen me mouent alia duo fundamenta supra pro parte nostra posita.

79 Neq̄ obstant, quæ pro Panor. sunt citata: non primū, secūdam & tertiu. Quoniā fateor hoc cap. nostro & illo. c. Omnis. de pœnit. prohiberi peccati confessione detecti reuelationem. Sed illud intelligendum est per relationem ad confitentem: quando. s. ita reuelatur, vt ipse quoq̄, qui peccauit, cognoscatur. Neq̄ dicas hanc suppletionem ex priuato capite fieri. quoniam ex ratione textus desumitur. Quid enim refert dicere: Tale, vel tale peccatū inter homines aliquando contingit. vel: quidam mihi tale peccatum confessus fuit. si tanta id cautela dico, vt nullatenus in cognitionem eius, qui confessus est, veniat auditor?

Non obstat quartum. s. determinatio Paluda. Anto. & Vmberti. Illa enī procedit, quando aliquod ex malis in illa nominatis sequitur, nostra vero conclusio, quando nullum tale consequitur: vt si confessarius in Galliis educatus in Lusitania dicat: Tale mihi olim peccatū in Gallia fuit confessioe apertum. Quod ipsum in similibus est faciendū.

80 Ad quintum respondeo concedēdo huiusmodi relationē, quando sine villo fit fructu, peccatū esse saltem veniale: non tamen ideo, quia confessio reuelatur, sed quia omne verbū ociosum est peccatū. Nego autē nunq̄ id cū fructu fieri. Fit enim primo cum fructu, quoties aliquē in sui excusationē, vel aliorū accusationē contenderet talia, vel talia peccata, vel tales circūstantias nō solere a tali, vel tali hominū genere per cōfessionē detegi. Tunc enim, qui assereret, imo id solitum esse sibiq̄ illa frequenter aperta fuisse, cum fructu loqueretur. Cum fructu etiam hoc aperiret, quando de aliquo peccato enormi vbi, quando & apud quem dicendum occurreret alicui honesto viro, cui dedecus esset illud peccatum scire aliter, quam per confessionem. Tunc enim, ne quis per eiusmodi scientiā offenderetur & malum de ipso præsumeret, sancte ac honeste dicere posset: hoc olim in confessione accepi. Si modo verum esset & cum prædicta diceretur cautela.

81 Fateor autem raro id faciendum esse a viro grauissimo, rarius autem a viro graui, rarissime vero a viro leui. Quoniam facilius de hoc præsumi potest minus fidum secreti confessionis custodem esse, quam illos.

Et ita

Et ita Panor. opinio fere semper est seruanda, quanq̄ & altera nonnunq̄ habeat locum, quando videlicet nulla consequentur mala talē reuelationē & aliqua iusta perciperetur utilitas.

82 Quare per Deum immortalē obsecro vos o confessarii, vt nullatenus, aut certe, quam parcissime verba faciatis de his, quæ aliter, quam per cōfessionē minime noueritis. Per superiora enim patet, quanti referat digito in his compescere labellum. Estote item in petendis consiliis & in confitendis peccatis, quæ in audiendis absoluendisq̄ pœnitentibus cōmiseritis, cautiissimi, vt illud. c. Omnis. iubet. Quoniā scio non paucos apud me errasse: Quo circa prudentis fuerit petere facultatem a pœnitente petendi consilium ita, vt persona nominari possit. Quando pro personæ & peccati grauitate & qualitate, neq̄ scādalosum, neq̄ nociuū esset personā expressisse illi consultori.

83 Infertur decimo sexto ad illā quæstionem F an parochus negare possit eucharistiam in paschate parochiano suo publice illam petenti, qui solis occultis teneretur peccatis & solum occulta esset confessus illi, nec fuisset ab eodem absolutus? Et videtur non posse. Nam primo negando videtur dicere se negasse illi absolutionē, quod supradictū fuit non licere. Deinde q̄ nil potest aliud obiicere illi, nisi, q̄ nō absolutus ab eo recessisset. Nam si obiiceret ei, q̄ non esset confessus, possit ille respondere: imo tibi cōfessus sum. Cui tamen non posset replicari id esse falsum, quoniā verū est. Neq̄ responderi posset. Confessus es frater, sed ego non te absolui. Quia satis reuelat illum non obtulisse sufficientē dolorem, vel casum aliquē, vel cēsurā referuatā habuisse, & ita reuelator esset cōfessionis. Tertio, q̄ huiusmodi eucharistiæ petitor posset dicere se legitime confessum. cui credendū est; etiā si nullam schedam, vel testem eius rei demonstraret secundum Thomā quolibet. 1. art. 2. pro quo textus in extrauag. Inter cūctas. col. 7. versic. Sup confessione, de priuileg. Et merito. nam si verum dicit, bene se res habet: si autem falsum, vt illud fingit, ita si confiteatur de nouo, solum dicere poterit, quæ sibi libuerit. Et frustra expectatur euentus, cuius nullus sequitur effectus. c. Cum contingat de off. delegat. l. Ad probationē. C. de probatio. Non obstat, quod superius dicebam, nempe publico peccatori negandam esse eucharistiam, si confiteretur & non absolueretur. Quoniam id verum est, si statim illi viuendi publice malum non deseruerit. Et ratio est. quia dicere illi poterit: Tu non videris pœnituisse, quia in publico peccato manes. Quod occulto peccatori etiam tibi confessio & non absoluto nequis obiicere.

84 Ex quo subinfertur primo f̄ episcoporum vicarios bono quidē zelo non tamen secundū scientiam agere, cum plus satis scrupulose inquirunt: an & cui confessi fuerint, quos constat eucharistiā in paschate petiisse dicētes se

ad id paratos venire. Quia primo nullo id iure cautum video. Secundo, quod vix scio, quo iure castigare possunt eos propter præcepti de cōfitendo transgressionē, cum de ea vix constare possit ecclesiæ, ut deducit Durandus in Quarto. d. 17. q. 14. nisi per ipsorum confessionē. Quare multo certe vtilius facerent, si in publico peccandi statu manentes, etiam se cōfessos & cōmunicasse probantes castigarent. Non tamen inutile arbitror, neque vlli iuri contrarium petere parochos a suis parochianis schædulā, vel aliā probationē vel iudiciū, quo id credere possint: quis si causentur se perdidisse, vel aliquid aliud, quod non penitus a vero abhorreat, tandem eis credere debeāt iuxta Thomæ doctrinā & extrauag. determinationē. Qua cōsideratione saluabis receptā fere ab omnibus cōsuetudinē eiusmodi schædulas, vel iudicia petendi.

Secundo subinfertur caute facturos parochos, si denegent eucharistiā eiusmodi peccatoribus publicis, etiā si ab ipsis fuerint absoluti. Non eo nomine, quod eum statum malum, vel publicū peccatum non fuerint eis cōfessi, sed quod palam sit eos manere in peccato. Quod ut supra tetigimus, sensisse videtur Augustinus, autor ve eius libri in. c. 1. in princip. supra eo, quod ibi annotat. quinta declarauimus.

- 86 Infertur & decimo octauo non absre dubitari de intellectu textus. c. 1. de pœnit. & §. Secreta. de pœnitent. d. 1. qui cum eo cōcordat a contrario sensu. quibus probatur pro manifestis peccatis pœnitentia debere iniungi manifesta Nam confessarii, qui id faciunt, videntur reuelatores esse confessionum. qui & si non verbo signo tamen, vel alio modo eam reuelare videntur. Per illam enim pœnitentiā publicā impositionē significant graua sibi pœnitentem peccata confessum fuisse. Qua in re demiror neminē in illis locis hoc tetigisse. Archid. enī & Cardin. in illo. §. Secreta. id tacēt. Cōtuerūt etiam Hostien. Io. And. Collectar Anto. Petr. & Cardi. cū Panor & Rauē. in illo. c. 1. de pœnit. Quid tamē omniscius ille Thomas in Quarto dist. 14. q. 1. art. 5. tetigit, nec omisit Paludanus. q. 6. nec Monaldus titul. de pœnitent. priuat. & public. nec Diuus Antoninus. 3. parte. titul. 14. c. 17. §. 6. Quibus duobus posterioribus videtur ille textus non esse intelligendus de sacramentali, sed de ea, quæ in foro exteriori imponitur, pœnitentiā. De illa enim vere intelligitur, sed raro in vsu habetur. Quoniam omnia peccata publica castiganda sunt correctione publica adeo, ut non possit illa in secretam per iudicem cōmutari secundū Antonium ibi, quem sequitur Feli. c. Accusasti. de accusat. col. fin. a quo discedit Deci. in. c. At si derici.
- 99 §. De adulteriis de iudic. col. 3. Et bene, in quātū male vterque intelligebat dictum. c. 1. loqui de pœnitentia sacramentali: quamuis male, si, de exteriori loquatur correctione, nisi iusta id causa suaserit. Primo per illud. 1. ad Timotheum. §. Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri metum habeāt

habeant. Vbi gl. interlinearis peccantes intelligit conuictos, vel manifestos. & Lyranus addit, ut sicut notum est peccatū, ita & punitio sit nota. Glos. item ordinaria sic habet: Aliquando peccatum est corripiendū occulte: nempe, quando est occultum, interdum publice, nimirum, quādo est publicum. Secundo facit, quod Hieronymus in. c. Sed illud. 4. s. dist. inuehitur in prælatos, qui peccata publice non castigant, in hæc verba. Quæ est ista misericordia, quæ ista benignitas vni parcere & omnes in discrimen adducere? Polluitur enī ex vno peccatore, (intellige publico,) populus, sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur. hæc Hieronymus. Iohannes item Theutonicus in scholiis illius capituli sic loquitur: Nota eum, qui publice peccat, publice arguendum esse & nō occulte: ut sic cæteris metus incutiatur & scandalū auferatur. Super quibus verbis quærit etiam Archidiaconus: Pone aliquem publice peccasse, qui monitus a prælato occulte satisfacit, num satis est illud? & respondet non esse. Cuius responsum vterque Cardinalis cum Dominico probat. Facit, quod peccatorū castigatio exterior non est tantū inducta, ut castigetur ipse, qui peccauit, quātū, ut incutiatur aliis metus, ne similia faciāt. textus est in. c. Qua propter. 2. q. 7. & in. l. Aut facta. §. fin. ff. de pœnis. Quantum item, ut scandalū aliorum, qui ad peccatum, vel tacite inuitantur, tollatur. c. Non sunt audiēdi. c. Præcipue. 11. q. 3. Sed, si publicus peccator solum secrete satisfaceret, nō attingeretur ille, in quem leges tendunt finis: ergo id non sufficeret. Adde etiam fortius, quod non solum, quando de peccato constat, sed etiam fama eius probatur, publica debetur satisfactio, nepe, ut se purget publice toto titulo de purgatione canonica. Et Remorū episcopus Ismarus. 1. q. 5. in. c. Si mala. dicebat: Si mala fama de præbyteris exierit & testes & accusatores legales defuerint: ne contra Apostolū infirmorū corda percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum cum sibi vicinis præbyteris, quos scimus se nolle peierare, sacramento famā suam purgent. quod ipsum probat. c. Presbyter ead. c. & quæst. Arbitror autem hæc omnia iura & dicta prædicta intelligenda esse, nisi quando peccati publice facti circūstantiis recte pensatis vtilius Reipublicæ iudicandum fuerit emédationē quidem ita fieri, ut de illa publice constet: ita tamē ut, qui peccauit, neque in carcerē cōiciatur, neque alia pœna pro tribunali dānetur argumento. c. Quid prodest. 2. q. 5. & eorum, quæ in. c. Si peccauerit. 2. q. 1. annotabat Archid. quod frequenter a iudicibus ecclesiasticis factum prodesse vidi.

Aliustamen intelligendi modus habet tā illud cap. primū. de pœnit. quam §. illum. Secreta. a contrario sensu de sacramentali pœnitentia intelligenda esse. quod videtur placere doctoribus vtrobiq; & etiam Thomæ in illa. d. 14. q. 1. art. 5. Pro quibus facit & consuetudo pœnitentiariorū Papæ & quorundum episcoporum, qui peccatores sibi confessos peccata gra-

uia referuata quādoq; in publico spectaculo verberant. Tertio facit, quod in illo titulo de poenitent. tractari videtur solum de poenitētia sacramentali, vt patet. c. Significauit. c. Quod quidā. c. Deus. c. Officii. c. Omnis. c. Cum infirmitas. c. finali.

Sed hæc facile confutatur. Nam, qui per alium facit aliquid, ipse videtur id facere. c. Mulieres. de sent. excōic. regula iuris Qui per alium li. 6. ff. ad l. Aquili. l. Liber homo. in principio. & ideo, qui per poenitentem reuelat, per se videtur reuelare. Neq; obstat, quod de poenitētiariis ac vicariis prædictis dicitur. Nam illi nō verberant ob peccata, sed ob excōmunicatiōē, cuius absolutio non est sacramētalis, sed potius exterioris fori per ea, quæ traduntur in. c. Transmissam. de electio. c. Duobus. de sentent. excōic. Fatq; ideo per clericos minorum ordinum fieri potest, vt tradit Tho. in Quarto. d. 18. art. 2. q. 2. licet nostri non satis aperuerint. Quod, si pro peccato eis clam aperto illud sine facultate id publicandi faciūt, videtur mihi cum Durādo incaute factum. Quoniam negari non potest per talē poenitentiam saltem indirecte prodi poenitentem a confessario. quod non licet per. c. Omnis. de poenit. & cap. nostrum.

Ad hunc modū intelligendū reiciēdū magnopere me mouet primo, q; si verus esset, errarent omnes fere confessarii, quos quotidie videmus pro publicis criminibus secretas imponere poenitentias. Deinde, q; poenitentia illa, de qua. c. 1. agit inuito imponit secundū oēs. At comuniore calculo receptum est absoluendū illū, qui alias legitime cōfessus est, quāuis vel tantillū poenitētiæ nolit acceptare, modo proponat se aliter, vel hic, vñ in purgatorio Deo satisfacturū, vt post Hostiensem Panormita & alii tradiderunt in. d. c. Significauit. & post alios Theologos non semel docuit Caietanus. quod & nos supra tenuimus in. c. Cōsideret. §. Ponat se. Si igit. in eo foro non tenetur ad acceptandū quid, etiam secretissimū, quomodo tenebitur ad acceptandū publicū? Igitur id. c. 1. de poenitētia fori exterioris loquit. Tertio, qd mouet, multa illius tituli capitula loquūtur etiam de satisfactiōe non sacramentali. vt. c. 2. c. Quod aut. c. Licet. c. Quæsitū. c. Cū ex eo. c. pen. Facit quarto, q; etiam Paludanus ipse in fine illius quæstionis 6. dist. 14. ait publicæ poenitētiæ iniunctionem ad forum contētiosum pertinere. Nec loquitur de solēni, de qua in. c. In capite. so. d. sed de alia publica, de qua illud. c. 1. loquitur. Tenendo tamen sententiam, quæ mihi vero prior visa est, posse confessionē reuelari de confitentis consensu: verū crediderim spontē suscipienti posse pro publico peccato publicam iniungi poenitētiā. Non ea ratione, qua mouētur alii, sed, q; ea suscipiēs expresse vel tacite consentiat suæ confessionis publicatiōi ex iusta causa, nēpe, Deo & populo, quos scandalizarat satisfaciendi. Quod temperandū est; dū modo ea poenitentia fiat coram eis, quibus ille erat infamis.

Intel

Intellectus ergo verus illius. c. & illi. §. Secreta. ille fuerit manifesta peccata purganda correctione manifesta in foro. s. exteriori, nō interiori: et etiam in interiori, si vel sponte pctat, vel suscipiat poenitēs illā. Tertio posset intelligi de vitæ mutatione ecclesiæ publice manifestanda: qd supra est tactum & ibidem alias latius per nos declaratū. Sed is intelligendi modus non videtur satis germanus,

Infertur decimo nono satis esse, quoad confessariū solū, q; is, qui publice peccauit, secretam agat poenitentiam. Quod & Paludanus concessit in Quarto. d. 9. q. 4. pronuncians publicas meretrices & publicos vsurarios posse admitti secrete ad cōmunionem post secretam poenitentiam, etiam ante publicam vitæ mutationem: quoad ecclesiā vero & publicam ad cōmunionem admissiōē, quāuis non sit necessarium præcedere publicam poenitentiam, oportere tamē, q; publice constet cum mutasse vitā. Quod clare sentit Palud. d. distinct. 9. q. 3. dum ait meretrices ac vsurarios prædictos posse admitti publice ad cōmunionē, postq; poenitentiam fecerūt publicam, vel postquam sacerdos ipse publicarit eos vere poenituisse. quem etiam Diuus Antoninus & alii sequuti sunt. A quibus tamē discedo in eo quod sentiunt id fieri posse per eiusmodi confessarii enunciationem, nisi intellexerint cum confitentis facultate factā per superius dicta.

Infertur & vigesimo incautos esse cōfessarios complures, qui ieiunia & alias graues poenitentias, quæ aliis nescientibus adimpleri nequeunt, statim, vel paulo post confessionem adimplenda iniungūt peccatoribus pro peccatis. Quæ licet aliquibus nota sint, non tamen sunt notoria: imo ignota his, coram quibus eas sunt adimplendi. Attento enim, q; nostra ætate, vel duo, vel nemo graues facit poenitentias, nec eas sponte, sed iniunctas a confessario peragit, in suspiciōē alios ducunt eiusmodi poenitentes grauiā cōmississe. Quod non licet per supradicta.

Vigesimo primo sequitur in dubium vocari posse, quod ait Thomas in Quarto dist. 17. q. 3. artic. 4. q. 4. Ad quartum. quod licet cōfessio in occulto fieri debeat, ne ex peccati auditione alii ad malum inclinentur: poenitentia tamen in publico fieri potest. Pro quo, quamuis faciant, quæ lati⁹ adducebam in secunda ad primā partem difficultate, tamen repugnare videtur primo, quod qui iniungunt eiusmodi poenitentias pro peccatis occultis, causam reuelandæ confessionis & insinuandi poenitentis præstare videntur, atq; ideo reuelare eam & eos infamare argui. Qui occidit. in fine. ff. ad l. Aquili. & c. fin. de iniur. Deinde, quod iplimet, qui eam implēt, se infamando, vel alios in suspiciōem de illis malam inducendō peccare videntur. per. c. Non sunt audiendi. 1. q. 3. & quæ late supra diximus. Tertio, quia. §. ille Secreta. directo & c. 1. de poenit. a cōtrario sensu, quoad peccata occulta, ei resistunt.

q. iiii

Quæ

105 Quamobrē dictum Thomæ vnguentis subiectis molliendū putari  
 quoad peccata occulta iuxta intentionē suam, q̄ exprimit, cum ait: Quia  
 quandoq; pro paruo, vel nullo peccato similia opa satisfactoria fiūt. quasi  
 dicat: Talia opera publice adimplēda poterit iniungere, qualia etiam pro  
 paruis ii, quibus ea imponuntur, solēt facere. Licebit igitur cōfessario in-  
 iungere pœnitenti, vt statim absolute accepta virginē matrem saluter,  
 aliquem psalmū coram sacrosancta eucharistia genibus deflexis dicat, q̄  
 forte facere statim nequibit, nisi populo toto spectante. Quia talia etiam  
 106 a nemine pœcepta solent fieri & etiam pro paruis pœcipi. Olim itē, quan-  
 do pro paruis, vel nullis erratis grauior subibatur etiam spōte pœna, pote-  
 rat illa iniungi. Quod ipsum dixerim & hodie fieri posse inter illos, qui  
 sunt in monasteriis, collegiis, vel aliis sodalitiis, in quibus etiam nō erran-  
 tes pro se & aliis ieiunare, orare, vigilare & se solent verberare. Poterit itē  
 & iniungere vt die cœnæ Domini te iis, qui se verberāt, insertum verberes.  
 Quia eam verberationem, quam plurimi ex deuotione subire solent. Nec  
 illa & alia pœdicta arguūt peccasse te grauior, nec peccata grauia cōfes-  
 sum fuisse. Contra vero non possit iniungere, vt capite & pedibus nudis  
 cereum in missa coram populo teneat. quod factum vidimus. Nō possit  
 iubere: vt vecte onust<sup>9</sup> ferreo, aut armatus nocte tali, vel tali pernoctet, si  
 vel ex qualitate, vel ex consuetudine personæ facile conici posset ob pec-  
 cata detecta sibi illud iniunctum.

107 Vigesimo secundo infertur stulte ac misere errare parochos illos, qui  
 statuunt, vt is, qui die festo opus fecerit seruire, veniam publice alio die  
 festo in missa petat: stultius vero, qui tales cogunt occultas violationes fe-  
 sti sibi per confessionem apertas palam pādere: stultissimū autem, qui pu-  
 tat satisfecisse illius peccati confessioni per illam publicā. Non itē probo  
 morem illum confessariorū, qui viris &, quod peius est, fceminis vix pœ-  
 cepta ieiunia seruantibus ob aliqua forte carnis occultissima peccata vnū  
 & aliud & plura ieiunia statim post Pascha adimplenda imponunt. Quis  
 enim non videt confessarium reuelandæ confessionis causam dare eo ma-  
 iorem, quo eruditior est & pientior? Deniq; f licebit imponere ob occulta  
 108 peccata eas publicas pœnitentias, quas vir prudens arbitrari debeat esse ta-  
 les, quæ pœnitentē in suspicionem grauis criminis minime inducant, alias  
 vero, si imposuerit, errat.

109 Infertur vigesimo tertio f sacrilegā esse consuetudinem parochorū, qui  
 audiunt simul plures pueros doli capaces nulla ad id eos necessitate adi-  
 gēte. Iniuriantur enim sanctissimo pœnitentiæ sacramento eo ad iocū &  
 risū abutendo primo arg. l. Minime. C. de episcop. audi. & §. fin. authēt. c.  
 De sanctis. episcopis. collat. 9. & gl. in c. Cum decorē. de vita & honest. cler.

110 Quæ habent f monachorum vestibibus, aut monacharū ad ioca vtentes gra-  
 uiter

uiter esse castigandos. Secūdo facit, q̄ nec aliquā sacram scripturā ad iocan-  
 dum trahere licet, vt grauior Thomas definit secunda Secūda. q. 168.  
 art. 2. Ad primū. Nam quamuis iocari aliquādo liceat, tamen id verum est  
 nisi rei dignitas iocandi facultatē adimat, vt Tullius admonet in. i. offic.  
 Sacra autē scriptura eiusmodi est, quippe, quæ Prouerbio. 8. ait: Audite,  
 quoniam de rebus magnis loquutura sum. Facit tertio, q̄ alter Thomas in  
 eo art. dixit f verbi dei concionatores, cum aliquid ridiculum causa recre-  
 111 andi animos auditorum proponunt in suis concionibus, peccare. Quod, &  
 si delicatiori cuiusdam subdorum videatur, tutū tamen esse nemo negarit,  
 quando eo loco satius fuerit rerum ipsarum magnitudine & tremore, q̄  
 ludicris attentionē quærere f. Vnde Romanus Pasquillus, & qui eū imitā-  
 112 tur aulici, aliquot item scholastici conicere possunt: an recte faciant sacris  
 dicteris in viros, presertim graues, iocando, ne dicam, eos notando. Facit  
 & pro corollario, q̄ infamāt illi pueri, vt aliquando se, ita frequenter parē-  
 tes & alios domesticos, quorum errata facile narrare solent. cuius infamiæ  
 causa sunt sacerdotes eiusmodi. Quoniam, qui causam dāni dat, damnum  
 dedisse videt. c. fin. de iniur. l. Qui occidit. ff. ad. l. Aquil. Sed & ipsi pueri  
 postea confessiones sodalium auditas aliis reuelant cōtra pœcepta, quæ in  
 c. Omnis. de pœnit. & in dist. 21. Quarti habentur.

Infertur vigesimo quarto peccare grauior, qui aduertenter & ex propo-  
 113 sito confessionem clanculariā eo nesciente, qui cōfitetur, audit. Ante enim  
 quam quis vocetur, ad consilium nō debet accedere. & qui alterius secreta  
 male conatur discere peccat iuxta illud: Non q̄ras impietatē in domo iusti  
 Prouerb. 14. Sic, qui didicit testimonia, etiam si nondū erant publicata, nō  
 producit alios testes. §. Quia multi. in authēt. detesti. collati. 7. &, qui lite-  
 ras alteri<sup>9</sup> clausas apit, peccat, vt supra est dictū. Præterea incidit in vitiū  
 curiositatis, vt docet. S. doctor secunda Secūda. q. 167. art. 2. in fin. Peius  
 tamen arbitror facere f qui confessionem ita auditam aliis reuelat. Nam  
 114 præter ea, quæ supradicta sunt, vassall<sup>9</sup>, qui secreta domini sui reuelat, gra-  
 uiter errat. c. De forma. 22. q. 5. c. 1. de forma fidei in vrbibus feudorū. c. Ego  
 de iure iur. Cū ergo omnes in Dei verba iurauerimus. c. Prima. c. Vos. de  
 consecr. d. 4. atq; ideo eius clientes siue, vt nunc loquuntur, vassalli simus  
 & quidem inutiles: si quis nostrum, quod in nostri principis curia pœnitenti-  
 115 æ abditissima audierit, reuelet, proditor erit profecto insignis.

Infertur & vigesimo quinto f etiam confitentes teneri ad celanda, q̄ ipse  
 confessarius dixerit. Quoniam & illud ad forum spectat Dei. Proinde cō-  
 fitens ille peccare videtur, qui detegit cōsiliū, vel pœnitentiā, vel alia sibi  
 a cōfessario iniuncta. q̄ talia sunt, quibus ridicul<sup>9</sup> efficiatur, qui ea iniūxit  
 aut cōsuluit secundū Paludanū in illa. q. 3. Quod ipsum videtur de omni-  
 bus, aliis quæ confessarius confitenti ea mente dixit, vt essent inter ipsos  
 secreta

secreta secundum Adrianum in illo dubio. 10. col. 13. post quintā quæstionem de confessione.

### TER TIA QVAESTIO TEXTVS. INTERPRETATIVA.

116 Tertio principaliter quæro: an sit aliquis casus, in quo liceat cōfessario auditā confessionem reuelare. Et videntur multi esse: primus, quādo crimen hæreseos detegitur iuxta illum versic. antiquum: Est hæresis crimē quod nec confessio celat. Secundus, quando crimen cōmittendum aperit̄ secundum Panor. & cōmunem in illo. c. Omnis. de pœni. quod omnes alii tribuunt Innoc. quem etiam in hoc ipso citat & sequitur Decius in. c. Cum non ab homine. de iudic. col. 3. Facit, q̄, qui cōfiteatur se cum aliis hostibus decreuisse incendio supponere ciuitatem, hæresi quadam inficere populū, neq̄ illum huius mali propositi pœnitet, non eo modo cōfiteatur, qui ad absolutionē profit. c. Quod quidam. de pœnit. ergo non est cur eius cōfessio celanda fuerit. Præterea facultate id faciendi a pœnitente suscepta potest confessarius confessionem reuelare sibi detectā, quod paulo inferius ostēdetur. At aliquādo ipsemet confitens tenetur ad secretum illud cōfessario detectum reuelandū, nempe, quando nisi reuelaret, consequerentur multa mala & peccata, vt Reipub. de uastatio, vel mors aliquorū innocentiū arg. 83. dist. in princip. c. Quantæ. de sentent. excōic. Ergo & confessarius idem poterit facere. Facit præterea. c. Officii. de pœnit. vbi habetur quendā detexisse peccatum in confessione ipsū patefactū. Facit & c. Significasti. de adulter. quod habet presbyterū detexisse quandā mulierem ipsū confessā fuisse adulterium. Facit. c. Matthæus. de Simonia, quod habet Matthæū Cardinalē pro consilio habendo peccatū & peccatorē reuelasse papæ. Facit & c. Nemo eo. titulo, quod habet confessarium posse de reconciliatione testimonium ferre. Facit. c. Exhibita. de homicidi. ibi: tibi & presbytero, cui suam conscientia aperuit cōfessus. & c. Facit & c. Lectæ. de renūciat. quod habet archiepiscopū quendam reuelasse Papæ peccatum & peccatorē, qui ipsū humiliter fuerat confessus.

117 Histamen non obstantibus tenenda est conclusio cōtraria. Nēpe nullo alio casu, nisi vno licitū esse reuelare confessionem. Pro quo facit hic textus dum ait etiam pro scandalo vitando id fieri non debere. At euitatio scandali quamplurima permittit iuxta ea, quæ late tradit Feli. in. c. Nihil cum scandalo. de præscript. Secūdo facit, q̄ nil mali adeo graue occurrere potest, quo non sit grauius & peius ecclesiæ CHRISTIANÆ confessionē CHRISTIANIS exosam fieri & abominabilem. At simul ac concesserimus confessionem contra confitētis voluntatē reuelari posse, exosa fiet illa

illa & toti ecclesiæ molesta. Ergo ob nullam causam id fieri potest. Tertio facit, q̄, si aliquo in casu confessio reuelari posset, nemo eo casu, confiteretur & ita nihil prodesset hoc asserere, vt per confessionis reuelationem malis occurreretur futuris.

Ad primū ergo pro contraria parte adductorū respondeo negando. Et etiam hæresim siue iam cōmissam, siue cōmittendā in cōfessione detectā reuelari posse. & illum versiculū: Est hæresis crimen, quod nec confessio celat. in argumento citatū pestilentem esse merito dixerunt Parisienses in illa d. 21. q. 3. col. 2. quam sententiam probant omnes Theologi in illa. d. 21. & Adrianus in illo dubio. 10. & Thomas a Vio. q. 15. in opusculo viginti septē quæstionum.

Ad secundum respondeo concedendo Pan. cum cōmuni sententia & cum Angelo in Summa tenere in illo. c. Omnis. crimē cōmittendū, cuius non pœnitet cōfiteatē, reuelari posse. Imo & ante illū idē voluit Alexāder quarta parte. q. 78. mēbro. 2. art. 2. & Hostiens. cum Ioh. And. & Petro ab Ancharano in d. c. Omnis. & post eum Syluester verbo Cōfessio. 3. q. 5. & Dec. in. c. Cum non ab homine. de iudic. col. 3. & Barb. in. c. Iurauit. col. 18. de probatio. Cuius opinionis autorem aiunt esse Innocentiū ibi. qui tamē mihi contrariam sententiā tenere videtur. Postea enim, quam dixit crimē quod confiteatur pœnitens, cōmittendū, reuelari posse illi, qui prodesse valeat. & c. subiicit & rationē. Quia (inquit) in hoc fuit minister Dei, quia tunc dicitur confessio fieri tanq̄ Dei ministro, quando confiteatur, vt pœniteat. post quæ scribit illa: Hæc ratio non placet, quia bene credimus q̄, vt minister recipiat, etiam si in peccato remanere proponat. c. Quod quidam supra eo. Audis Innocentium virū oculatissimū reprobare rationē illam qua maxime nititur opinio aduersa. & per consequens videtur etiam ipsā opinionē corrigere: quando ratione legis correctā lex quoq̄ ipsa correctā videtur. c. Miramur. de seruis non ordinād. iuncto. c. A multis. de ætat. & qualitat. gl. & Bart. in. l. 1. ff. de legit. tuto. quem sequitur Felin. in. c. Tua. de iureiur. col. 2. & c. 1. n. c. de sponsal. Quare contrarium cum Thoma Scotō Paludano ac aliis omnibus fere scriptoribus in illa. d. 21. teneo nō posse reuelari eiusmodi confessionē peccatorū, quorum nondū pœnitet confitētē. Et ad rationem, quæ in argumento insinuat̄ concedo eiusmodi cōfessionem non esse talem, quæ absolutionē mereatur: sed nego illam nō esse sacramentalē & talem, quæ sigillo secreti confessionis sigillata non sit. Primo quia, vt cōfessio tali sit ob signata sigillo non oportet, q̄ sit talis, quæ absolutionem mereatur. Nam confessio laico facta secūdū omnes est celanda: quam tamen clarū est non posse absolutionē mereri per ea, quæ dicta sunt supra eadē dist. c. 1. in princip. annot. 3. Secundo, quia licet illa confessio nō mereatur absolutionem durante illa cordis duritia, tamen adueniente, quæ illam

illam cōminuat, contritione potest absolutionem mereri. & ita, vel est, vel apta est esse sacramentalis.

Ad tertium nego illam illationem: confitens ipse tenetur cōfiteri. ergo & confessarius poterit illius confessionē reuelare. Quia is lege prohibetur diuina, ne id faciat, vt supra est dictum, ille autem lege diuina id facere iubetur. Casu itaq; huiusmodi occurrente confessione videlicet deliberationis disseminandæ hæreseos, vel aliorum criminū cōmittēdorum quālibet magnorum, a qua forte nolit, qui confessus est desistere, imo forsitan proponit cum aliis sociis ea peragere: Primo fateamur cum omnibus cōfessarium monere debere episcopū, præsidem, vel alium, cui ea res curæ fuerit, vt inuigilet super gregem suum eo, q; eum lupo rapax tentet inuadere. Secundo fateamur etiam cum omnibus huiusmodi confessarium debere facere omnia, quibus obuietur delicto cōmittendo sine aliqua eius, qui cōfessus est significatione. Tertio tamen negemus contra prædictos reuelandam esse personā, etiam si sola illius expressio sit remedium illi hæresi fugandæ, vel impediendæ, vel aliis delictis reprimendis, nilq; aliud sufficiat. Quod, vt omnes post Thomā in dicta. d. 21. affirmarunt, ita multi cardinales ei subscripserunt: Primus beatissimus ille Bonauentura in illa. d. 21. Hostiensis item. Nam illum cardinalē fuisse constat, q; episcopatus Hostiensis cardinalatus titulus sit, vt p̄didit. gl. regulæ. 7. cancellar. in Sūma de pœnitent. §. In quo. Cardinalis item Florētinus in. d. c. Omnis. Cardinalis etiam. S. Xysti. qui & a Turrecremata in hoc cap. nostro. Cardinalis item sancti Xysti cognomento Caietanus non in vno tantū loco: præsertim aut in opusculo viginti septem quæstionum. q. 16. Vbi rogatus ab altero Cardinali respondit confessarium, cui manifestata est in confessione deliberatio occidendi regem, vel Pontificē summū cum proposito id ad effectū ducendi, nō posse illud reuelare. Vbi etiam vir oculatus vidit Innocentiū non dicere, quod vulgus putat. Cuius hæc censura iucunda fuit nobis, qui antequam illam videremus, idem veritate cogente diximus. Ad dō & aliā rationē valde neruosam, q; eiusdem rationis & fori est cognoscere peccatū vt absoluendū & impedimentū absolutiōis faciendæ. Ad eundē enim spectat condēnare, ac ideo cognoscere ea, per quæ condēnari debeat, & absoluere & cognoscere, per q̄ id faciendū est. l. Qui condēnare. ff. de re iudic. c. Cum inferior. de maior. & obedient. & in proposito, nempe, consciētiae foro casus est in. c. Verbum. de pœnit. d. 1. vbi Ambrosius: Dominus par ius esse voluit & ligandi & soluendi. & Iohānis. 20. simul data fuit pōtestas ligandi confitentē cum potestate absoluendi, cum dicitur: Quorum remisistis peccata, remissa sunt: & quorū retinueritis, retenta sunt. At sicut manifestatio peccati cum contritione est causa absoluendi, ita manifestatio cum animi obstinatione est medium condēnandi. Ergo, sicut vnū recipit,

vt mi-

vt minister & vicarius Dei in consciētiae foro, ita & alterum: ac ideo eadē est vtriusq; celandi ratio. Cum ergo Innocent. qui maxime nostros omnes mouit, hoc non dicat, cum horum ratio falso nitatur fulchro, teneamus hæc quæ inter Theologos comunis est, quā mutato proposito idem Hosticis tenuit in illo. §. In quo peccato. quam tot Cardinales tenent, quā etiā Papa Innocentius. 4. Si bene ponderetur sentit & Adrianus sextus affirmat.

Ad quartum igitur argumētum respondeo in illo. c. Officii. de pœnit. cōfessarium detexisse quidem peccatum, non tamen ipsum peccatorem neq; peccatum ita, vt peccator cognosci valeret, quod licitū esse supra tutati fuimus.

Ad. c. vero Significasti. de adulter. facile quis diceret cū Pan. & comuni id ibi factum fuisse de confitentis licētia. Pro quo facit, q; ipsemet pœnitens palam etiā fatebatur, nō (inquam) solum peccatū: sed q; etiā peccatū ipsum fuisse sacerdoti confessus. Qui modus intelligendi, licet olim placuerit nobis, nunc tamen displicet. Nā primo tūc demū dicimus de confitentis licētia licere aperire cōfessionē, quando ea licētia praestatur ex causa iusta & quæ honori, vel vtilitati conducit ipsius confitentis, vel alterius. quam tamen causam in illius cap. casu cessare constat. Quoniam nō honori, sed infamiae: non vtilitati, sed detrimento ipsius mulieris illa detectio cederet. Deinde adultera illa dixit tam se, q̄ adulterum præbyterū confessos fuisse illi sacerdoti. Quod si accipias de sacramentali cōfessione, illa nullatenus scire potuit. Quoniam nequiuit adulterum audire confitentē. quia singuli singulatim confitemur, & ita confiteri oportet sacramentaliter. c. Omnis. de pœnit. ibi solus. Postremo, quia non satis constat ideo sacerdotē reuclasse peccatū adulteræ, quia illa dedit licentiā id faciendi. Aliud enim est dicere: Hoc peccatū feci, hoc peccatū illi sacerdoti confessus fui. aliud: Confessionem meā reuelandi licentiā illi sacerdoti concedo. Facit, q; secū dum Scoti, Durandi Gabrielis & aliorū multorum opinionē, qui putant de licētia confitentis confessionē reuelari nō posse, illud. capit. necessario venit aliter, quā cōmunis intelligit, intelligēdū: Quare planus illius cap. 127 sensus fuerit, q; adultera illa confessa fuerit se & adulterum cuidam sacerdoti fuisse confessos confessione extraiudiciali. Quod fecerunt aliqua de causa tunc occurrente puta, quia forte illos in ecclesia inuenit & forte adiurauit tanq̄ amicos, quo dicerent ipsi veritatem, ne se pollueret in polluta ecclesia celebrando, siue quia sacrilegii pœnastimentes ei se cōmendarunt tanq̄ intercessori, siue alia quauis de causa.

Neq; obstat illud, quod Panor. & cōmunē mouere potuit, nempe q; sacerdos ille, cui adultera dicebat ambos delictum confessos fuisse, nomen adulteri celasset, quando testatus fuit verum esse illā adulterā sibi delictū illud confessam fuisse. Quoniam id multis de causis contingere potuit.

Forte

Fortē non fuit interrogatus illud. & forte postea vel ante, q̄ ambo illud delictum confessi fuissent, extra iudicium illi sacerdoti, idem presbyter ille sacramentaliter fuit confessus. Et ideo putabat se non posse detegere peccatum illud, quod in pœnitentia suscepit, licet alia via id nosset iuxta multorum docentiū opinionē. Quæ tametsi falsa est, tamen in hunc vsq; diem ita multorū ossibus hæret, vt non paucos decipi audiamus. Neq; absumile vero est illū presbyterū illi sacerdoti sacramentaliter cōfessum fuisse, quomissaret diebus sequentibus. Deniq; aliis id de causis contingere potuit. Nam neq; cōmunis satis ostendit ideo non detexisse illud, quia detegēdi licentiam non haberet. Imo neq; ideo detexisse cōfessionē adulteræ, quia id faciendi facultate ab illa suscepisset.

Ad c. Matthæus respondeo nullū esse in illo cap. verbū, quo significet Matthæus suscepisse illud in pœnitentiā, sed solū secrete id retulisse Papæ. quæ longe sunt diuersa.

128 Ad c. vero. Nemo ꝑ respondeo concedendo ibi probari posse quē dare de alterius reconciliatione testimoniū: sed ex hoc non sequitur posse reuelare confessionem. Primo. quia non omnis recōciliatio est cōfessio peccatorū, vel fit per eā, imo aliqua est exterioris, fori, nēpe recōciliatio solēniter pœnitentiū gl. postrema. c. In capite. so. dist. textus in. c. In capite. in duobus locis. & in. c. Aurelius. 29. q. 6. & c. Sanctū. de cōsecr. d. 4. recōciliatio itē excōmunicationis. gl. in illo. c. 1. 26. q. 6. Secundo respondeo nō satis consequi eam illationē. Quoniam aliud est reuelare confessionē, aliud est dare de reconciliatione testimoniū.

Ad c. Exhibita. respondeo ibi nihil aliud probari, q̄ q̄ quidam morti proximus dixit se cuidam sacerdoti, qui præsenserat suam aperuisse cōfessionem. Quod autem sacerdos aliquid reuelarit, vel dixerit, nullo verbo ibi significatur.

Ad c. autem Lectæ, de renunciat. respōdeo primo illum text. nō loqui de peccati confessione, sed de renunciationis cuiusdā manifestatione. Secundo respondeo nullum esse verbū ibi, quod significet abbatem, de quo ille text. agit, confessum fuisse sacramentaliter archiepiscopo: sed solū cōfessum fuisse humiliter, secrete ac reuerenter, vt quemlibet aliquod crimē coram superiore confitentem decet.

Ex his omnibus infertur primo longe strictius esse sigillum secreti cōfessionis, q̄ sigillum secreti naturæ. Hoc enim multis casibus sine vlla licet recludere dispensatione, vel licentia, quod supra monstratū fuit. Illud verō nullo nisi vno & illo controuerso, quem paulo post discutiemus,

130 Infertur secundo ꝑ etiam Papā, etiam propter maximā Reipubl. utilitatem non posse dispensare cum confessario, vt confessionē reuelet. Primo, quia Papa non potest super scādalo dispensare. c. Si quando cū ibi notatis quia

de rescript. A ptior tex. c. Cū teneamur. de præbend. ꝑ Nō enim potest mā dare, vt non obstante scandalo fiat aliquid, quod lege Dei non est necessarium secundū Innoc. in. c. Inquisitioni. de sentēt excōi. & anotauit expresse Pan. in illo. c. Cum teneamur. de præbend. aiens non esse obediēdū Papæ, si scribat: non obstante scādalo. propter potestatis defectum. Quod etiam annotarunt nouiores. in. c. Si quando. de rescript. At confessionē etiam ꝑ vitando scādalo non licere reuelare casus est in cap. nostro. ergo minus poterit super hac reuelatione, quam super scandalo dispēsare. Facit, q̄ lex, q̄ iubet confessionem teneri secretam, diuina est, vt supra est dictū. At circa legem diuinā Papa non dispensat, licet illam aliquando declaret nō habere in aliquo casu locum Thomas prima Secundæ. q. 100. art. 8. cōmuniter a Theologis receptus.

Contra tamen hoc secundum corollariū facit, ꝑ Papa dispensat super iureiurando. c. 1. & c. 2. & c. Verum. de iureiurā. & super voto. c. Magnæ. de voto. traditur secunda Secundæ. q. 88. art. 10. & q. 89. art. 9.

Ad hoc respondeo concedendo assumptū, nempe, Papā in iuramēto & voto ex iusta causa dispensare. ꝑ In hoc autē præcepto nō posse, quia nulla posset ad id faciendū iusta reperiri causa, vt in confirmatione nostræ conclusionis tangebatur. Posset etiam responderi aliud esse in iuramento & voto, in quibus nemo sine animo se obligandi obligatur. aliud in hoc secreto, ad quod sine villo suo facto vincitur & ligat, vt Adrianus aiebat. Faciūt quæ nos latius scripsimus in. c. Sicut. de consecr. d. 1. Facit quod, quæ bis facto nostro quæruntur, fortius adhærent, quā quæ alieno, vel lege sola. l. Cum pater. §. Surdo. ff. de leg. 2. l. A Titio. ff. de furt. iuncta. l. Si spōsus §. Si maritus. ff. de donat. inter vir & vxo. optimus text. probans vtrunq; in. l. Si tibi homo. §. Cum seruus. ff. de leg. 1. Quæ habet legatum quæri etiam ignoranti sola legis dispositione, quæri etiam acceptatione legatarii. At posteriorem acquisitionem irreuocabilem esse, priorem vero reuocabilem facit. l. Qui Romæ. §. Flauius. ff. de verbo. cum his, quæ ibi Bartol. q. 1. & cōmunis determinat de donatione rei facta cuiuspiam ea lege, vt post certum tempus ad ecclesiā perueniret. quæ potest reuocari sola donantis, vel vtriusq; voluntate in ecclesiæ præiudicium. Quia ecclesia non facto suo, sed alieno id sibi quæsiuit. Cum igitur obligatio celandi confessionem quæratur Deo contra eum, qui eam nouit per suam legem solam, difficilius poterit illa per Papam tolli, quam voti & iuramenti obligatio, quæ mediante nostra voluntate quæruntur. Et ne dicas confessionis quoq; celandæ obligationē ex facto confessarii, nempe, cōfessionis auditione nasci, considera confessionis auditionē non principaliter, sed obiter ac secundo hūc effectum parere. Iuramentū autem & votum de aliquo faciendo in obligationē principaliter tendere. & quod principaliter agitur

attendendum potius esse probat lex illa vulgata. Si quis nec causam, ff. si cert. pet. & c. Non dubium. de sentēt. excōicat. secundū vnum intellectū.

135 Tercio infero intrādā esse syluā & in ea moriēdū illi sacerdoti, cui vn⁹ e comitibus cōfiteretur in ipso syluæ ingressu se cum aliis suis comitibus de occidendo eo eiusq; diripiēdis spoliis cōuenisse: si modo nullam inuenire potest occasionē, quo tollatur comitibus ratio iusta credendi eum ideo redire, quia confessus fuit ille comes & consilium illud arcanū patefecit.

Contra quod tamen facit ratio, qua motus Maior aliud tenebat in illa d. 21. quia reditus ille vel redeundi actus suapte natura nō est alicuius talis arcani significatiuus. Ergo per illum reditum nō videtur vllatenus significare illā confessionē. Facit & alia ratio, qua motus Adrianus etiā contra tenebat in illo dubio. 10. nēpe, q̄ ille presbyter sic rediēs nil palā facit aliis, quod non cederet in honorem & decus ipsius cōfidentis. Alii enim comites sciebant illam conspirationē & eam non patefecit illis: pœnitentia vero & confessio, quam eis patefacit, in decus & honorem ipsius cedit. Facit & tertio quod lex de se tuendo seruandoq; est lex diuina a natura data iuxta illd̄ Ciceronis: Principio generi animatiū omni a natura tributū est, vt se, vitā corpusq; suū tueatur. l. Vt vim. ff. de iustit. & iure. c. Olim. d̄ restit. spoliat. Lex autem de confessionis secreto seruādo lex est diuina, sed nō naturalis. imo, quæ cū noua lege caput. Ergo fortior est illa, quā hæc. c. d. in principio. Ergo hæc debet illi cedere argu. c. Quanto. de consuetud. & eorum, q̄ scribebamus hoc anno in. c. Sicut. de consecrat. d. 1.

136 Ad priorem Maioris rationem respondeo concedendo illum reditum simplicem & ab aliis circūstantiis absolutum suapte natura nō significare pœnitentē illud arcanum pessimum patefuisse: negādo tamen, si accipiatur cum circūstantiis illis, de quibus in corollario. l. cum illa cōfessione in syluæ ingressu facta, & tali tempore, quādo nulla erat spes, vel suspicio sacerdotis regressuri, neq; ille vllatenus ante significauit. Imo fortasse sua iocunditate & alacritate monstrabat se plus aliis & cupere & sperare illam syluam ingredi. Quis enim cōsciorū criminis adeo hebes esset, vt non intelligeret illum in redeundo significare ab illo pœnitente accepisse grande aliquod periculum, ob quod regreditur? Et quis eorum, qui conspiratiōis fuere participes non intelliget ei per illam confessionem suam de occidendo illo conspirationē patefactā esse? Facit pro his illud simile: Tenere in manu ensē strictū non est signum homicidii, sed neq; cum eo stricto currere. At si ea circumstēt alia, videlicet. ensē esse cruentum, latorem illius exire domo quadam, in ea reperiri recēter occisum, occiso vulnus esse incussum, neminem aliū in illa domo agere signa sunt homicidii certissima secundum Iohan. And. ad Specul. titul. de probatio. §. fin. versicul. 13. n. 19. quem sequitur Panor. in. c. Tertio loco. de probat. col. 4. Quod ibi hoc ipso

anno

anno diximus & scripsimus.

Ad posteriorem vero Adriani rationem respondeo concedendo nullū peccatum per illum reditū patefieri comitibus, quod eis non esset antea notum. At patefit confessio peccati & patefit peccatum & peccator, q̄ ipse per solam confessionē noscebat. et hoc est satis, quo reuelator sit cōfessiōis. Nā ab omnibus est receptum confessarium, qui meretricis palam, publice ac notorie quæstum facientis cōfessionē audit, non posse dicere: Hæc mihi mulier confessa est se esse meretricē. Contra omnes item est confessarium palam facere posse confessionem sine confitentis licentia, etiam si manifestatio illa illius honori cedat & lucro. Præterea hoc casu, qd̄ vir ille alioqui oculatissimus nō vidit, eiusmodi reditus & eiusmodi confessionis manifestatio occasio esse posset mortis illius patefactoris, quem fortassis alii comites ob eam suspicionē syluā ingressi occiderēt eo, q̄ ipsos prodiderit. & ita non, vt ille ait, illa reuelatio in solum decus & honorem ipsius confitentis cedit. Postremo, si hæc Adriani opinio vera esset, sequeretur cōfessariū posse patefacere pœnitentem sibi confessum esse hoc & illud peccatū, quæ nouit is, cui ea patefiunt, quod contra omnes esse constat.

Ad tertium concedo legem de se tuendo naturalē esse, legē vero de cōfessionis secreto seruando diuinā positiuā. cōcedo item cæteris paribus diuinam & naturalē præstare diuinæ positiuæ. At hic non sunt cætera paria. 139 Nam illa naturalis de se tuendo propter propriam eius, qui se tuetur, utilitatem est lata, hæc vero de confessionis secreto seruando propter utilitatem publicam, nempe, ne confessio fiat CHRISTIANIS odiosa, imo in dies magis amabilis & gratior. Quod confirmatur similitudine satis cōgrua: Lex de secreta seruādo naturalis est, lex autem de secreto cōfessionis seruando partim naturalis est, partim diuina positiuā: & tamen, qua parte est diuina positiuā fortior est & rigidior, q̄ qua parte est naturalis, vt clare per superiora colligitur. Et non alia ratione, nisi quia, qua parte est diuina positiuā, totius CHRISTIANIS decus & utilitatē respicit: qua vero naturalis, solum decus & utilitatem illius, qui secretum cōmisit. Quare teneo corollariū, quando, vt in eo dicitur, nulla se iusta offerret occasio alia redeundi, quo iuste credendi arcanū esse patefactū occasio tolleretur illis coniuratis. Et cū Scoto beatū illum appello confessariū, qui sibi CHRISTVM, qui priuata publicā, qui temporariæ vitæ præferret æternā martyr ac corona gloriosa dign⁹, si taliū coniuratorū manibus mori cōtingat.

Infertur & quarto non esse contra charitatē celare confessionē, quā non patefacta non solum priuata res, sed & publica periclitatur: Sicut non est contra charitatem nō admittere adulterium, vel non mentiri, quando punitiū adulterii, vel mēdicii Respub. in tuto locari posset. Nō eni sūt faciēda mala, vt inde bona sequant. ad Roma. 3. & cap. fin. 46. d. c. Forte. 14. q. 5.

r Infert



Infertur & quinto reuelare confessionem, nisi, quando id de licentia fieret confitētis, rem esse per se malam perinde, ac fornicationē & mendaciū: & ita dari aliquid, quod per se peccatum est & nulla humana dispensatione iustificabile, quod tamen sola lege diuina positiua, & non naturali est prohibitum. s. reuelationē, qua maxima Reipub. damna impediretur. Quāquam dici potest naturalem quoq; cum diuina positiua hoc casu cōcurrere illam. s. ne fiat id, quo res populo seruando necessaria fit eidem exosa.

141 Infertur & sexto f. confessariū in testē præsentiū & iuratū dicere posse nihil se scire, vel audisse, si de his, quæ per solam sacramentalē confessionē nouit, interrogetur iuxta illud Bernardi: Nihil minus scio, quā quod per confessionem scio.

Dicat hic aliquis verum esse confessariū audiisse: ergo falsum, non audiisse. Quia fieri non potest duas contradictorias per vllam potentiam dari simul veras. c. Si paulus. 3. q. 5. Neq; videtur responderi posse: scit vt Deus, nescit vt homo. Nam primo quomodocunq; sciat, verum est eum 142 scire: ergo falsum est eum non scire f. Secundo, quia imo scit, vt homo, quoniam auribus carnis audiuit: imo & forte illicite audiuit, puta ob malum finem, vel excōmunicatus. Præterea laicus, cui loco sacerdotis fit confessio, vt homo audit. Quod si negas: negare certe non potes de illo qui casu, vel dolo confessionem, quæ alii fiebat, audiret. Nam ille, vt homo audit: tamen idem de illo, ac sacerdote, dicendum supra in prima conclusum fuit quæstione.

Respondeo igitur ad argumentum concedendo duas contradictorias per nullam potentiam dari posse simul veras. Concedendo item hunc scire & hunc non scire contadictoria esse, si absolute & absq; vlla capiantur additione. Sed nō, si vna illarum simpliciter & altera cum additione, quomodo in proposito nostro capiuntur. Dicimus enim confessarium scire. s. 143 simpliciter aliquo modo quicunq; fuerit ille f. dicimus autem eundem cōfessarium non scire, tali videlicet scientia, quæ ad reuelandum sufficiat. Si mile desumi potest ex Archidiacono in præsenti, qui allegat illud Matth. 13. vbi de illo nouissimo ac tremendo die habetur Seruatorem illum diē, quando erit, minime nosse. At cōstat eum optime illum nosse, quippe, qui omnia præterita & præsentia cū futuris, imo possibilibus nouit: vt est vna omnium catholicorum sententia in Tertio. d. 13. per illud Iohan. 1. plenum gratiæ & veritatis. Sed illa non contradicunt. Quia illud, Seruator illum diem nouit. simpliciter & absolute sumitur & verum est. Illud autē: Seruator illum diem non nouit. non simpliciter sumitur, sed cum additione subintellecta, videlicet, ad reuelandum aliis. et ideo verum est. Sed illa sic dispariter sumpta nullatenus contradictoria sunt, vel contraria.

Infertur

Infertur & quinto f. posse quē licite scedere matrimonii cōiungere illos, inter quos impedimentū nouit esse legitimū: puta, si quis confessus fuerit suo parrocho rem habuisse cum aliqua, cum cuius intra quartum gradum consanguinea nunc contrahere deliberat matrimoniū. Huiusmodi enim impudicū virum & canonum irreuerentē potest quidem parochus, ne id faciat, secreto monere ac deterrere. At si publice petat a parrocho, vt ipsos scedere matrimonii coniungat, necessario tenebitur id facere argumento, c. Si sacerdos. de off. ordin. Pari ratiōe dicendū parochū teneri f. aliquādo 145 ei, quem scit excōmunicatū, etiam in diuinis, etiam in sacrosanctæ eucharistiæ sacramento cōmunicare: quando videlicet is, quem per solā confessionem excōmunicatum nouit, audet publice, in aperto & corā aliis petere sacramenta. In qua re, quidquid Scotus & Adrianus etiam reprehēdēs dicat, cōstat primo talē parochū posse illū in secreto, dum solus est, solum vitare. Secundo non posse coram aliis, etiam si extra confessionem secreto id nosset. c. Cum non ab homine. de sentēt. excōmu. & in dicto. c. Si sacerdos. de off. ordi. Hodie vero excōmunicatū, donec denunciatus fuerit, vitari non posse late diximus in. c. 1. §. 1. supra ead. distinct.

Infertur & septimo non esse omnino verū qđ quidā pro indubitato cō 146 sulunt: nempe, confessariū quoad confitentē, perinde se extra confessionē gerere debere, qualem se gessisset, si eum nullatenus audiisset. Nā primo, si nullatenus audiisset excōmunicationē, de qua in hoc corollario agimus, vel impedimentū, de quo in præcedenti agebamus, nō posset eum, vel secreto monere, vel in secreto euitare: Et tamen audita confessione id efficere potest. d. c. Cum nō ab homine. de sentēt. excōi. Secundo, si quis per confessionem solā sciret aliquem esse malū virum, quamuis per omnes alias vias eum haberet & coleret, vt optimū, occurrente tamen prælati electiōe, in ea eundem, si non audiisset ipsius confessionem, & posset & deberet, eligere: propter tamen illam scientiā in cōfessione quæsitam neq; deberet, neq; posset illi suffragari. argumē. c. Cum in cunctis. §. fin. de electio & c. Perpetuo. eodem tit. lib. 6. coniūcto. c. Si sacerdos. de off. ordi. & §. fin. c. 1. supra ead. dist.

Illud tamen memorabile fuerit, quod in hac re annotauit Paludanus in illa. q. 3. f. nempe illum, qui eligit indignū, quem sola confessione talē esse 147 nouerat, non incurrere pœnam suspensionis, de qua in. c. Cum in cunctis. §. fin. de electio f. Quod, tametsi probet Adrianus, mihi non videtur expeditum. Nā. §. ille iuncto. c. Cum vintoniēsis. pœnam illam eligenti sciēter indignum imponit. At is sciens eligit indignum & tali scientia sciens, quæ facit ipsum peccare secundum ipsosmet. Quare igitur illam pœnam non incurrat? Facit, qđ tam efficax est illa scientia in negotio, quod inter Deum solum & hominē agitur, quam alia: imo efficacior, quippe, quæ in

## DE POENITENTIA DIST. 6.

ipso Dei foro est quaesita. Ergo, si alia facit incurrere hanc poenam, faciet & ea argumēto. l. Illud. ff. ad. l. Aquil. & c. Inter ceteras. de rescript.

Nec obstat, si dicatur agi ibi de poena & poenā in foro Dei nō incurrī, licet in foro debeat exteriori, gl. singul. in cap. Fraternitas. 12. q. 2. Non (in q̄) hoc obstat. Quia primo illa gl. nō habet locum in cēsuris, q̄ nulla indigent executione alia prāter illam, quā secum ferunt. Quod late etiam Thomas iunior probat secunda Secundae. q. 6 2. art. 3. & ille. §. de suspensio- nis poena agit, quā vna est de censuris. c. Querētī. de verb. signific. Quare  
149 verius fuerit resolvere in his, quā ad solum Deū pertinet, colloquia, tātae virtutis esse, hanc de qua loquimur, per confessionē quaesitā scientiā, quāte aliā secretā. Tertio pro corollario nostro facit. q̄ licet recepta sit illa sentētia, q̄ habet secundū allegata & probata iudicandū, & non secundū propriā scientiam. c. Pastoralis. §. Quia vero. de off. deleg. c. Iudicet. 3. q. 7. l. Illicitas. §. Veritas. ff. de off. præs. d. Scientia tamen priuata multū iuuat iudicē, quo  
140 diligentius rem perscrutetur secundū omnes. Ita etiam scientia, quā quis vt cōfessarius habet, multum luminis praebebit in aliis rebus agendis. Facit & quarto, q̄ secundū omnes iuste quis posset electoribus dissuadere alicuius in praelatum electionem ob solam per confessionem de ipso scitā malitiam, modo ita rē gereret, vt nullo modo peccatū ipsius proderet vlli

Octauo subinfertur vtile fore delinquenti, si reculatione, vel alio iusto modo illius iudicis, cui crimen confessus est, iudicium declinare possit. Quoniam non mediocriter illa priuata scientia illum iuuabit ad inquirendum diligentius veritatem, imo & ad confirmandū contra eum iudicium per supradicta.

### CASVS VNICVS IN QVO REVELATVR IVSTE CONFESSIO.

151 Restat discutiendus ille casus vnicus in quo licet confessionem reuelare. s. de confitētis licentia. Qui mihi admittendus videtur primo, q̄ Tho. ita diffinit in Quarto dist. 2 1. quē sequuti sunt Palud. & alii ipsius scholae viri. Et hoc tenet Rosella supplementum Pisanellae & Syluester in titulis suis. hoc etiam Diuus Antoninus tertia parte titulo. 2 2. §. 1. Quod ipsum nostri, vt plurimū probant. Quorum de numero sunt Archid. & Alexād. c. Ipsi Apostoli. 2. q. 7. Card. S. Xysti in praesenti. Iohānes And. in. c. Lecta. de renūciat. Pan. & alii in. c. Significasti. de adulter. Felin. in. c. Testimoniū de testib. in. c. 1. de exceptio. c. Nemo. c. In tantū. c. Matthaeus. de Simo & Lapus allegat. 9 4. Pro quibus faciunt primo capitula praedicta. Lecta. de renūciat. & c. Nemo. & c. Matthaeus. de Simo. c. Significasti. de adulter. & c. Officii. de poenitent. & remissio. Quorū maxime vrget illud. c. Significasti,

ficasti, quo clare probari videtur sacerdos reuelasse adulteriū sibi confessione patefactum, & non punitur. Quod non potuit fieri alia ratione, nisi quia ex licentia ipsius mulieris adulterae reuelasset. Igitur propositum. Hoc tamen argumentum dilui potest per illum intelligendi modum, quo noue interpretabamur illud. c. Significasti. supra eo. n. 1 2 7. Secundo facit, q̄ probari potest in foro exteriori quem esse emendatum & purgatum a criminis per eū cōmissi labe. c. At si clerici. §. De adulteriis. ibi: post poenitentiam peractam. de iudic. c. Testimoniū. ibi: si vero sit de crimine emendatus. de testibus. Facit. c. Ferrum. c. Domino sancto. 5 0. distinct. Et hac emendatio debet secundum omnes glossas & doctores fere omnes probari per sacerdotem. At ille nō potest fidem facere de eiusmodi vitae nouatiōe, nisi testificando de confessione sibi facta & absolutione per se data ac poenitentia imposta & ab illo acceptata. Nō enim est aliud lignum sub caelo, quo possit vitae post baptismū corruptae renouatio constare ecclesiae, nisi, si tempus patitur, per eiusmodi recōciliationē. c. Non potest. 1. & 2. c. Ecce c. Neminem. supra. d. 1. Licet, quando id tempus non pateretur, alia sufficienter signa. c. A nobis. in magno. de sentent. excōi. c. Sanctū. de consecrat. d. 4. c. fin. de sepult. & aliis similibus. Poterit ergo sacerdos aliquo casu testificari de confessione sibi facta in iudicio exteriori ita, vt ei credatur: & nō nisi ex consensu confitentis, igitur propositum.

Quod si forte quis dicat cum aliquibus, quorum de numero est Cardinalis S. Xysti in hoc cap. nostrā collectionē enervari, si respondeatur satis prouideri necessitati probandae confessionis per hoc, q̄ poenitens extra confessionem dicat confessario, quod nuper dixerat in confessione replicabimus primū periculosum esse illud remedium. Quia sacerdos ille, si  
152 postea citaretur in testem ad alium effectum, teneretur testificari: quando saltē iam prius alius de ea re testis, vel aliud iudiciū praecessisset secundū, ea, q̄ late hoc anno scripsimus. in. c. 2. de confessis. quod & Felin. annotauit in  
153 illo. c. Matthaeus. Secundo replicabimus toto, quod aiūt, caelo Faberrare, qui talia scribunt. Non enim sufficit illud ad probandam emendationem. Quia, nisi aliam dederit licentiam, non poterit testificari se audisse ab eo illud peccatū in confessione & eum absoluisse: quādo solum poterit dicere dictum fuisse sibi illud secreto extra confessionem, quod nihil concludit ad emendationem. Tertio facit, quod omnis celandae confessionis ratio cessat, quando de poenitentis consensu detegitur, vt ex argumētorum pro contraria parte solutione dilucide apparebit. Ergo & ipsa occultationis necessitas cessat. c. Cum cessante. de appellat. l. Adigere. §. Quamuis. ff. de iure patro.

Contrariam tamen partem affirmarunt multi & in his Scotus in dicta dist. 21. quem probarunt vir piissimus Bonauētura, resolutus Durandus

acuti Parisienses, eruditi Tumbingenfes. Angelus etiam verb. Cōfessio. §. qui pro se citat Pet. Aureoli & Landulphum in d. dist. 21. Apud nostros etiam Collectarius in illo. c. Omnis. sequutus suū præceptorem, qui postea fuit Clemēsius nominis sextus. Richardus autem, inter vtroq; medius, dixit reuelare posse de licentia confitentis ad ea solum, quæ in conscientia foro prodesse poterant pœnitenti: non autē, quæ ad alia. Pro Scotto eiusq; asseclis facit primo, q̄ confessarius scit peccata, vt Deus, & nō, vt homo: alioqui non haberet in eum iudex iurisdictionem. c. Cum inferior. de maior. & obediē. Ergo non poterit de illis testificari. Secundo facit, q̄ nemo potest iuri in fauorem publicū inducto renunciare. c. Si diligēt. de foro competent. L. Si quis in scribēdo. C. de pactis Sigillum autē cōfessionis, hoc est, debitū eam celandi non solum est inductū in confitentis fauorem: sed totius populi CHRISTIANI, ne ab antidoto confessionis saluberrimo sumendo detrahatur. Quid ergo priuatus consensus agit ad tollendum eiusmodi ius publicū? Tertio, q̄ iudices passim compellerent captos in quadagesima, vel alio tempore suis confessariis confessos ad dādam licentiam confessionis eis reuelandæ & ita facile possent condenari. Qua ratione non parum nititur Maior.

Hæc tamen non videntur tantū æstimanda, vt in suam partem nostra here debeant: Nō primū, nam primo dici potest, q̄ per eā licentiam nunc præstitā incipit scire cōfessarius, vt homo, quod ante sciebat solū, vt Deus quod cōmunis opinio habet cum Thoma in Quarto dist. 21. q. 3. art. 2.

Contra tamen hanc solutionem in hunc, quem hactenus non legi, modum replicari potest: q̄ ex ea sequitur confessarium dicere permissum ad vnum effectum posse cogi ad alium. Nam quod secretum quis scit, vt homo, etiam si reuelatum est ei dicendo: Hoc dico in confessione & iurauerit se non reuelaturum, tenetur de illo, si ducatur in testem, deponere secundū Innocentiū cōmuniter receptum in illo. c. Omnis. & supra fufius relatum). At is a data & accepta facultate illa scit, vt homo. Igitur propositum. Præterea Thomā cum cōmuni concedere oportet laicum, & quemuis aliū, qui quomodolibet confessionem audisset, posse illam de confitentis licentia reuelare. quod sine illa facere nequeunt. Quibus tamen hæc Thomæ solutio non quadrat. Idcirco aptius arbitror responderi posse negando, q̄ ille sacerdos nesciat, vt homo. Scit enim, sed tali via, quæ non sufficit ad reuelandum illa cuiq; lege diuina id vetante. sicut & laicus, cui facta esset confessio, & quiuis alii, qui cū nō essent sacerdotes, licite, siue illicite audierūt alicuius confessionem sacramentalem. Illi enim, & si vt homines sciant, nullo casu debent, aut possunt manifestare, nisi de licentia confitentis, & ad eum finem solū, ad quem licentia data est.

Ad secundum autem fateor id sigillū principaliter inductum in fauorem publicum ne scilicet retrahantur mortales a confitendo: nec confitentem huic fauori renunciare posse. At negotiū per hunc permittendi modū huic fauori detrahi: imo, si bene perpendis, additur. Quis enim non videt prouiores fore homines ad confitendum, si certo sciuerint suam confessionem nunquam alicui sine suo consensu detegendam. Imo neq; cum suo cōsensu si aliqua ex parte fuerit confitenti damnosum: manifestādam autem, quoties ei expedierit ad eum solum finem, ad quem ipse volet & ad quem ipsi est utilis & non ad alium.

Ex quo inferitur solutio tertii argumenti nempe non sufficere illum consensum captorum coactum & contra eorum decus & utilitatem præstitum ad reuelandam confessionem. Ecquis tam dormitantem imaginatur Thomā vigilantissimū cum tot clarissimis eruditione viris, vt pararent eiusmodi coactum consensum in tam grande eorum detrimentum præstitum sufficere sacerdoti, vt reuelare confessionem possit? Præsertim quod Paud. in. d. dist. 21. & Diuus Antoninus tertia parte titulo. 17. c. 22. expresserunt eiusmodi coactam licentiam non sufficere & iudicem malefactorum, qui aliquid præsumeret contra captum, qui nolit dare licentiā illam confessario. & eam, quamlibet vniuersaliter & speciatim datam, non extendi, nisi ad manifestationem ipsi vtilē. Quo circa firmandum potius est eius & eorum, quos supra citauimus, Theologorum & Canonistarū propositi & mentis fuisse, vt tūc demū facultatē reuelandi cōfitentis licentia confessario præster, quādo sponte penitus data est ad suā, vel alterius non contemnendam utilitatem spiritualem, aut temporalem. Ad suam quidem temporalem, veluti cum agitur de ipso criminoso ad suos ordines restituendo, vel ad quampiā dignitatem promouendo. c. Domino sancto. 50. dist. tradunt. Archid. Dominicus & vterq; Cardinalis in. c. Ipsi Apostoli. 2. q. 7. Ad alterius vero temporalem utilitatem: veluti, cum producit in testē in causa ciuili & obiecto in ipsum crimine ac probato allegatur esse emendatus. Ad suam autem spiritualem: veluti, cum casus est perplexus, nec satis aperte sine personæ, quæ confessā est expressione solui potest, vt cum agitur de pluralitate beneficiorū, quam constat in vna persona licitam, in altera illicitam. Quo fit, vt si facultas ei fieret publicādi in suam, vel alterius perniciem siue ad iocum & animi solacium tantum, nullatenus liceat eam pandere confessario. Absit enim, vt sacramentis sacramentalibus ve iocemur per ea, quæ supra diximus. In hoc ergo vno casu ad hunc modū temperato licita est confessionis reuelatio, non in alio,

260 **P**ostremo loco dicenda sunt duo. Alterum est quod tacenda est tertia persona, cuius nomen a confitente fuit iuste, vel iniuste in confessione expressum secundum Paluda & Adrianum. Quibus nimium meo iudicio in hoc morantur. Quoniam ad hoc confitendum & ad omnia contraria diluenda sufficit omnia illa, ut procedimus, sub sigillo cadere confessionis, quæ vel confitens, vel confessarius iusta de causa voluerit esse secreta, quæque directe, vel indirecte ad cognitionem peccatoris spectant. Quorum de numero constat esse tertiam personam, cum qua confitens peccauit. Alterum est confessarium dicere posse, & superiore iubente teneri ad dicendum, quæ per confessionem non, & alia via illa didicerit: modo ita illa proferat, ac si nullatenus per confessionem nosset: siue illa nouerit antequam ei confessio fieret, siue postea. Hæc est sententia Thomæ in illa dist. 2. quæ omnes ad vnum post eum sequuntur sunt. Et probatur: Quia, nisi hoc dicamus, & veritati fiet præiudicium & copulationum tolleretur contra. l. Quonia. C. de hæreti. & cogentur qui sunt tiri contra. c. Primus. 2. q. 2. & fraus & dolus maligno patrocinantur contra. c. Sedes. de rescript. quin & innocens damnabitur contra. l. Absentem ff. de pœnis. Nam si duobus, quorum vnus sit sacerdos, videntibus quisquam delinquat & mox sacerdoti, qui viderat eum delinquentem, confiteatur, ne testari possit, nisi dicamus illum ea de re testari posse, veritati fit præiudicium primo. Deinde cogetur mentiri. Nam, quando deponit & dicit: nil scio. siue intelligat, vt Deus, siue, vt homo, falsum dicit. Fraus item & dolus patrocinantur delinquenti. Quod autem innocens quandoque punietur, si contrarium tenemus, patet in eo casu, quo quis tribus, quorum vnus est sacerdos, videtibus delinquit, & mox illi sacerdoti, qui vnus est de tribus testibus, confitetur. Nam si sacerdos iuratus dixerit se id nescire, aliorum duorum testimonio periurii conuincitur & punietur. Neque obstant cap. nostrum. & c. Omnis. de pœnitent. quæ sine vlla distinctione iubent confessario, vt omnino confessionem, peccatum & peccatorem celet. Quoniam propter prædicta, quæ maxime sunt absurda, videri debent intelligi ac limitari, vt procedant, quando sola confitens manifestatione ea nouit confessarius. Neque replices: nullus est, qui hoc distinguat, text. Nam satis est esse, quæ id persuadeat, rationem omnium tonantissimam iuxta. gl. i. in princip. l. De precio. ff. de Public. in rem actio. & c. Consuetudo. i. dist. & c. Marchion. i. q. 1.

MODVS PROBANDI REVELATIONEM

163 **I**n calce autem omnium admonendi sumus nos confessorum, & confiteantur latrores confessionum nos iudicandos esse, si quis nostrum delictum, cui f.

causam, quem in confessione audiuit, pro palat, & confessus asserat sua confessionem eum reuelasse. Et adeo quidem iudicabimur, vt merito condemnemur, nisi probemus nos id aliunde didicisse secundum Hostiensem, quem Cardinalis Panor. & communis sequitur in illo. c. Omnis. sub finem. Non autem, vt eadem Hostiensis placet, ordinaria castigabimur pœna, sed extraordinaria. Pro quo facit illud Innocentii in. c. Quia verisimile. de præsumpt. col. 2. versic. Nota tamen. s. quod delicto non aliter, quam præsumptione probato non debet delinquenti ordinaria pœna imponi.

Ex quo inferitur, quam periculosum est confessariis de peccatis eorum quos in pœnitentia susceperunt, colloqui.

Huic vltimo affine est illud, quod Hostiensis primus, ac deinde Collectarius & communis determinat in illo cap. Omnis. nempe tantum confessario esse imponendam pœnam huius capit. & illius. c. Omnis. de pœnit. & remiss. Non autem aliis, saltem laicis: quippe, qui eius pœnæ non sunt capaces. Carens enim ordine ab eo deponi nequit argumento. l. Decem. ff. de verbo. & c. Ad dissoluendum. de desponsat. impub. Præterea non tantum alii ac confessarius, peccat per ea, quæ supra in quaestione prima dicta fuerunt.

IN GLOSSAM PRIMAM.

Ex hac gl. quamuis vacillet, colligitur primo confessarium non teneri ad reuelandum, quæ per confessionem didicit, etiam si sibi superior sub excommunicationis pœna iubeat: vt omnes iis de rebus aliquid scientes illud manifestent. Quæ conclusio, vt plurimum ab omnibus & Theologis & Canonum peritis recepta est, & inter alios hanc gl. commendauit Felinus in cap. Incrimauit. col. 3. de testibus. & plus satis probatur in tertia quaestione corollario. 2. superius posito. Quod habet etiam Papam id iubere non posse, neque super eo reuelando dispensare.

Ex quo inferitur verum esse, quod olim cuidam monacharum præfecto meritißimæ respondi confessarium monacharum, qui per confessionem nosset vnâ ex illis a monasterio nocte proxima extrahendam posse quidem monere præfectam, quo vigili custodia tam foedo facinori obuiaret. Reuelare autem personas, etiam si absque illarum reuelatione satis occurri nequirit, non posse: quamuis, vt ea de re, quod quisque sciret, superior illius confessarii sub excommunicationis pœna ad illam præfectam referre iuberet.

In quantum autem pro sua conclusione gl. citat. c. Significasti. de adulter. aduertendum censeo primo illud cap. primo aspectu pro contraria parte potius facere secundum comunem intelligendi modum. Quia sacerdos ibi iuratus reuelauit adulteræ illius delictum. Sed dupliciter ad propositum glossæ inde si potest. primo, in quantum celauit adulteri nomen.

Secundo

Secundo, quod sacerdos ille ideo adulteræ confessionem reuelauit, quia licentiā id faciendi ab ea suscepit. Ergo nisi talem habuisset licentiā, id non fecisset. Secundū tamen intellectum, quem superius illi tradidimus, neq; pro glossa, neq; contra illam facit.

163 Colligitur secundo ex gl. neminem teneri ad dicendum, quod probare nequit. de quo late diximus hoc anno & latius dicemus in. c. 2. de cōfessis, quando illud, quam poterimus breuissime, repetemus.

### IN GLOSSAM. 2.

169 Ex hac gl. collige aliam esse pœnitentiā secretam, aliam esse publicam. Et rursus publicam diuidi in publicam solennē & publicam non solennem. Qui modus diuidendi pœnitentiā aptior est illo, per quem multi & in his Monaldus, dicunt tres species esse pœnitentiæ, nempe solennē, publicam & priuatam. Quoniam primo horum distinctionis membra cōtra bonæ diuisionis conditionem concurrunt. Siquidem omnis pœnitentiā solennis est publica. Deinde, q̄ publica est genus ad solennem, & non species opposita. Porro pœnitentiā priuata est, quæ non, vt publice impleatur, iniungitur. de qua. c. Quis aliquando. §. Secreta. supra. d. 2. Publica vero est illa, quæ publice adimplenda imponitur, de qua. c. 1. de pœnit. & remissio. Solennis autem publica est illa, quæ peragitur cum solennitate, de qua in c. In capite. so. d. Publica vero non solennis, quæ publice sine tamen illa solennitate peragenda est. Quales sunt, quæ in foro saltem exteriori nolente peccatore, vel in interiore volente ipso imponuntur. iuxta. c. 1. de pœnit. & quæ de illius intellectu supra diximus. Hæc, quoniam de omnium decentium mente sunt & vera, ideo aliter non probamus.

Ex eadem gl. colligitur solutio illius oppositionis, quæ contra hoc cap. ex. c. Placuit. 6. q. 2. formari potest in hunc modum. Ibi: reuelanti confessionem tandiu solum tollitur cōmuniō, quamdiu ipse reuelans confitenti abstulit. Ergo non omnibus diebus suæ vitæ pœnitere debet, quod hic statuitur. Glossa tribus modis soluit, vltimus est verus. Quoniam illud 170 cap. non agit de episcopo reuelante confessionem iuditi sibi confessit, sed de episcopo obiiciente subdito crimen secretum, quod probare nequibat & ob id cōmunionem tollenti, vt ex illius littera satis constat.

Alteram tamen oppositionem illa fortiore omisit. gl. nempe, quæ in illo. c. Omnis. de pœnitent. fundari potuit. Pœna enim quæ ibi confessionis reuelatori statuitur, partim conuenit cum statuta in hoc cap. quia vtrobique iubetur deponi, sed partim est penitus contraria. Ibi enim, cū fuerit depositus, iubetur in monasterium ad agendam pœnitentiā detrudi: hic autem iubetur per orbem ignominiosus peregrinari.

Hanc

Hanc oppositionem Hostiensis ibi, quem videtur probare Anto. soluit modo, q̄ hoc cap. intelligitur secundū illud, & illud secundum hoc. Nō est nouum & l. Sed & posteriores. ff. de leg. l. q̄ talis reuelator primo deponatur, quod in vtroq; cap. statuitur: deinde per septenniū, vel aliud tēpus, quod iudex arbitrabitur, peregrinādo pœniteat, quod in hoc cap. scribitur: postremo illo finito in monasterium detrudatur, quod illo cap. statuitur. Neq; (inquiunt) obstat, quod hic dicitur: omnibus diebus vite suæ. Quia subaudiiri debet: durante septennio, vel alio tempore ad pœnitentiā constituto.

Contra tamē hūc intelligendi modū facit, q̄ illa verba: omnibus diebus vite suæ, non patiuntur illam expositionē. Facit, q̄ difficile post tam longā peregrinationem talis reuelator in episcopi potestatem redibit, quo in monasterio includatur. Quare verior & germanior intellectus videtur, quem sequitur gl. postrema illius cap. quem etiam non reprobat Hostiensis & Antonius & sequitur Cardi. & Pan. nempe hodie nō esse huic cap. locū qua parte peregrinationem hanc ignominiosam infligit. Pro qua opinioe facit, quod lex noua, qua parte contrarium statuit legi veteri, derogare videtur ipsi, etiam si de illa non meminerit. c. 1. de constitut. lib. 6. At illud cap. in hoc contrarium statuere nemo non videt. ergo huic per illud derogatur. Facit etiam, quod peregrinatio per orbē clericus ignominiosa nō illi soli est dedecori, sed etiam toti clero. c. Diaconi. c. 93. dist. annotabat Calderinus consil. primo de vita & honest. cleric. Quæ ratio, vt arbitror fuit in causa, quare concilium illud catholicum peregrinationem hanc in illā detractionem monasterii cōmutaret.

### Tertus. §. Quod autem.



Quod autem dicitur: vt poenitens cligat sacerdotē scientem ligare & soluere, videtur esse contrarium ei, quod in canonibus inuenitur. Et nemo videlicet parochianum alterius iudicare præsumat. Sed aliud est fauore, vel odio proprium sacerdotem cōtēnere, quod sacris canonibus prohibetur, aliud cæcum vitare, quod hac autoritate quisque facere monetur: ne si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadāt.

In hoc. §. Gratianus conciliat cap. seq. cū. c. 1. supra eadem in hunc modum. f. cap. sequens, quod habet: ne quis sacerdos alienum parochianū ad penitentiā suscipiat. intelligendum est: quando ille parochianus, vel odio

fui

sui parochi, vel amicitia parochi alieni ductus eū adiret cap. autē. 1. supra eadem, quod habet, vt pœnitens eligat optimū sacerdotem, intelligendum esse, quando proprius est ignorās.

1 Hæc tamen<sup>f</sup> conciliatio non est sufficiens. Quia primo non conciliat, quoad omnes casus. Non enim quoad illum, qui frequētius occurrit, quādo alienus parochianus neq; odio sui, neq; ob ipsius ignoratiā, neq; amore alieni vadit ad alienum. Secundo q; cap. sequens nimīū restringitur, dū datur intelligi, quod non est locus ei, quando sine vlla tali causa itur ad alienū quod est falsum secundū omnes per. c. Omnis. de pœnit. Et quāuis possent cōsiderari aliqua, per quæ addita, vel subaudita hæc Gratiani solutio defēdi posset: Quia tamen non puto eam fuisse ipsius mentē, non duxi operæ precium illa scribere. Aliter igitur hæc capitula conciliari possunt<sup>f</sup>: aliud fuisse tempore Beati Augustini, cui ascribitur. c. 1. supra eo. seruandum, aliud tempore Vrbanī. 2. cui tribuitur. c. seq. & ideo nō repugnare. Quoniā Augustinius sub annū domini circiter quadringentesimū floruit, Vrban⁹ vero secundus sub annū domini circiter millesimū. Et ita nulla est repugnancia tempore Augustini nondum esse vetitū sacerdotibus audire alienos parochianos, tempore autem Vrbanī sic.

Nō obstat, si dicatur cap. illud primū supra ead. nō esse Augustini, licet illi tribuatur, per ea, quæ in principio distinctionis quintæ dixi. Quoniam responderi potest autorem illius cap. proximū fuisse Augustino, quando ipsius opus illi ab omnibus fere tributum est: Vrbanum autem secundum multis sæculis post eum floruisse.

Contra tamen hanc solutionem potest replicari ex aliis quibusdam capitulis, quæ dilui quoq; possunt, vt in prima super cap. sequens annotatione apparebit.

Potest & dari tertius modus conciliandi hæc capitula, nēpe, illud primū intelligendum esse, vt seruatis seruandis & eo modo optimo, quo iure potest, eligat optimū, puta, si multos habet parochos, penes quorū quemuis sit eius confessionis audiendæ potestas, optimū ex illis eligat. Si autem nō habet, nisi vnum, & iusta de causa non vult illi confiteri & ob id ab eo impetrat confitendi licentiam, confiteatur optimo. Item quando sese illi offert aliquis confessarius optimus & nullam habet aliam alii confitēdi causam, nisi q; tam pius & doctus confessarius nunc occurrit, petat licentiam id faciendi & si eam impetret confiteatur illi. Ita, vt sensus. c. 1. supra eadem sit consulere, vt quoquo modo iuste possit pœnitens, quærat sacerdotem optimū<sup>f</sup> Non enim continet præceptum, quia sufficit eligere idoneum argumento. l. Cum quidam. 2. ff. de leg. 2. & eorum, quæ late tractat Thomas a Vio ientaculo. 1. 2. q. 4. dum concludit sufficere<sup>f</sup> eligere dignum etiam ad dignitates, quando solus habetur respectus ad ipsorum onera: licet non, quādo

quando habetur respectus ad ipsarum honores & cōmoda. Hic tamen adde, quæ scripsi in. c. 1. supra eadem. n. 98. & quæ scribentur in. c. fin. infra ead. annot. prima.

### 20 Tertus Urbanus Papa. 2.

**D**icitur, vt deinceps nulli sacerdotum liceat quēlibet cōmissum alteri sacerdoti ad poenitentiam suscipere sine eius consensu, cui prius se cōmisit, nisi pro ignorantia illius, cui poenitens prius confessus est. Qui vero contra hæc statuta facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit.

### 21 S V M M A R I A.

- 1 Confiteri non licet alieno parochio, quod est verum hodie, olim cōtra n. 2. & 11. & 28. confirmatur multis. n. 5. quoad effectum absoluēdi, alioqui sic. 33.
- 3 Parochias, siue regiones parochorum Dionysius Papa diuisit & ante illum Calyxtus dicceles, saltem episcoporum. n. 4.
- 6 Confessario necessaria iurisdictione actualis, sine qua nulla est absolutio. 7. etiam extra Quadragesimā. n. 8. neq; sufficit illa, quā accipit a confitente. 20. & 26.
- 9 Papa confitetur & absoluitur ab inferiore, non, quia in eo specialis sit Dei vicarius. n. 11. neq; quia iurisdictionem habeat ex parte illius, qui iudicandus est. n. 17. Ecquis ausit dicere ab ecclesia, quæ supra Papā sit, illi iurisdictionē tribui? 18. Ratio ergo sit, quia quilibet presbyter est iudex veluti chartulari⁹ Dei & ab ipso Deo iurisdictionē accipit. n. 19. contra qd neruose quiddam oppositū diluit. n. 20. & 21.
- 10 Peccata venialia sola qui habet, cui libet sacerdoti confitetur. de quo nullus textus. n. 22. sed tacita id licentia operatur, vel quia nunq; ea potestas fuit sublata. n. 23. vnde & ab ex cōmunicatione soluet. 25.
- 12 Confitentur presbyteri omnes omnibus presbyteris venialia. 30. & etiam mortalia, quia forte, quoad illos, consuetudo valere potest. 31. vel melius, quia tacite illis conceditur facultas. 34.
- 13 Confessarium eligendi consuetudo inualida.
- 14 Consecrandi potestatem neq; tolli, neq; minui posse ab vlla creatura pura, cuius vna ratio. n. 44. q; confutatur. n. 45. & 46. altera ratio. n. 48.
- 16 Iurisdictionis potestas dupliciter habetur.
- 17 Opinio Thomæ a Vio omittitur.

- 24 Ratio vnica textus pro expressa est.
- 26 Thomas a Vio laudatus omittitur.
- 27 Iurisdictio nulla sumitur a partibus contra Thomā a Vio.
- 29 Confessarium eligunt episcopi & praelati exempti. & idem. n. 38.
- 31 Intellectus. c. 2. de poenit. & remiss. lib. 6. discutitur, melius. n. 36. datur primus. n. 39. secundus. n. 40. tertius. n. 43.
- 32 Negatiuæ natura & significatio illius vocis aliquis.
- 35 Licentia & gratia mortuo concedente non moritur,
- 37 Pristinum in ius facilis regressus.
- 41 Qui dictauit. c. 2. de poenit. & remiss. lib. 6. videtur fuisse in opinione olim cōmuni, sed falsa.
- 42 Confitendi licentiam dari parochiano & eius confessionē audiendi potestatem alii presbytero paria.
- 47 Quid clavis, & idem. n. 50.
- 48 Papa non tollit sacrificis potestatem absoluendi, nec minuit, sed materiam id faciendi subtrahit.
- 49 Confessarium cui licet eligere, is eum, qui non exercet curā, eligere potest. quod sine licentia parochi facere valet. 58.
- 51 Excōicatus parochus vicarium dat ad audiendā confessionē, idē. 55.
- 52 Sacerdos qui uis aliorū hominū cōfessionē iure cōmuni audire pōt & ita quilibet habet iurisdictionem, etiam actu quodā modo. 53.
- 54 Iudices chartularii qui.
- 55 Paludanus inconstātia insolita, vt etiam Antoninus, laborauit. n. 57.
- 57 Antonin⁹ laudat & collector potius Paludani, q̄ examiner habet.
- 59 Priuilegium ita interpretandū, vt aliquid contra ius operetur, dato tamen effectu aliquo, in aliis stringendū. n. 61.
- 60 Iudicū, quibus iurisdictione in solidum est, quilibet potest, quod oēs.
- 62 Confessarium eligere potest peregrinari permissus, non tamen ab eo poterit a reseruatis episcopo absolui, etiam si ab episcopo fuerit peregrinari permissus. n. 63.
- 63 Opinio Paludani & Antonini confutata.
- 64 Opinio noua Thomæ a Vio, q̄ tamen relinquit. n. 66. & concludunt licentia tacita & expressa in hac re esse pares.
- 65 Confessio & eucharistia sumi possunt ab his, qui loci, vbi se illi reperiunt incolis conferunt.
- 67 Peregrinis plus, quam viatoribus sacramenta concedi, si facultate peregrinandi hoc faciunt. n. 68.
- 69 Vicariorum quatuor genera, quorum quilibet confitendi licentiam præstat, quod declaratur. n. 72. non tamen idem de coadiutoribus dicendum. n. 73.

- 70 Delegatus inferioris subdelegat, si facultatem habet iudicandi. quod ampliatur. n. 71.
- 73 Intellectus. c. fin. §. Cæterum. de off. deleg.
- 74 Opinio Syluestri laudati omittitur & saluatur.
- 75 Confitetur quis parochi alieno in octo casibus secundum cōmunē, quorum secundus ineptus esse ostenditur. n. 76. quartus ad tertium reducitur. n. 82. quintus reicitur. n. 83. sextus limitatur. n. 97. octauus a viris magnis repulsus saluatur. n. 103. 104. & 105.
- 77 Domicilium cumulare & mutare diuersa.
- 78 Opinio Paludani & Antonini, qui aiunt habētē duo domicilia parochi illius confiteri debere, cuius inhabitat parochiam, omittit.
- 79 Vagabundus quis cui libet sacerdoti confiteri potest. n. 80.
- 81 Parochiani vt parochi tenent cōfiteri: sic parochi parochianos audire.
- 83 Conscientiæ forum nemo sortitur ratione delicti, neq; per solam sine domicilio habitationem etiā annalem, vt quia ob bella in alio loco habitat. 89. Nā neq; quasi domiciliū quærit. n. 90. si modo alibi domiciliū habet. n. 91. & nō longe ab illo habitat. 92. resoluuntur omnia. n. 96. quod nullo iure, sed sola consuetudine probatur. n. 100.
- 84 Confiteri quis potest parochi suo in aliena parochia, siue regione.
- 85 Confessio in negotio pares sunt scholastici, mercenarii, negociatores, viatores & peregrini, si cætera sunt paria, quoad licentiam & habitationem. 87.
- 90 Opinio Panor. omissa.
- 91 Intellectus. c. Quæsti. 16. quæsti. 1.
- 93 Intellectus. c. 1. de celebratio. missar. quoad propositū huius capit.
- 94 Confitentur & decimant mercenarii alibi, vbi inseruiunt, alibi, vbi domicilium habent, sed vbi iure debeant deciditur. n. 95.
- 87 Intellectus verus: gl. Cle. 1. de priuileg.
- 98 Locorum distantia non pauca operatur.
- 99 Intellectus. l. 2. C. vbi de crimi. agi oportet.
- 103 Sacramentum a principio inutile nulla ratificatione, etiam Papæ fit vtile, quia iure diuino suam materiam habet & formā, sine quibus constare nequit. n. 104.
- 105 Opinio conciliatiua Prieratis vix intelligibilis dilucida redditur.
- 106 Glossa prima emendatur.
- 107 Confiteri non tenetur proprio sacerdoti prius quis, vt alieno legitime confiteri possit.
- 107 Confiteri bis sua peccata num possit quispiam lege humana obligari: & prius affirmatiua defenditur & negatiua tenetur. 111. nisi ad id consensu astringatur. 115.

- 108 Prædicare, non teneri parochianos saltē in Paschate parochis confiteri malum.
- 109 Confiteri tenentur bis peccata sua fere omnes monachi Cisterciensis ordinis propter statuta sua, quæ defenduntur propter tacitum illū ordinem intrantium consensum.
- 110 Confiteri tenentur singulis mensibus monachi, etiam si nulla mortali teneantur culpa.
- 112 Iohannes Gerson laudatus.
- 113 Ecclesia non ligat quem ad nimis difficile.
- 114 Opinio, siue error Iohannis Poliacci tria dicta hæretica continēs.
- 116 Lege humana nō potest quis obligari ad oīa, ad q̄ voto potest teneri.
- 117 Intellectus glossæ. 6. c. Omnis. de pœnit. a multis perperā excussæ.
- 119 Statuti cuiusdam ordinis Cisterciensis mutatio desideratur.
- 120 Opinio maioris noua, sed frigida super defensionē cuiusdam determinationis facultatis Parisiensis.
- 121 Intellectus germanus cuiusdā determinationis Parisiacæ.
- 122 Intellectus pulcher Clem. Ne in agro. §. Sane. 2. de stat. monach. & alter tangitur. n. 110.
- 123 Glossa secunda emendatur.
- 124 Confessarii tres cuilibet CHRISTIANO præterquā in episcopatu Romano speciali. 125. & intellige episcopum, vel quasi episcopū. 126. Excipe item Papam. n. 127. sunt & alii multi. n. 128.
- 129 Intellectus. c. fin. de pœnitent. & remiss.
- 130 Proprius, vox hæc quomodo in. c. Omnis. de pœnitent. accipitur & q̄ cōmunissime, cōmuniter & proprie accipi solet. n. 131. q̄ æquiuoce capitur in illo. c. Omnis. secundum cōmunē. n. 134. quod effaciter confutatur. 135.
- 132 Intellectus. c. Omnis. de pœnit. quoad vnū propositū & quoad aliū.
- 133 Præceptum de confitendo proprio sacerdoti disiunctiuū idē. n. 136.
- 137 Confessarius ordinarius quilibet presbyter est, sed non proprius. i. ordinarius actu iurisdictionē habens.
- 138 Intellectus concilii Florentini & decreti Eugenii in. §. Quartū est:
- 138 Confitetur quis alieno sacerdoti, si proprius est ignorans sine ipsius licentia, quando non potest obtineri a parcho, neq; superior adiri sine periculo. n. 141. vel quando iusta causa confitendi alteri nascit̄ ex parochi culpa. 144. & 145. tunc enim petita, licet non obtenta licentia potest. 146. secus, quando ex alia causa, vel nulla. 147.
- 139 Confiteri non possumus alii sine licentia nostro parcho mortuo, v̄ excōmunicato.
- 140 Negligentia cuiuspiā non parit ius collegæ, vel superioris.

- 142 Superior compellit inferiorem facere, quod debet: non tamen illud ipse facit, nisi sit immediatus. 143.
- 147 Intellectus. c. Omnis. de pœnitēt. secundū quē illud posterius limitatur per prius.
- 146 Lex posterior limitatur nōnunq̄ per priorem.
- 149 Confitendi alteri iusta causa non est erubescencia, nisi, quando timeatur periculum tacendi aliquid necessariū. n. 150.
- 151 Confitendi alii licentia facile concedenda.
- 152 Confessiones parochianorum, quoties illi volent, audiat parochus, nisi aliis æque iustis impediatur, vel videatur eis id nō prodesse. Quia vicarius dñm imitari debet. 153. & quia pastor pascere. & c. 154.
- 155 Confessio præsidium singulare conseruandi, præmuniendi & recuperandi gregis
- 156 Mortē pximi verisimilē tā spūalē, q̄ corporalē impedire tenemur
- 157 Eucharistia olim de præcepto ter in anno sumenda quam, quouis die Dominico consilium est sumere. 158.
- 159 Cōfiteri ante Quadragesimā tenemur ea, q̄ ita credimus oblituros, vt tunc ea non recordemur.
- 160 Opinio Richardi & Syluestri emissa in re quotidiana.
- 161 Licētia cōfiteđi an morte concedētis moriat̄. cōcludit̄ nō mori. n. 162.
- 162 Opinio Panor. & Syluestri omissa in re quotidiana
- 163 Licentia confessionum audiendarum, studendi & ordines accipiēdi & celebrandi in loco non sacro & indulgentia non expirant mortē concedentis, neq; vlla gratia facta.
- 165 Sententia odiosa sine causā cognitione lata morte ferentis moritur, non autem confessio fauorabilis.
- 166 Confessarii eligendi licentia electione prima finitur. nō. n. 168.
- 167 Sermo simpliciter prolatus de actu primo intelligendus.
- 168 Patronus laicus pōt multos vna, vel altera vice presentare cumulādo sed nō tertia, vel vltiori. & defenditur pro cōi cōtra Deciu. n. 170.
- 170 Opinio Decii contra cōmunem omissa.
- 171 Pœnitenti dicenti suum parochum esse ignarum credi. ergo & alii affirmanti. 172. & asserenti se habere licentiam cōmunicandi. 173. & affirmanti se cōfessum & absolutum, nisi in duobus casibus. 174.
- 175 Confessio alieno sacerdoti sine licentia facta nulla: ergo iteranda. 176. qualis est, quæ fit parcho sine vlla superioris autoritate intruso 177. qualis, quæ parcho possessionem nondum adeptō. 168. qualis, quæ parcho notorie a iure, vel ab homine priuato. 179. secus si nō notorie, quamuis id postea sciatur. 180. qualis, quæ inclusis, quāuis bona fide durate ab iteranda excusentur. 181. qua cessante licet



teneantur peccata illis dicta iterum confiteri, non tamen, quæ medio tempore aliis fuere confessi. 172.

183 Confessus non absolutus iterum confiteatur.

184 Confiteri monachis non licebat olim: hodie tamen frequenter id licet. 185. quod tamen probandum est. 187.

186 Canonici Sanctæ Crucis Conimbricensis laudati Maris magni participes sunt.

188 Doctori etiam illustri de consuetudine affirmati non creditur, neque glossa 189. neque maiori parti doctorum. 190.



Hoc capitulum quod a Gratiano hic ponitur, ad verbum habet pro Palæo in c. Placuit. 9. q. 2. & tres partes habet: Prima determinat unam questionem & ponit unam exceptionem. Secunda ibi: Nisi. ponit aliam exceptionem. Tertia ibi: Qui vero. ponit poenam contrafacientes. Summa est: nullus sacerdos alienum parochianum ad poenitentiam sacramentum suscipere potest, nisi de ipsius consensu, vel nisi, quando prius est ignorans: & contrarium faciens est castigandus.

### Textus. Deinceps.

Coligo primo ex hoc textu licuisse ante Urbanum. 2. cuilibet CHRISTIANO eligere quemlibet sacerdotem. Hac enim dictio deinceps & similes denotant constitutiones, in quibus ponuntur, praterita non comprehendere. c. Si quis. 16. q. 7. Pro clem. Clementinarum iuncta gl. verbo de cetero. Pro quo facit. cap. 1. supra eadem. in quo electio sacerdotis tribui videtur confiteri volenti. Facit quod omnes testantur, oibus sacerdotibus licuisse olim in ecclesia primitiua oēs audire CHRISTIANOS, qui eis confiteri vellēt, idque iure diuino, vt in corollario primæ super textum annotationis monstrabitur.

Contra tamen hoc videtur cap. 1. 13. q. 1. quod habet Papam Dionysium primum, qui annum circiter, 250. ecclie CHRISTI præfedit, parochias diuisisse ac unicuique parochio suam plebem commisisse prohibuisseque, ne quis alterius parochie terminos, aut ius inuaderet. At constat Urbanum secundum, cuius est hoc cap. sub annum circiter millesimum centesimum floruisse. Secundo contra hoc facit cap. 1. 9. q. 2. vbi Calixtus Papa primus statuit, vt nullus aliterius parochiam usurparet, neque alterius parochiam iudicaret. & constat Calixtum annum circiter, 228. floruisse, & ita multo ante Urbanum secundum, quod non solum ex Platyna, sed & secundo. tomo conciliorum noue impressorum & ex autoribus allegatis in eo dilucide apparet. Et quis hoc Calixti dilui posset eo, quod de diocesibus & episcopis loquitur, non autem de parochiis, siue regionibus parochorum inferiorum: tamen illud Dionysii per hoc non confutatur, quippe quod speciatim de his parochiis agit. Tertio facit illud, c. In Dominicis

ex cō-

ex concilio Meldensi desumptum prædicta causa nona. q. 3. & c. Itē nullus. ex concilio Nanatensi alias Manatensi desumptum. quorum illud prius ponitur etiam in. c. 2. de paroch. Quibus prohibetur vni parochio, ne alterius parochianum ad missam admittat diebus Dominicis. Quæ concilia quibus temporibus conuocata fuerint, non inuenio: antiqua vero fuisse credibile fuerit.

Responderi tamen potest statutum quidem fuisse ante Urbanum Papam a Calixto & Dionysio, ne quis iudicaret alium, nisi suum subditum neque item ordine insigniret: id tamen non fuisse receptum, & ideo per Urbanum renouatum esse. Pro quo facit quod non video vllum alium sensum, qui germanus omnino sit literæ. c. 1. supra eadem, nisi, quod tempore Augustini, vel illius quisquis fuit autor. cap. prædicti, qui medius fuit inter Dionysium & Calixtum ex parte vna & Urbanum secundum ex altera licebat adhuc eligere confessarium iuxta sola iura Euangelica, cum non essent recepta illa Calixti & Dionysii statuta. Leges enim, quæ non sunt receptæ, non ligant. §. Leges. 4. distinct. Vbi pulchre Dominic. hoc tractat & integrius Felinus in. c. 1. de treug. & pace. Post tamen Urbanum, quia eius hoc statutum receptum fuit, non licuisset id facere.

### Textus: Nulli sacerdoti licet quemlibet commissum alteri ad poenitentiam suscipere.

Colligo secundo ex his verbis summam huius capituli principalem præscriptam. Pro quo facit primo & principalissime f. c. Omnis. de poenit. & remissio. in illo versicul. Si quis autem. cuius verba sunt: Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ipse illum non possit absolueri, vel ligari. Facit secundo. c. Quod autem. de poenitent. quod habet illi tantum indulgentias prodesse, quibus, vt profint, proprii iudices specialiter indulgerunt. Facit tertio tota questio secunda nona causæ & præsertim cap. 1. vbi citatur illud prouerb. 22. Non transgrediar terminos, quos posuerunt patres tui. Facit & 6. q. 3. cap. 1. vbi ponitur illud moraliter expositum Deuteronomii. 23. Per alienam messem transiens falcem in terra non debes, sed manu spicas conterere & manducare. Confirmantur hæc quarto ratione efficacissima: Concludum fuit supra in capit. 1. huius distinct. in confessario necessariam esse potestatem soluendi & ligandi cum iurisdictione in actu & ipsius exercitio. Sed alienus sacerdos, licet habeat iurisdictionem in habitu, non tamen habet ipsam in actu & cum ipsius exercitio, vt habetur in. §. Ecce. sub cap. A dicimus & §. Ecce. sub capit. Generaliter. 16. questione prima. Confirmantur quinto per illud decretum

s ii Eugenii

Eugenii Papæ factum in concilio Florentino in. §. Quartum. qui habet: Minister huius sacramenti est sacerdos habens autoritatem absoluendi ordinariam, vel ex cōmissione superioris. Confirmatur etiā, quia sacramentum pœnitentiæ suapte natura est iudiciale: ergo necessaria est iurisdictio. Quia sine illa nemo est iudex Cle. 1. cum gl. 1. de off. deleg.

7 Ex quibus infertur. verum esse, quod Thomas a Vio concludit in. 2. to mo fol. 4. 1. nullum sacerdotem absq; iurisdictiōe posse hoc sacramentum pœnitentiæ ministrare.

8 Infertur & secundo verum esse, quod Adrianus sentit in Quarto de cōfessione. 3. dub. & Panor. expresse annotauit in illo. c. Omnis. notab. 7. in nulla parte anni alii, quam proprio sacerdoti confiteri licere: Quamuis multi etiā docti parum hæc considerantes cōtrariū facere ac errare soleāt.

9 Contra tamē hæc omnia sunt aliquot difficultates: Quarum prima est quod Romanus Pontifex absoluitur quotidie a suo, cui se subiicit, confessorio gl. patata sing. in. c. Sanc. de off. deleg. quæ tamen similem habet in. c. Nemo. 9. q. 3. At super Papam nemo habet vllā iurisdictiōem neq; actu, neq; habitu. c. Nemo. c. Cuncta per modum. ead. caus. & quæst. Facit c. 1. de constit. & c. Proposuit. de concessio præbend.

10 Secunda circa hæc difficultas est q; qui solum venialia peccata peccat potest secundum cōmunem sententiam, cui volens, sacerdoti confiteri & ab eo absolui: Et tamen secundum omnes verum sacramentum est absolutio illa, quæ venialia tantum confessio ministratur. Ergo sacramentū hoc ministrare potest etiam alienus sacerdos, qui nullam habet iurisdictiōem.

11 Tercia est: quod cōmunis doctrina est quēlibet ecclesiæ primitiux presbyterum potuisse absoluere quemuis CHRISTIANUM, quod noster textus probat ponderando eum in verbo, deinceps, vt supra pōderabatur. Et tamen non omnes super omnibus habebant iurisdictiōem.

12 Quarta vero est, quod in hunc vsq; diem omnes & singuli presbyteri potest eligere, quibus confiteamur, presbyteros: quorum tamen multi non habent eligentes iurisdictiōem vllam.

13 Neq; dicas id facere consuetudinis ratione, cū cōsuetudo, vt quis possit eligere confessorium, non valeat. c. 2. de pœnit. & remissio. lib. 6. in hoc solum constituto.

Quinto facit, quod omnis sacerdos simul & semel recipit consecrandi potestatem, & ita super corpus CHRISTI verū: & potestatem absoluendi & ita super corpus CHRISTI mysticū. Potestas autem consecrandi neq; tolli ei, neq; limitari potest, quo minus consecratio per eum super materiam debitā facta teneat secundum veram & cōmunem, quam Thomas & posteriores probant in Quarto. dist. 13. & Thomas tertia parte. q. 82. artic. 3. & gl. Iohannis. 9. quæstione prima in summa & gl. Bernardi. c. 2. de cleric.

de cleric. excōm. licet gl. postrema. c. Degradatio. de pœnis. lib. 6. contrariū ex illo. c. Colligat. Pari ergo ratione neq; absoluendi, vel ligandi potestatem tollere, vel minuere vllus poterit. Igitur & nostra ætate, sicut in ecclesia primitiua quilibet sacerdos quemlibet sibi confiteri volentem audire potest.

Ad harum primā difficultatem responderi potest primo ex mente gl. 2. c. Sanc. 2. de offic. delegat. & Panor. ibidem. Quod etiam sentit Paludanus in Quarto. d. 17. q. 3. col. 3. f. confessorium in ea confessione particulare potestatem recipere a Deo: & ita esse maiorem in ea re, quam Papa, qui recipit potestatem vniuersalem.

Contra quē tamen intelligendi modum facit primo, q; ibi anno superiore in prælectiōe extraordinaria dicebā. f. quod gl. & præsertim Panor. innuunt in vniuersali Papæ iurisdictiōe illam quoq; causam contineri. Qd falsū est, quia Papa non accipit sup se ipsū iurisdictiōem argumēto. l. pen. ff. de recept. arbitr. Quia neq; super successorē. c. Innotuit. de electio. Secundo cōtra hunc intelligendi modum facit, q; aut ille confessorius eā iurisdictiōem specialem recipit ab ipso Pontifice Romano, aut a Deo: Non a Romano Pontifice, quoniam ipse non habet in se iurisdictiōem. l. pen. ff. de recept. arbitr. c. Innotuit. de electio. Ergo neq; alteri potest delegare supra se vllam. Quia nemo dat, quod non habet. c. Quod autem. de iure patro. l. Si vniuersa. C. de legatis. Neq; videtur accipere a Deo, quia ex hoc sequeretur dari aliquā in ecclesia iurisdictiōem spirituale aliam a Papæ & vniuersali ecclesiæ, quæ immediate a Deo manauit. quod videtur periculosum in fide & cōtra. c. Ita Dominus. 19. d. Quare secundo ad eandem difficultatem tollendā ait Thomas a Vio in paruis opuscul. fol. 4. 1. col. 1. f. dupliciter contingere haberi potestatem iurisdictiōis: primo ex parte principii indicandi ita, vt potestas ipsa iurisdictiōis sit principium iudicii: sicut in naturalibus calor est principium calefaciendi, & in politicis potestas principis principium puniendi. c. Regum. & c. Rex. 23. q. 6. & in ecclesiasticis potestas pontificia principium excōmunicandi. cap. Visis. in fine. 16. q. 2. & ita in aliis. Alio modo inuenitur iurisdictiō ex parte eius, qui iudicandus est: sicut contingit in iudicio arbitrorum a partibus tantum potestatem habentium ex hoc ipso, quod illis se submitunt in illa causa. l. Si societatem. §. Arbitrorum. ff. pro soci. cum ibi per Bartol. annotatis. In ministro vero sacramenti pœnitentiæ minister est qui habet ordinariam, vel delegatam a superiore potestatem. Et licet non inueniatur potestas iurisdictiōis priore modo ad administrandum sacramentū pœnitentiæ, sufficit tamen potestas iurisdictiōis posteriore modo inuenta. Et ratio est: quia sacramentalis absolutionis principium non est potestas iurisdictiōis, sed ordinis. Potestas autem iurisdictiōis cōcurrit,

quoad hoc solum, quod facit de peccatore subditum, vel simpliciter, vel quoad talia peccata. Et hinc fit, ut in eum quicumque potest se subiicere in foro poenitentiali, cui vult, non sit necessaria iurisdictionis ministratio hoc sacramentum. Et per hoc respondit ad hoc argumentum: quod summus Pontifex nulli in terris subditus est & ideo potest se ipsum subdere in foro poenitentiali cui libet sacerdoti: nec confessarius ille habet proprie loquendo potestatem iurisdictionis super Papa poenitente a CHRISTO, vel ecclesia, vel ab ipso Papa, tanquam a superiore, sed ex hoc ipso quod Papa se subdit illi. Et hic modus iurisdictionis reductivae spectat ad iurisdictionem delegatam secundum ipsum, quamvis proprie non sit delegata.

17 Contra tamen hanc illius reverendissimi viri considerationem facit primo, quod falsum est arbitros voluntarios, de quibus ille loquitur, vllam habere iurisdictionem, sed solum notionem. l. Ait praetor. cum gl. quantum ad hoc omnibus recepta. ff. de re iudic. l. Notionem. ff. de verbor. signific. Secundo facit, quod privatorum consensus non potest dare iurisdictionem ei, qui nullam habet. l. Privatorum. C. de iurisdic. omni iudic. c. P. & G. iuncta gl. in fine de off. delegat. Tertio facit. §. ille Quarto est. concilii Florentini, qui habet ministrum huius sacramenti esse illum, qui habet absoluendi auctoritatem ordinariam, vel ex commissione. At arbitri illarum neutram habent. Confessarius item is Papae neque ordinariam habet supra Papam auctoritatem, neque ex commissione. Et ita illa Thomae a Vio consideratio, si ad vivum excutiatur, frigida est & multa falsa continens. Quare tertio Iacobus Almayn in Quarto. d. 17. col. 32. versic. Ad argumentum fatetur Papam non teneri ad confitendum proprio sacerdoti ordinario, neque delegato ab ordinario, sed sacerdoti libere a se delecto. At non consideravit ille superiora, neque §. illum concilii Florentini, quo declaratum est ministrum huius sacramenti egere auctoritate ordinaria, vel commissa. Quarto igitur loco dico facile tolli posse hanc difficultatem, si teneremus illam Parisiensis facultatis & fere omnium Gallorum opinionem. scilicet concilium esse supra Papam & iurisdictionem non Papae immediate a Deo dari, sed ecclesiae toti CHRISTIANAE, cuius ille summus & minister & rector est. Diceremus enim sacerdotem in confessarium a Romano Pontifice delectum habere super illum iurisdictionem ex tacita, vel expressa totius ecclesiae commissione eo, quod nullum alium habeat in ecclesia superiorem praeter ipsam ecclesiam. Et faceret secundum hanc cap. fin. de poenit. per quod omnibus praelatis exemptis & immediate Papae subiectis licet eligere libere confessarium.

18 Sed quia opinionem hanc magnis viribus conatus est evertere Thoma a Vio: cui quanquam vnuse Sorbona Theologus responderit, non tamen defuerunt nervosae replicae: Licet alter ex eadem Sorbona super Matth. c. 16. eas meo iudicio conetur tollere, Quia item audio plerisque omnibus Italis praeser-

praeserim Romanis, contrarium placere: in praesentia neutram, nisi quatenus debeo, affirmas, vel refelles paratus utrum Romana ecclesia elegerit, suscipere ac tutari, hunc soluendi modum non affirmo.

Quinto modo respondeo quemlibet sacrificum, cum ordine insignitur, iurisdictionem accipere in habitu absoluendi atque ligandi illos omnes, qui ei se legitime subiecerint, esseque omnes sacrificicos veluti iudices chartularios. i. iudices, quibus concessa est potestas iudicandi volentium se illis subiicere causas. de quibus Bart. & alii in l. i. ff. de iudici. agunt. Pro quo facit. §. Ecce. sub. c. Ad dicimus. i. 6. q. 1. & §. Ecce. sub. c. Generaliter, eadem causa & quaestione. & tradit in specie Pan. in Cle. i. de privileg. per quod fundamentum corrigit illa, quae olim dixerat in c. Significasti. de foro competentis de presbyteris alias non exercentibus curam animarum in confessarios electis. Et quia Papa non habet superiorem, potest se, cui volet talium sacerdotum subdere & ab eo absolui.

Contra tamen hanc solutionem est replica fortis, nempe quod aut illa iurisdictionis habitualis sacerdotum, quam cum ordine insigniuntur, suscipiunt, immediate a Deo descendit, vel a iurisdictionum omnium spiritualium fonte, qui penes Papam est, manat. Si horum prius fatearis, fateri quoque te oportet omnem omnium sacerdotum non solum ordinem, sed etiam iurisdictionem, qua in foro utimur conscientiae, immediate a Deo accipi, quemadmodum & suam omnem vicarius CHRISTI ab ipso met suscipit: & ita sequitur illud absurdum, quod primam solutionem consequi videbatur, nempe iurisdictionem spiritualem aliquam esse in ecclesia, quae immediate descendit a Deo & nullatenus a Papa. Et tanto copiosius hanc solutionem quam primam consequi videtur primo hoc absurdum, quanto plures sunt sacrifici, quibus Papa non confitetur, & vel alios audiunt, vel audire possunt, si eis se legitime subiecerint. Si autem fateare posterius, nempe sacrificis cum ordine insigniuntur, tribui quidem iurisdictionem illam habituales, sed non a Deo immediate, sed a Romano Pontifice illo omnium iurisdictionum spiritualium fonte manare, tunc quaeram ex te: cum Romanus Pontifex nullam habeat super se iurisdictionem, neque habere possit. l. pen. ff. de recept. arbit. c. Innotuit. de electio. qui fieri potest, ut vlla iurisdictionis ab eo promanans cum includat & subdat? Nisi forte dixeris eam iurisdictionem accipi quidem immediate ab ipso CHRISTO omnipotenti Deo, sicut & ordinis characterem ac consecrandi potestatem & absoluendi. Sed quia ille ordo & illa iurisdictionis ministerio Romani Pontificis, vel episcoporum ab ipso, vel ipsius auctoritate consecratorum queritur, satis dici a Romano Pontifice manare.

Ad secundam difficultatem principalem dico primo nullibi me videre textum, quo probetur eum, qui sola venialia peccavit, cui voluerit confessario confiteri

posse. At, si, ut multi affirmant, id receptum est concedo. Sed nego illos presbyteros, quibus talis confitetur, nullam habere in confessum iurisdictionem. Habent enim illam habitualementem, de qua in proxima solutione dixi, quae in actuali reducitur per legitimam confitentis subiectionem. Confites autem legitime se illis subiicit, si cum licentia expressa, vel tacita proprii sacerdotis id faciat. Et eos, qui sola venialia peccarunt, habere hanc licentiam a lege, vel legislatore tacitam credendum est. Imo dicebam, quod subtilius videtur, nunquam id fuisse presbyteris ademptum. Quoniam ad medicandum & ad consulendum ei, qui solus tenetur venialibus, nulla est opus eruditione, nulla prudentia: sed sola verba sacramentalia pronuntiandi scientia. Quoniam neque contritio de his habenda est necessario, neque confessio facienda, ut omnium fere una est sententia in illo. c. Omnis & in illa. d. 17. & tradit Thomas tertia parte. q. 87. art. 1. dum diffinit ad eorum deletionem sufficere quandam virtualementem poenitentiam etiam talem, quae ad deletionem mortalium non satis esset. Quoniam igitur ratio, quare prohibitum fuit ab Urbano in cap. nostro, ne quis cuiusvis audiret confessionem illa fuit: Quia non quilibet presbyter idoneus ad id erat propter ea, quae scire oportere confessarium diximus in. c. 1. §. Caveat. supra ead. dist. Et quia multo facilius, ut plurimum, id discernet proprius parochus, qui mores & ingenium confitentis novit, quam alius. Et cum haec ratio non se protendat ad habentem venialia tantum, textus hic non videtur extendendus ad illum. Quia tam debet stringi, vel ampliari lex, quam ampla, vel stricta est ipsius ratio. c. Suggestum. adiuncto. c. Meminimus. de appellatio, & quae in eis & in. c. fin. de rescript. annotavit Pan. & alii alibi saepe. Etiam si ratio non sit in textu expressa, sed coniectura consequimur illam solam constitutionis causam fuisse secundum gl. quae putatur sing. in. 1. Quamvis ubi Baldus. Ca. de fidei commiss. quam comendant multi, quos referunt nouiores in l. Gall. §. Quidam. ff. de liber & posthumis & in. §. Omnium. institut. de actioni. col. 7. & Decius in. c. Suggestum. de appella. col. 2.

25 Ex quo infero non videri verum quod Thomas Vio in loco praerato dixit nouissimum. scilicet parochum alienum alterius parochianum audire quidem posse & absoluere a peccatis eum, si tantum habet venialia peccata: ab excommunicatione tamen minore non posse. Quoniam (inquit) excommunicatio iurisdictionis est: quare & absolutio a iurisdictione manare debet. Nos enim omnes presbyteros iurisdictionem tam inde ab ordine suscepto accipere aimus, saltem in habitu cum Hostiensis in Summa de poenit. §. 3. & cum Panor. in illa Cle. 1. de priuileg. cum Collectario in illo cap. Omnis. verbo, proprium. q. 12. quod communiter teneri testatur est Stephanus in additi. Capellae decision. 221. cum multis item aliis, quos anno superiore praeractione ordinaria primariae cathedrae in. c. Significasti

casti. de foro compet. retulimus. Et cum iisdem dicimus illam habitualementem inefficacem in actualementem & efficacem per legitimam subiectionem reduci. Et ideo, quemadmodum sacerdos delectus ab eo, qui tantum venialia peccauit, absoluere ab eis illum potest: ita & ab excommunicatione minore, quam propter illa venialia incurrit. Et equidem demitor Thomas a Vio virum magnam apud me autoritatis, cuius acumen & eruditionem suspicere soleo, dixisse ibidem confessario sufficere solam, quam a confitente, qui sibi subiicitur, accipit potestatem sine alia iurisdictione: adeo ut iurisdictionis defectu neque a minore excommunicatione absoluere queat dicente concilio Florentino, quod ipse optime viderat, ministri huius sacramenti esse sacerdotem, qui habet auctoritatem absoluendi ordinariam vel excommunicationem. Quod ipse aliter retulit, quasi concilii verba interpretans iurisdictionem ordinariam, vel delegatam. Neque iuuat illum quicquam, quod illa potestas a parte accepta ad iurisdictionem delegatam reducat. Quoniam, ut superius probabam, illa non est iurisdictionis. Nam a partibus non sumitur iurisdictionis, sed a lege, vel homine, qui publica fungitur auctoritate. l. Priuatorum. C. de iurisdictione. omni. iudic. gl. iuncto text. in. c. P. & G. de off. delegat. Facit. l. More. & l. Et quia. ff. de iurisdictione. omni. iudic.

Ad tertiam difficultatem concedo presbyteros omnes primitiue ecclesiae potuisse tunc omnes, qui eis confiteri vellent, audire, non tamen hodie id facere posse, sed solum illos, qui legitime illis subduntur. Quia tunc accipiebant iurisdictionem in habitu & actu, hoc est, nulla lege & nullius superioris imperio ab exercitio impeditam: Hodie vero eam accipiunt impeditam per hoc cap. & alia ei similia. Quod tamen impedimentum tollitur per legitimam confessuri subiectionem, quae. l. cum facultate sit legis, vel hominis iuri consona.

Ad quartum concedo presbyteros omnes ubique fere Christianorum deligere solitos confessarios, quos voluerint presbyteros alios: sed nego illos non habere iurisdictionem in ipsos deligentes. Habent enim ratione praedicta. Sed difficile videtur explicatu, quae eis auctoritate liceat deligere. Consuetudo enim non videtur sufficere. Quia ea potestatem confessorii deligendi dare nequit. c. 2. de poenit. & remiss. lib. 6. Lex autem nulla est, quae id eis concedatur. Imo est textus contra id per locum a contrario sensu, vel a speciali satis apertus in. c. fin. de poenit. & remiss. ff. quod habet episcopos & superiores prelatos nec non & inferiores Sedi Apostolicae immediate subiectos eligere sibi posse pro arbitrio suo confessarios. Ergo alii clerici siue dignitate ornati, siue alio nomine sint clari, eligere non poterunt arg. c. Praesenti. §. Loca. de praeben. lib. 6. §. 2. q. 7. c. Dominus. l. Quisquam. §. fin. ff. de fund. instru.

Ad haec

30 Ad hæc respondeo primo eos presbyteros posse deligere confessariū, qui sola venialia peccarunt. Hi enim pari ratione, ac alii omnes id facere possunt. Et certe arbitror hunc morem, quo presbyteri eligunt confessarios sibi, quos volunt, originem habuisse ab eo, quod presbyteri frequentissime sola venialia confiterentur, quippe qui frequentissime ad confessionem accederent. Quod & multi nostra ætate faciunt.

Sed contra solutionem hanc facit primo, quod secundū id nil esset præcipuū presbyteris. Secundo quod consuetudo non valet, quod quicumque peccantes presbyteri quoscunque voluerint eligant per illud. c. Si episcopus. de pœnit. & remiss. lib. 6.

31 Quare secundo respondeo illud. c. Si episcopus, quod est secundū de pœnit. & remiss. lib. 6. limitandum esse, quoad presbyteros, qui quem admodum sunt, ut plurimum doctiores & mundiores, ita in deligendis confessariis præsumuntur futuri cautiores. Pro hoc facit, quod Thomas ait in Quarto dist. 17. q. 3. art. 3. q. 4. Ad quartum. cum dicit, quod prælatis incumbit sacramenta dispensare, quæ non nisi mundi tractare dedent. Ideo consentiunt eis a iure, quod possint sibi eligere proprios confessarios, qui quantum ad hoc, sunt sic superiores, sicut vnus medicus ab alio curatur: non in quantum medicus, sed in quantum infirmus.

Contra hoc tamen facit, quod hanc limitationem non patiuntur verba illius textus, quæ sunt: Nulla potest consuetudine introduci, quod aliquis præter sui superioris licentiam confessorem sibi eligere valeat, qui possit eum soluere & ligare. In quibus verbis pondero primo illam negationem, nulla cuius natura est oppositum omnium, quæ sequuntur inducere secundum gl. memorabilem in. c. Cum dilectus. de consuetud. Pondero secundo dictionem aliquis, quæ facit propositionem etiam in re minima verificari. gl. memorabilis & putata ling. in Cle. 1. verbo aliqua parte de for. compet. & ita cum ei negatio illa nulla præponatur efficit, ut nullus penitus id consuetudine querere possit. Tertio facit, quod ratio illius dicti videtur esse, quod talis electus non potest accipere potestatem absoluendi, vel ligandi ab ipso eligente. Quod innuit textus in illis verbis: qui possit eum absoluere, vel ligare & gl. memorabilis in verbo ligare idem sensu, cum ait: Cuiusque volo, confiteri quidem possum peccata mea petendo etiam animæ salubre consilium, sed non ut absoluar, vel liger.

Quare tertio respondeo hoc facere presbyteros de facultate tacita, vel expressa superiorum. Videns enim hoc Papa, videntes episcopi, archiepiscopi & eorum vicarii, videntes item alii prælati & parochi sacerdotes omnes deligentes sibi passim confessarios, qui eos & ligent & absoluant, neque vllatenus repugnantes tacite videntur velle, ut id fiat.

Neque obstat, quod aliquando huic solutioni opponerent, quod ergo episcopo mortuo

mortuo & sede vacante id facere nequirent. Quoniam primo dico episcopo mortuo viuere adhuc parochum, qui eam facultatem facere possit & etiam Papa. Secundo respondeo copiam, quæ semel data est, eligendi tacitam, vel expressam non expirare morte concedentis illam. c. Si super gratia. de off. deleg. lib. 6. c. Si cui nulla. de præbend. lib. 6. vt licentia & facultas ordines suscipiendi, a quo maluerit antistite, morte concedentis minime moritur Card. receptus in Cle. fin. de electio. q. 5. Et de huius generis licentia casus singularis est & paucis notus in extrauag. Inter cunctas. de priuileg. §. Duos. quod tamen infra eod. cap. n. 161. & aliis sequentibus disputo.

Circa tamen decisionem prædictam illius. c. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. maxima mihi dubitatio est. Nam consuetudo iurisdictionem dare potest etiam alias nullam habenti. c. Cū contingat. de for. cōpet. vbi ab omnibus hæc conclusio recipitur. Quare igitur consuetudo hæc iurisdictionem dare nequit. Deinde Papa concedere potest, imo quotidie per bulas suas, quæ passim (& vtinam non plus satis) ab eo manant, concedit cui libet & quamlibet rustico & monticolæ homini, ut sibi confessariū, quem volet, deligat. Ergo & consuetudine hoc ipsū induci potest. Nulla enim inter hæc diuersitatis ratio apparet. Nam, si contra legem diuinam est illud, neque priuilegio concedi potest. c. Sunt quidam. 25. q. 1. Et, si contra solam legem est humanam, consuetudo ei derogare valet. c. fin. de consuetud. l. 2. C. quæ sit longa consuetudo Tertio facit, quod facilis est & pronus in ius antiquum reductus. c. Ab exordio. 35. dist. L. Si vnus. §. Pactus ne peteret. ff. de pactis. & quæ multa congerit Felinus in. c. Cum omnes. & in. c. Cum accessissent. de constitut. Pertalem autem consuetudinem in ius antiquum reductur. Ante enim cap. nostrum ut in eo per verbum, deinceps, significatur & alia iura ei consonantia, licebat vni cuique confessariū deligere. Ergo facilis deberet esse in illud regressus. Denique omnis consuetudo, quæ non est contra legem diuinam neque naturaliter, neque per reuelationem datam, modo aliqui sit rationalis & præscripta, legem vicit contraria & tollit. c. fin. de consuetudine. At hæc consuetudo talis est, ut patet singula perpendenti. Non enim est contra legem diuinam, vel naturalem: alioqui nunquam potuisset esse iusta, quam tamen, ut iustam etiam tempus illud Apostolorum iustissimum coluit. Neque negari potest esse ratio nabilis, quam tota ecclesia primitiua seruauit Postremo lege lata quilibet episcopus & superior & quilibet prælatus immediate Sedi Apostolicæ subiectus confessarium sibi deligere potest. c. fin. de pœnit. Quare igitur idem consuetudine induci non potuerat. Quod si hoc ipsum consuetudine induci potuit, quare non & quod omnes presbyteri possent idem. Et, si hæc quoque induci potuit, quare non, quod etiam omnes homines vnus pagi, vel oppidis & per collectionem quare non etiam, quod omnes homines CHRISTIANI.

39 In hac, quæ mihi magna est difficultas duo in præsentia occurrunt respō  
denda: F̄ prius est, q̄ hæc consuetudo ideo induci non potest, quia Romanus Pontifex reprobatur illam, neq̄ patitur, ut ea inducatur. Contra quod tamen facit, q̄ nō habet textus Romanum Pontificem eiusmodi consuetudinem reprobare, vel nolle illam induci sed non posse illam vllatenus introduci. et ita quiddam multo maius illo ait.

40 Posterius, quod occurrebat, F̄ est mentē Romani Pōtificis esse dicere non posse induci consuetudine, ut quis eligat confessarium, qui eum liget & absoluat virtutē illius electionis, nisi aliunde potestatem id faciendi habeat. Pro qua consideratione facit illa opinio Pauli a Leazaris in Cle. 1. de priuileg. quam pleriq̄ omnes ibi vsq̄ ad Panor. exclusiue sunt sequuti, & etiam decisi. Capellæ. 2. 2. 1. nempe, quando parochus parochiano suo facultatem facit confitendi simpliciter, non posse deligere confessariū, qui nulli præsit iurisdictioni. Quando vero non solum simpliciter facit eiusmodi facultatem, imo vero suas vices cōmittit ei, quēcunq̄ delegerit, tunc posse deligere etiam illū, qui nulli iurisdictioni præsit, siue quod idem est, illū qui nullam exercet actu animarum curā. Et, ut cunq̄ res habeat, ipse maxime arbitror hunc intelligendi modum esse germanum illi. c. 2. de pœnit. & remissio. lib. 6. Quin. & suspicor, F̄ eū qui dictauit illud in ea fuisse opinione in qua fuerat Bernardus & pleriq̄ omnes antiquiores in illo. c. Oīs. s. quod habēs deligendi facultatem non poterat quemlibet eligere, sed solum eum, qui actu iurisdictionem exercet. Pro qua opinione omniū, quæ adduci possunt, vrgentissimū argumentum videtur desumi posse de illo cap. 2. in hunc modum: Nulla quæ sufficiens sit, decidendi ratio reddi potest illi cap. 2. nisi hæc supradicta. At illa præsupponit illam opinionē esse veram. ergo est vera.

Contra quem tamen intelligēdi modū facit opinio Panor. in illa. Cle. 1. de priuileg. cōmuniter ab omnibus posterioribus recepta, de qua paulo post dicemus. s. eum, cui facta est deligēdi confessarii facultas, posse deligere sibi, quem voluerit, siue habeat exercitium curæ animarum siue non.

42 Et ita paria esse F̄ dari parochiano a parochō licētiam deligēdi confessarium & committi a parochō potestatem audiendi ei, quem parochianus suus elegerit. Quare illi capitulo, in quantum habet nulla cōsuetudine induci posse, ut aliquis eligat sibi confessarium, qui eum ligare possit & sol-  
43 uere F̄ subaudiendum esse arbitror, nisi etiam eadem cōsuetudo expresse, vel tacite tali electo facultatem fecerit absoluendi actualem supra illam, quam habet ab ordine suscepto habitualem. Pro hac suppletionem facit, qd̄ addi solet illi dicto: Cōtra substantiam appellationis est, quod ad parē, vel minorem appelletur. et ideo neq̄ consuetudine induci posse gl. memorabilis in. c. 2. de cōsuetud. lib. 6. Addi enim solet: Nisi illa eadem cōsuetudo illum

illum iudicē, ad quem appellatur de pari, vel minori, quoad illum saltem articulum efficiat maiore: secundū Pan. in. c. fin. 2. notab. de dilat. Perusi. & Deci. in rubrica de appellat. In dubio autem, quando vel a lege, vel ab homine fit facultas eligendi confessarium, videtur quoq̄ data potestas electo absoluendi secundū cōmunem.

Ad quartā difficultatē concedo F̄ nō posse Papā, neq̄ omne, qd̄ sub Deo 44 est cōiunctū potestatem consecrādi sacerdotibus tollere, vel ita impedire, ut per eos facta consecratio non efficiat verum corporis Domini sacramētū. Sed nego illud idem dicendū esse de absoluendi potestate. Ratio diuersitatis quædam datur, quod hæc iurisdictionem exigit & superioritatē aliquam super eo, in quem est exercenda. Et omnis iurisdictionis a Romani Pōtificis autoritate pendet. c. Proposuit. de concess. præbend. c. Quodcunq̄ 24. q. 1. Ideo potest & illam ita impedire, ut absolutio ipso iure non teneat.

Sed contra hoc facit F̄ q̄ omnes sacerdos clauēs ambas cū ipso suscipit 45 ordine clauē. s. potestatis & clauem scientiæ, quæ non est scientia, sed potestas cognoscendi, & ita iurisdictionis quædam, ut declaratur in extrauag. Ioh. 22. Quia quorundā col. 4. & 5. de verbo. signif. Et ideo ex ipsa ordinis natura est iudex omnium, qui voluerint illi confiteri, quemadmodū & ex ordinis natura habet consecrādi potestatem, Ergo non potest Papa, vel aliq̄ prælatus alteram harum potestatum magis, quam alteram restringere. Facit, q̄ Paludanus ait in Quarto. d. 22. q. 3. col. 2. F̄ nullum confessarium, qui 46 cunq̄ sit ille, cū absoluit, dicere debere: Auctoritate episcopi, vel curati. &c. Quia, ut eius verba subscribā, eo modo, quo est autoritas in homine, apd̄ omnem peraque est sacerdotem. Sed superior dat sibi materiam, nō tamē aliquam potestatem, nisi quando primo ordinat eum. Sicut enim princeps dat alicui artificio licentiam vtendi arte sua, puta medicina, quod non est ei dare artis potestatem, sed laxare materiam: sic conferuntur ordines & audiuntur confessiones in parochiis aliorū de licentia eorum. Hæc ille. Qui idem in. d. 17. q. 3. col. 7. versic. Tertius dixit hæc, quæ sequuntur, verba: Omnis sacerdos est, sicut erant olim iudices chartularii, qui a principe erant iudices subiectiuentium se eis ita, q̄ priuatorum consensus non dabat eis iurisdictionem. Sic & potestatem ordinis & iurisdictionis habet sacerdos ex sua ordinatione, sed subditos solum habet eos, qui se ei submitunt: nisi q̄ secundum iura is, qui se semel alicui submitit, factus est eius parochianus nec potest se alteri submittere, quousq̄ se primo subtrahat simpliciter, nisi de voluntate illius. Vnde dicitur de pœnit. & remissio. c. vltimo: permittimus eligere. quasi dicat: Iure cōmuni diuino licebat eis eligere, sed electione eis subtracta permittimus relaxantes retentionē, q̄ possint eligere. Hactenus ille. Facit diffinitio clauis, F̄ quæ fertur a Ioh. 2. in extrauag. Quia 47 quorundā col. 4. de verbo. signif. esse facultas spiritualis ligandi & soluēdi qua

qua iudex ecclesiasticus dignos recipere & indignos excludere potest a regno. Quam etiam referam in annot. sequenti, veluti rem vtrique proposito maxime congruam. vbi etiam alia ponuntur, quæ superiora confirmant, sicut & his illa corroborantur.

Contra hoc tamen facit concilium Florentinum in §. Quartum est. sub Eugenii decreto in illis verbis. Minister huius sacramenti est sacerdos habens auctoritatem absoluendi ordinariam, vel ex commissione. Sed responderi potest, quod infra eo. n. 138. ponitur.

48 Aliter ergo respondeo ad prædictam quartam difficultatem, nempe Romanum Pontificem non posse quidem iurisdictionem, vel potestatem absoluendi ipsis presbyteris tollere, sed posse subtrahere illis materiam, in qua illam exercent. Et licet vino & pane subtractis presbyter non consecrat, neque sine aqua baptizat: ita subtracto populo a subiectione alicuius presbyteri subtrahitur quoque illi materia, in quam soluendi potestatem exercent, & ita non absoluit, quod commune omnibus aliis est sacramentis.

### Tertus. Sine eius consensu, cui prius se commisit.

Colligitur tertio ex hoc cap. sufficere consensum parochi, quo alius sacerdos ipsius parochiani confessionem audiat. Nil enim aliud legis in textu exigit, nisi ipsius consensum.

49 Ex quo sequitur eum, qui facultatem eligendi confessarium habeat, posse sibi eligere quemcumque sacerdotem, etiam si nullam animarum curam actu exercent. Facit. c. Omnis de penit. quod habet eum, qui alii sacerdoti quam proprio, vult confiteri, prius debere petere & obtinere licentiam a proprio. Ecce, quod nil aliud exigit, quam licentiam & facultatem. Facit & tertio consuetudo & observantia, quam ubique videmus, & eam ubique seruari ait Adrianus in Quarto de confess. dubio primo post questionem quintam. Nam (ut ille ait) vigore facultatis eligendi confessorem idoneum indifferenter ad eum quemcumque sacerdotem. Quarto, quod in consecratione cuiuslibet sacerdoti traditur clavis potestatis, quæ diffinitur esse spiritualis facultas ligandi & soluendi, qua iudex ecclesiasticus dignos recipere & indignos debet excludere a regno. verba sunt textus in extrauaganti. 1022. Quia quorundam. col. 4. de verbo signific. Quam clauem omni sacerdoti, quo ad forum dari conscientie probatur ibidem & communiter ab omnibus tenent in Quarto dist. 12. & in. c. Noua. de penit. & remiss. Quilibet igitur sacerdos habet claves. ergo quilibet est iudex ecclesiasticus. Quonia in diffinitione clavis illud dicitur. At omnis iudex iurisdictionem habet Cle. 1. de off. delegat. cum gl. 1. & ita habet saltem iurisdictionem spirituales, quæ pro clavis exercitio sufficiat: modo habeat materiam debitam. Facit quinto, quod parochus excommunicat

nicat

nicatus dare potest vicarium ad confessionem audiendam: parochus item non sacerdos secundum Paludanum in Quarto distinct. 17. q. 1. in fine. Et tamen excommunicatus nullam potest in alium iurisdictionem transfundere cap. 1. de offic. vicarii. lib. 6. Et ideo talis licentia potius est cessio iuris sibi competentis, quam iurisdictionis commissio. Facit sexto, quod si quis sacerdos potest alium sacerdotem absoluere, secundum ea, quæ diximus in annot. præcedenti, episcopos item & prelatos exemptos. c. Ne pro dilatione. de penit. positos item in articulo mortis, ut late Palud. declarat in illa. d. 17. q. 3. col. 2. sola item venialia habentem, ut supra dicebam. Septimo denique facit illa, quæ de omnibus prædictis colligitur conclusio. scilicet quemuis sacerdotem habere iurisdictionem in penitentiali foro: imo eam annexam ordini conferri, licet exercitium illius non habeat, nisi super eis, qui legitime ipsum subditur. Imo etiam videtur habere cum exercitio in aliquod genus hominum adhuc saltem sensum, ut sine vlla cuiuspiam licentia possit eos audire ac absoluere & ligare, puta in eos, quos extremæ vite articulus premit. In eos item, qui sola venialia post ultimam confessionem peccarunt. In episcopos etiam & eorum superiores ac alios immediate Papæ subditos prelatos, ut in sexto argumento allegabam. & ita sunt iudices veluti chartularii, quorum iurisdictionem prorogari posse constat per. l. 1. cum ibi annotatis per Bartol. & omnes. ff. de iudici. Quod procedit etiam in spiritualibus: cum licentia superioris. c. Significasti. de for. compet. ergo & hæc prorogari potest, quamuis aliam animarum curam non exercent. Quod per ea, quæ diximus in fine annot. præcedentis confirmari potest, sicut & illa per hoc corroborari.

Hæc conclusionem reiecta Pauli a Leazaris distinctione tenet Panor. in. d. Cle. 1. corriges, quæ antea scripsit in. c. Significasti de for. compet. ut ibi anno superiore prælectione ordinaria prima tradebam. Et eam communiter teneri testatur Stephanus ad Capellam Tholosanæ decisi. 221. & And. Sicul. in. c. Post confessionem. col. 11. de probat. eandem tenet Palud. in Quarto. d. 17. q. 1. idem Angelus verbo Confessio. 3. §. 4. Syluester verbo Confessor. 1. q. 8.

Contra tamen hanc conclusionem & quod ultra licentiam eligenti datam exigatur in electo quoque sacerdote, quod curam animarum exercitium habeat, tenet gl. c. Omnis vtriusque. de penit. & remissio. verbo. alieno. Pro qua facit. §. Ecce. in. c. Ad ieiunium. 16. q. 1. vbi dicuntur monachi & ceteri sacerdotes in ordinatione sacerdotii accipere quidem sacerdotis potestatem & c. sed executionem potestatis non habere, nisi a populo electi & ab episcopo cum licentia abbatis ordinati fuerint. Facit gl. in verbo speciali super Cle. 1. de priuileg. quæ dicit penitentiam de licentia sacerdotis proprii recipi non posse a presbytero non habente curam. Facit, quod prorogari non potest id, quod non est. l. Sed si manente. ff. de preca. At sacerdos, qui non exercet curam, nullam habere videtur iurisdictionem, ergo. Quarto facit, quod priuilegia

princi

principum sine tertii præiudicio intelligēda veniunt. L. 2. §. Siquis a principe. ff. nequid in loco publ. c. Super eo. de offic. deleg. Ergo & licētia deligendi confessarii a Papa, vel episcopo concessa sine præiudicio parochi est intelligenda.

Sed hæc non obstāt: & primo ad glossas illas duas respondeo eas olim fuisse, vt plurimum, probatas a doctoribus tanq̄ coloratas: sed nunquam fuisse vsu receptas vt pote falsas.

Ad §. illum Ecce. respondeo monachos & alios, qui actu & exercitio curæ animarum nō incumbunt, nō habere quidem executionem, hoc est, exercitiū iurisdictionis regulariter in aliquos, quoad omnes casus, vt ibi dicitur. Sed nego eos nō habere iurisdictionē quandam habitualē, qualē 54 habent iudices, quos chartularios appellant, illi videlicet<sup>f</sup>, qui cōstituunt iudices ab Imperatore, vel alio summo principe, quo inter eos, qui eis se legitime subiecerint, iudicēt. Quorum iurisdictionem prorogari posse. L. 1. ff. de iudici probat. & Bartolus ibi cum omnibus aliis affirmat.

Ad tertium argumentum concedo, quod non est, prorogari non posse: At nego sacerdoti, qui curæ animarum particulari nō præest, nō esse vllā iurisdictionem. Quoniam vt prædiximus est habitualis illa, quæ, quo in exercitiū exeat, sola legitima cuiuspiam eget subiectione. Habet item saltem quodāmodo actualē, quoad certa hominū genera in certis casibus vt supra monstatum est.

55 Ex his infertur primo parum constanter contra ipsius morem scribere Paludanū in illa. dist. 17. q. 4. in eo, quod col. fin. recte ait parochum excommunicatum vel, qui adhuc nō est presbyter, posse dare hanc, de qua loquimur, confitendi licentiam, quæ & quotidie datur. Quia (inquit) nō est illa iurisdictionis cōmissio, quæ ab excommunicato fieri nequiret. cap. 1. de off. vicar. lib. 6. sed concessio quædam, quo electus ille suo iure confessionem audiat, quam audire antea non poterat propter diuisionem parochiarum & ecclesiæ prohibitionem. Et ita clare habet quēlibet sacerdotem iure diuino habere iurisdictionē, iure autem humano ab ea exercēda impediri. Idem ait paulo superius. col. 7. versic. Primus casus in eis verbis: Nam omnis sacerdos est, sicut erant olim iudices chartularii, 56 qui a principe fiebāt iudices eorū, qui se illis subiiciebant ita, q̄ priuatorum consensus non dabat eis iurisdictionē. Vnde dicitur de pœnit. & remiss. c. vlti. Permitti mus eligere. quasi dicat: iure cōmuni diuino licebat eis eligere, sed electio ne eis subtracta permittimus relaxantes retentionē, quod possint eligere. Quod dictū etiam in annotatione præcedēti relatum nō piguit hic quoq̄ referre, veluti omnium, quæ allegari possunt, longe pulcherrimum. Idē tamen in. col. antepen. eiusdem quæst. vers. Quinta conclusio. clare sentit per hanc de eligendo confessario licentiam eum, qui eligitur, effici de non iudice

iudice iudicem. Et clare affirmat simplicem sacerdotem habere quidē ordinem, iurisdictionem vero non habere. Inconstantia pari labitur Antoninustertia parte titul. 17. c. 9. col. pen. tenēs hoc posterius Palud. dictum, in col. vero final. tenens illud prius<sup>f</sup> Vir enim ille pius & eruditus maiore cura fuit semper in colligendis, quæ Paludanus spargit, quam in eis examinandis. 56

Secundo ex hac secunda annotatione infertur eū<sup>f</sup> qui a Pontifice Romano, vel suo episcopo facultatem habeat eligendi confessarium, posse id facere nulla parochi sui licentia petita. Sufficit enim, vt habet nostra conclusio, cōsensus proprii sacerdotis. At secundum Hostien. & omnes alios in. c. Omnis. de pœnit. & remiss. tres saltem sunt cuiusq̄ Christiani 57 proprii sacerdotes, nēpe Papa, episcopus & parochus. Ergo vnus cuiusq̄ horum licentia sufficit. Facit<sup>f</sup> q̄ priuilegium ita est interpretandum, vt 58 aliquid præter ius, imo & contra ius cōmune largiatur. c. Si Papa. de priuileg. lib. 6. l. Si quando. ff. de legat. 1. Et casus nostro proposito egregie deseruiēs in. c. In his. de priuileg. qd̄ habet Prædicatores & Minores, quibus concessum erat, cū altari viatico, vbi vellent celebrare, posse id facere etiā sine prælatorum licentia. Quoniam (inquit) alioqui nil ea indulgētia speciale concederet. Cum igitur nil iuuaret licentia de confessario eligendo a Papa, vel episcopo concessa, si necessaria esset parochi quoq̄ licentia, cum hæc sola sufficeret, sequitur illam nō esse necessariam. Facit. c. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. per quod Domini. & Perusi. ibi affirmāt hanc eligendi licentiam posse concedi ab episcopo solo sine vllō parochi cōsensu, Facit, quod 59 quoties aliqua iurisdictione in solidum est penes multos ita, vt quilibet eorum sine alio procedere potest, tunc vnus potest cōmittere sine altero & facere alia omnia perinde, ac si alius cum eis in illa iurisdictione non cōcurreret. l. 1. ff. de offic. consul. cum annotatis ibidem, & in. c. Prudentiam. in princip. de off. delegati. per Pan. & alios. At ligandi absoluendiq̄ in foro 60 conscientiæ potestas penes tres prædictos in solidum est. Ergo quilibet eorum absoluere & absolutionem potest cōmittere & cætera omnia facere, q̄ possunt omnes coniuncti: ergo & hanc licentiam dare. Quamobrem hæc opinio communiter recepta est in Quarto. d. 17. præsertim a Paludano in illa. q. 4. col. 3. & cōtraria reprobata. Eandem etiam tenuit Felinus in cap. 1. col. 6. de rescript. dicens ita fuisse per Eugenium declaratum. Idem tenet etiam Adrianus. de confessione dub. primo post quæstio. 5. Et pro hac parte gl. est memorabilis, quæ prima est cap. 2. de pœnit. & remiss. lib. 6. cum qua omnes ibi transeunt.

Contra tamen hanc conclusionem facit gl. 6. illius. c. Omnis. quæ determinat contrarium. Facit, q̄ Io. And. & Pan. ibi dicunt nō teneri ad iterato parochis cōfitendū eos, qui sine licentia eorū confitentur Prædicatoribus



& Minoribus, quibus audiendi potestas facta fuit per Cle. Dudū. de sepulchro. quam extensam fuisse ad Augustinianos per Clementem. c. & ad Carmelitas per Iohannē. 2. attestatur Ioh. Andr. in illo. c. Omnis. cū quo Collectar. Anton. Cardinalis, & Pan. transeunt. Et ita innuunt hi patres contrarium dicendum in aliis, quibus non habentibus curam ex generali confitetur licentia. Facit, q̄ ecclesia per Papā data & vnita monasterio alicui non potest illius possessio sine licentia episcopi accipi. c. Pastoralis. de priuileg. Facit & c. Quam sit laudabile. de Iudæis, quod habet episcopum qui gētibus est prædicaturus posse accipere clericos aliquot & monachos, qui se in illo munere iuuent: sed id facere debere de prælatorum illorum consensu.

Hic tamen non obstantibus superiori opinioni adhæreo & ad gl. sextā illius. c. Omnis. & his, qui sequuntur illam, respondeo textum nostrum & rationes prædictas, præsertim per viros graues & consuetudinem recepta maioris esse apud me autoritatis, quam illorū. Præterea illius glossæ opinionem damnatam fuisse per Clementē quartum in quodam priuilegio Prædicatoribus concessio, cuius caput est: Quidam temere ait. secundum Diuū Antoninum tertia parte. titul. 17. cap. 9. col. 2.

Ad c. Pastoralis respondeo gratiam illā Papæ, qua vna ecclesia vnitur monasterio, magnæ utilitatis esse: quamuis per ea non censeatur in dubio potestas ei facta, quo autoritate sua possessionem accipiat, vt nemo nō videt, qui scit proprietatem a possessione distingui. l. Naturaliter. §. Nihil cōmune. ff. de acquirēd. possess. & rubrica ipsa de causa possessio, & proprietat. illud significat. Et quamuis priuilegium aliquid cōtra ius cōmune operari debeat: dato tamē quopiam, quod operet, in aliis stringi debet. 2<sup>m</sup> Pan. in c. Certificari col. 3. de sepult. & aliis multos, quos refert. & sequitur Decius in c. 2. col. 5. de præscrip. Et ideo in c. Pastoralis. vnio illa nō debet operari effectum capiendi possessionem propria autoritate; in nostro autem casu nil operaretur priuilegium, si parochi licentia esset habenda.

Ad c. Quam sit laudabile. respondeo nō fuisse ibi datam licentiam, vt quos secum ducere vellet, eligeret: sed cum eo ire volentibus fiebat eundi facultas, modo requirerent prius & impetrarent suorum prælatorum licentiam. Et ita illud cap. licet id parum aduertant aliqui, rem nostram minime tangit.

Ad quartum respondeo primo non tam præiudicari parochi per eiusmodi licentiam, quam onus auferri secundum Thomā in tractat. contra impugnantes religionem. Secūdo respondet ipse Thomas in Quarto. d. 17. q. 3. art. 3. q. 4. Ad primū. in hæc verba: Præiudicium non fit alicui, nisi subtrahatur alicui, quod est in fauorem ipsius indultum: iurisdictionis autē potestas non est cōmissa alicui homini in fauorē suū, sed in utilitatē plebis

plebis & ad honorem Dei. Et ideo, si superioribus expedire videatur ad salutem plebis & ad honorem Dei promouendum, q̄ aliis, quæ sunt iurisdictionis, cōmittat, nullum fit præiudicium inferioribus prælatis: nisi illis qui quærunt, quæ sua sunt, non, quæ IESV CHRISTI. & qui gregi præsunt non vt pascant, sed vt pascantur.

Contra quam tamen solutionem facit. c. Ad hæc sumus, & cap. Nonnulli in principio & §. Sunt & alii. de rescript. quæ cum suis similibus habent iurisdictionē delegatam ideo esse odiosam, q̄ per eam iurisdictioni ordinariæ præiudicatur. Facit. c. Peruenit. 1. q. 1. quod habet ecclesiasticum ordinem confundi, quando sua vnicuiq; iurisdictionis non seruetur. Facit cap. Mandatū. cum duobus cap. sequentibus de rescriptis, quæ probant mandata de prouidendo, per quæ ordinariorum collatorū minuitur potestas esse odiosa & restringenda.

Quare tertio respondeo illam conclusionem principē non videri tertio præiudicare esse limandam, vt non intelligatur de præiudicio, de quo princeps cogitauit: siue de præiudicio, quod ex concessione ipsa colligitur secundum ea, quæ tradit Alexander lib. 2. consil. 215. Nec arguendi sumus col. 8. versic. Decimo confidero. Et Decius consil. 113. & in c. Super eo. de offic. delegati. vbi hoc latissime anno superiore prælectione vespertina extraordinaria tractauimus. Et quando alicui conceditur licentia confitendi alieno parochi, satis in illa concessione exprimitur & ex ea colligitur præiudicium, quod parochi fit proprio.

Inferitur & tertio idem esse de his, qui facultate a proepiscopo siue vicario episcopi, vel legati accepta confitentur. Quoniam & hos proprios esse confessarios eorum, quibus præsunt, nemo negat arg. c. 1. de off. legat. c. 2. eo. titulo lib. 6. & capit. 2. de consuetud. & c. Romana. in principio de appellat. eodem etiam lib. 6.

Inferitur & quarto peregrinos, qui cum facultate parochorum peregrinantur, posse confiteri his, quibus confitetur illius oppidi, vel pagi homines in quem se receperint. Faciēs enim peregrinandi facultatem ea quoq; videtur concedere, sine quibus ea peregrinatio fieri nequit argumento. l. Ad legatū & l. Ad rem mobilem. ff. de procur. Imo & illa sine quibus commode fieri non potest per. l. pen. ff. de viufr. & l. Quicumq; §. Si ei quem ff. de institor. & annotauit Aretin. in c. De testibus col. 3. de testi, quæ non semel probat Decius. At, qui peregrinatur, commode saltē peregrinari sine sacramentorum refectione non potest: ergo illorum suscipiendorum facultas videtur esse facta cum peregrinandi licentia. Facit, q̄ regulariter tantum operatur tacitū, quantum expressum. l. Labeo. ff. de pactis. l. Cum quid. ff. si cert. petatur. c. Significasti. de electio. c. Relatum. secundū cōmunē intellectū. de præbēd. At qui peregrinatur cū episcopi, vel parochi

licentia, tacite videtur permissus eligere confessarium.

63 Adde, quod si episcopus fecerit peregrinandi facultatem, videtur quoque fecisse, ut ab episcopalibus casibus absolui possit. Secundum Paludanum in illa. d. 17. q. 4. col. 7. versic. Quartus casus, quem ad literam sequitur Antoninus tertia parte tit. 17. c. 4. versic. Quartus casus. Non autem, si a paroco secundum eosdem. Quae tamen distinctio displicet, nam expressa eligendi confessarium facultas ab episcopo concessa non includit casus reseruos. textus expressus est & singularis in illo, c. 2. de poenit. lib. 6. primo responso. Ergo a fortiori neque tacita. Quem textum, si meminissent patres illi, nunquam hoc dixissent.

64 Aduertendum tamen, quod inter hanc eligendi tacitam & illam expressam licentiam secundum Thomam a Vio magna est distantia. Primo quod habens expressam, deligere potest sacerdotem quemlibet idoneum, etiam si alioqui animarum curam non exerceat: qui vero tacitam, minime. Deinde, quod qui tacitam habet, solum eligere potest eis temporibus, quibus iure tenetur confiteri, vel communicare, vel quibus solitus est id facere non tamen aliis. Pro Thoma facit, quod ait alicubi se legisse viuae vocis oraculo declarasse Eugenium viatores eo loci, quo inuenirentur, quoad sacramenta eucharistiae ac poenitentiae censendos esse tanquam incolas illius. Cum igitur incolae non aliis, quam suo paroco, confiteri possent: sequitur neque peregrinis aliud concedendum. Facit etiam, quod concessio implicita non est adeo late, ac explicita extendenda. Pro quo, licet ille nil allegat cito gl. a multis in hoc putatam singularem & pluribus memorabilem in Cle. Saep. de verb. signif. sub finem verb. partibus. Hastamen huius viri doctissimi de noua licentiae de confessario eligendo limitationes & nouas inter expressam & tacitam concessionem differentias non satis probare possum. Primo, quia nouae sunt & nullo solido fundamento nituntur. Nullus enim est pro illis textus, nulla item, quae illas necessario ponendas, concludat ratio. Facit, quod ipse subdubitare de illis videri potest, dum de illarum altera dixit se illam intelligere partem amplectendo tutiorem.

67 Neque obstat, quod de Eugenio se legisse ait. Nam illud de viatoribus fuit declaratum: nos vero de peregrinis, qui facultatem ad id faciendum accepta in loca sanctis sacra ea visitandi gratia concedunt, loquimur. Non ergo mirum, quod minus viatoribus liceat, quam peregrinis. Nam & peregrinis nil esse privilegii, nisi quando cum facultate episcopi, aut parochi peregrinantur, ipsemet Paludanum cum Antonino & aliis est testis.

68 Non obstat quod tacita facultas non operatur quantum expressa, quia id regulariter est falsum, saltem, ubi ratio par inuenitur, sicut in casu nostro. Quamquam, ubi diuersa ratio militat, nonnumquam plus expressum, quam tacitum & e contrario tacitum plus operetur expressio iuxta resolutionem

Philippi Decii in regula Expressa. ff. de regul. iur. & gl. illa Cle. saep. de verbo signif. non probare id, ad quod vulgus allegat, dilucide ostendi in repetit. c. fin. de for. compet. quam superiore anno pronunciauimus. quod ex eadem gl. facile quisque perpendere potest. Cum igitur nulla ratio diuersitatis in hoc casu reddi possit, iustum fuerit, ne diuersum quoque ius in eo ponamus. l. Illud. ad. l. Aquil. c. Dudum. 2. de electio.

Infero quinto eos, qui cum licentia vicarii alieno sacerdoti confitentur, legitime confiteri, siue is sit vicarius perpetuus, qui ponendus est in ecclesia parochiali alteri annexa iuxta. c. Extirpanda. §. Qui vero. de praeb. De illis enim & de paroco, siue rectore principali eadem censent iura. Cle. 1. de off. vicar. Siue de licentia vicarii generalis episcopi, cuius tribunal vnum & idem est cum episcopi tribunali. c. 2. de consuetud. lib. 6. & cap. Romana. de appellat. eod. lib. Siue de licentia vicarii temporalis, qui propter absentiam rectoris ab episcopo ponitur iuxta cap. Cum ex eo. de elect. lib. 6. gl. memorabilis in simili in Cle. 1. de priuileg. super verb. presbyteri. Siue etiam vicarii ab alio rectore, vel vicario perpetuo ad modicum tempus positi iuxta ea, quae scribit Petrus ab Anchara. in Cle. 1. de off. vicar. notab. 4. Quae quatuor probantur primo, quod omnibus his casibus confessio fit alieno sacerdoti de consensu proprii, ergo satisfit huic cap. & etiam. c. Omnis. de poenit. Secundo, quod, ut praediximus, per huiusmodi licentiam nulla delegatur, vel subdelegatur potestas alieno sacerdoti, qui suo iure, nempe iurisdictione, quam cum ordine iure diuino accepit, eum audit: sed tantum soluitur confessurus a vinculo, quo tenetur suo sacerdoti confiteri per ea, quae dicta sunt. n. 48. 47. & 49. Tertio, quod licet delegatus inferioris, vel delegati a principe subdelegare regulariter nequeat. l. A iudice. C. de iudic. c. Cum causam. de appel. Fallit tamen quando inferior subdelegandi facultatem concedit. gl. s. pu tata sing. in. c. Is cui. de off. deleg. lib. 6. At his casibus omnibus videtur implicitate ac tacite concessa facultas agendi omnia illa, quae ipse rector, vel committens ibi tanquam rector agere posset. Ea enim est omnium, qui hoc faciunt mens, ut experientia monstrat. & ita communis vltus hanc conclusionem seruat & eam affirmat Adrianus in Quarto de confessio. dub. 2. post quaestiones.

Ex qua sexto longe pulcherrima ampliatio subinfertur ad illam gl. s. cap. Is, cui. de off. deleg. lib. 6. siue procedat non solum quando expressa daretur subdelegandi facultas, sed etiam, quando tacita. Quae tamen non videtur concedi, nisi quando ex usu, vel coniecturis sufficientibus id appareret: Quamquam dici potest hoc casu non subdelegari iurisdictionem, sed solum tribui quandam se alii subiiciendi licentiam. Postremo facit, quod nisi hoc dicamus, non posset aliquis vicarius, siue proparochus in illius absentia

## DE POENITENTIA DIST. 6.

alteri vices committere neq; in festis solēnibus alios simplices sacerdotes in partem curæ vocare contra generalem consuetudinem ecclesiæ. Quare reuelandum videtur ¶ q; vbi mens parochi est vices plenas suo vicario 72 committere, quoad sacramentalium administrationes, etiam quo ad delegandam & dādā facultatem, quam ipse præses daturus esset, si in agenda cura resideret, tunc æque sufficit vicarii licentia, ac principalis parochi. Quod ita regulariter contingit, vbi parochi iusta de causa non residentes, vicarios instituunt. Quando vero personæ industria, quoad ministerium aliquod, eligitur sine animo tam plenæ cōcessionis faciendæ, tunc dicamus eius fidei nil aliud committi, quam ministerium illud, in quod est electus vel substitutus.

Contra tamen hanc cōclusionem facit. c. fin. §. Caterum. de off. delegat. qui habet pœnitentias iniungendi potestatem, etiam a Papa concessam, subdelegari non posse. Secundo facit, q; delegatus ab ordinario non subdelegat. l. A iudice. C. de iudic. c. Cū causā. de appellat. Tertio, q; Syluester in verbo Excomunicano. 7. casu. 14. dubio. 11. tenet cōtrariū in eo, qd dixi de vicario ab inodicum tempus a rectore constituto. Facit & quarto, q; Richardus Anglicus in quolibetis ait sacerdotem habentem autoritatem ordinariam posse alteri eam delegare, posse quoq; si habet commissam a Papa iurisdictionem: non autem, si nudum officiū seu ministerium veluti audiēdi cōfessiones: posse item, si habet commissionem ab inferiore, puta episcopo, vel huiusmodi ad vniuersitatē causarum, vt officialis, vel generalis pœnitentiarius potest particulare causam cōmittere, nisi ei fuerit specialiter interdictum. Si vero habet particularem commissionem, non potest. Ex quibus infert sacerdotem, qui conductus ecclesiæ parochiali deseruit, cum non sit ordinarius illius ecclesiæ parochus nō posse delegare. Et ita dicit. d. c. fin. de off. deleg. in. §. Caterum. interpretandum esse.

Ad horum primū respondeo ¶ §. Caterum. agere de subdeleganda potestate iniungendi pœnitentias: nos vero de danda licētia subdito, vt, cui 73 volet, cōfiteatur in illo casu aliqua subdelegatur potestas, in hoc vero nulla. Nam facultas illa eligendi confessarium non est potestas, quæ residet in ipso, qui eam facit, & quæ transferatur de illo in confessurum: sed quædam declaratio, qua declarat se nolle vt iure, qd ad se pertinebat. Quod ex superius tam in principio huius annotationis, quam in fine præcedentis scriptis patet.

Secundo dico illum . §. procedere, quando tacite negatur subdelegandi potestas propterea, quod personæ industria videtur electa: In casu autem nostro agimus de illo, qui ea mente alii suas vices plene committit, vt circa sacramentorum administrationem omnia gerat, quæ ipse potest.

Ad

Ad secundum cōcedo delegatum ab inferiore, quam principe, subdelegare nō posse. Sed non sequitur ex hoc vicarium hanc licētiā dare nō posse: etiam si concederetur ille vicarius esse delegatus. Quia dare hanc, de qua loquimur, licentiam & delegare, vel subdelegare separata sunt, vt supra est dictum. & ideo ab altero ad alterum non infertur efficaciter. L. Papinianus exuli. ff. de minor. c. 2. de trāslat. prælat.

Ad tertium respōdeo ¶ Syluestrū, tamen mihi semper visus est doctus & resolutus autor, tamē nō esse apud me tanti, vt ipsius me cōtra rationes efficaces trahat autoritas: præsertim q; me Adriani viri utiq; doctissimi iuuet determinatio. Secūdo respōdeo Sylue. dictū procedere posse, quando, qui ad modicū tempus vicarium posuit, nō erat ea mēte, vt concederet suas vices etiam, cum oporteret ad delegandum & vocandum alios coadiutores: Nos autem quando de huiusmodi mēte, vel per cōiecturas vel suam in hoc, vel aliorum pristinā cōsuetudinem satis apparet.

Ad ea Richardi respōderi potest primo omnia illa de subdelegatione procedere, nra vero de concessione licentiæ rei lōge ab illa diuerſa. Potest & secūdo respōderi, quemadmodū secūdo modo fuit ad primū respōsū.

Ex quo infero ¶ q; si rector accersat aliquem sacerdotem, vt se iuuet in audiendis cōfessionibus, is nō poterit eiusmodi licentiā tribuere. Quia de prædicta mēte non apparet & per regulam iuristacite videtur agi contrarium per illum. §. Caterum.

Secūdo infertur eum, qui de Papæ, vel episcopi licentia alias legitime sua peccata est confessus nō teneri, vel semel in anno ad parochum suo cōfitemdum. Quod latius in gl. 1. ostendo.

## ¶ Tertus.

## ¶ Nisi pro ignorantia illius, cui pœnitēs cōfessus est.

Quarto ex his verbis colligo vnū casum ¶ in quo nolēte parochi ipsius parochianus alteri cōfiteri potest. Quod latius cum. gl. 3. declaro. Ponitur & alii septem casus, in quibus id licet ab Hostienſi in summa de pœnit. §. Cui cōfitemdum. in hæc verba: Secūdo fallit, quando alienus parochianus tranſtulit domicilium suum Raymu. & Goff. Sed certe iam nō est alienus sed proprius supra de paroch. c. fin. Tertio, cum quis vagabundus existit. l. Hæres absens. ff. de iudic. Quarto cum quis querit domicilium, quo se conferat, propriū relinquens iter faciēdo, vel nauigādo. Nam & is sine domicilio est. ff. ad municipal. l. Labeo. in princip. & l. Eius. §. Celsus. Quinto ratione delicti infra propriā parochiam ab extraneo parochiano commissi supra de rpto. c. 1. 6. q. 3. c. Placuit. Sexto ratione studii, quod dicitur, notatur supra de parochi. §. Quis inteligatur. verſ. Quid de scholariis.

Septimo tēpore necessitatis. 26. q. 6. Si presbyter. de pœnit. d. 3. Quicūq; presbyter. Octauo, si ponat spem suam in sacerdote proprio, vt ratum habeat. arg. 9. q. 3. c. Lugdunensis. Haec tenus Hostiensis.

- 76 Quibus septē casibus addo aliqua nō floccipendenda. Et primo quidem casui, qui est secundus Hostiensis, addo, quod etiam ipsemet Hostiensis sentit, hunc non esse casum exceptum. Quia, cum simul ac domicilium transtulit, efficiatur parochianus ipsius parochi, ad cuius parochiā migravit, confitendo ipsi proprio sacerdoti confitetur, & non alieno per. c. fin. de parochiis. Facit. l. Cum quaedam puella. ff. de iurisdic. omni. iudicum & c. Proposui. de for. competēt. Secundo, q̄ si non mutat domicilium, sed cumulat: vt quia in vtraq; parochia ex æquo habitat, puta, quia in altera hiemat, in altera æstiuat, tūc vtriusq; parochiæ parocno cōfiteri potest. Quia vterq; suus est argumēto. l. Assūptio. §. fin. ff. ad municip. & c. Cum quis. secundo respons. de sepult. lib. 6. Ad do tertio, q̄ Paludanus ait in Quarto. d. 17. q. 3. hoc casu confessionem illi parochi esse faciendam, in cui⁹ parochia, quādo cōfiteretur habitat. Q̄ tñ nullo iure vir doctus fūdat. Quare, licet eū ad verbū sequat Diuus Antoni. in tertia parte. tit. 17. c. 9. tamen contrarium videtur dicendum. Pro quo allego calum in hoc mihi singularem in. c. Cum quis. in secundo respons. de sepult. lib. 6. Quod habet mortuo eo, qui in duabus parochiis se collocabat æqualiter, si sepulturam in loco elegisset tertio, quartam canonicam vtriq; parochiali deberi. Audis ergo vtriq; deberi & non illi, in cuius parochia degit, quādo mortem obiit. Sic igitur, qui ex æquo est parochianus duorum, vtriq; cōfiteri potest, etiam quando in altera degit.

Neq; obstat, si dicatur illud secundum responsum intelligēdum de illo, qui æqualiter eodem tēpore habitat in duobus parochiis. Quia in altera vno die in altera altero. Quoniam neq; id vnq; contingit, neq; vnquā talis declaratio recepta est. Præterea, quo die in vna parochia degeret, in ea cōfiteri deberet in illo: & quo die in altera in ea in altero, quod ridiculum videtur. Quāuis iuri satis arbitrer cōsonum huiusmodi duarum parochiarum ex æquo parochianū, in illius loci ecclesia sepeliēdum, in quo est mortuus sine sepulturæ electione: nisi alia mōstretur volūtas, vel coniectura qua contrariū voluisse iuste credatur.

- 79 Secundo vero casui addo primo, q̄ vagabundus est, qui nullibi certū habet domicilium. gl. memorabilis in. l. Hæres absens. §. Prouide. vers. At si quo. ff. de iudic. Secūdo addo talē vagabundum non solū posse confiteri parochi, in cuius parochiā peruenerit: sed etiam cui libet alii sacerdoti, quem elegerit secundū Palud. & Antoninum. Quod ea ratione probatur, quia cap. hoc. & c. Omnis. de pœnit. cū similibus de illo tantū disponūt, qui alicui parochi subest. Q̄d clare colligit in hoc cap. ex illis ver-

bis:

bis: cui prius se cōmisit. & in. c. Omnis. ex illis verbis proprio sacerdoti. & ex illis alieno sacerdoti. Ergo, quoad alios, qui nulli iure cōmittūtur, antiqua iura & antiqua consuetudo seruanda est vt. s. confiteantur, cui volēt. Facit, q̄ quemadmodum parochiani tenentur cōfiteri parochi: ita ecōtrario parochus parochianorum suorum confessiones audire tenetur, vt omnes concludunt in. c. Omnis. de pœnit. & gl. putata sing. in. Cle. Dudum. de sepult. verbo. impendunt. Cum igitur nullus parochus teneatur vagabundum audire, nisi, qui volet: sic ille nulli tenebitur confiteri, nisi ei, quem eliget.

Tertio casui addo idem de hoc mihi videri iudicādum, quod de vagabundo. Quia nullum habet is domiciliū. l. Eius. §. fin. ff. ad municipal.

Quarto vero casui, qui est quintus Hostiensis, addo, quidquid inuoluant Paludanus & Antoninus, neminem ratione delicti sortiri forum cōscientiæ secundū. glo. quæ penul. & putatur sing. c. Placuit. 1. 16. q. 1. q̄ cū cōmuni probat Pan. in. c. Cum contingat. de for. competent. n. 29. & eam, vt ibi, ita & in. c. 1. de raptor. sing. ait & in. c. Quod autem. de pœnit. commēdat. Nam & parochū extra suam parochiam licite sui parochiani confessionem audire posse autor est Hostiensis receptus in illo. §. Cui confitendum col. 1. Quia illa iurisdicōtio est voluntaria non contentiosa argumēto. l. 2. cum ibi notatis. ff. de off. procons. & c. Nouit cum gl. de off. legati. Rationem vero diuersitatis, quare quoad forum conscientiæ, nō sortiat quis forum ratiōe delicti, quoad forum exterius sic, dilucidiorē, ni fallor, reddidimus anno superiore in repetit. c. fin. de for. cōpetēt. quam vllus ad hunc diem reddiderit.

Quinto casui q̄ est sextus Hostiensis. s. ratione studii, addo primo hunc articulum difficilem explicatu esse, vt colligere est de scriptis Panor. post Inno. & alios. c. Omnis. de pœnit. & in. c. fin. de paroch. & aliorū, qui post eos confusus eis scripserunt alibi. Ad do secundo idem esse dicendum de scholasticis, mercenariis, negociatorib⁹ & aliis viatoribus, quod dictū est superius de peregrinis, si sunt pares in licentia. Nam si de licētia suorum parochorū, vel episcoporū ad scholas, emporia & alia loca vadāt, licentiā quādam sumendi sacramenta tacitam & implicitam secum deferūt. Alio qui, si absq; illa superioris licētia id faciūt, nulla neq; expressa, neq; facita huiusmodi licentia perfruentur, etiam peregrini, vt supra. n. 67. est dictū. Cum igitur de omnibus eadem sit ratio, ergo & ius idē argumēto. l. Illud ad. l. Aquil. & c. 2. de trāslat. prælat. Ad do tertio id, qd̄ proxime dixi, limitandum esse dūmodo cætera sunt, quoad habitationem paria puta, q̄ nulli eorum domicilium, aut omnes habitationem contraxerunt aliquā. Pro q̄ est primo, qd̄ nullo iure probatur per huiusmodi nudā habitationē sortiri quem forū cōscientiæ. Secūdo, q̄ ipse Innocēt. qui pro cōtraria parte allegatur

allegatur, satis aperte ait in.c. Omnis. n. 6. sub finē de pœnit. tutius esse, q̄ huiusmodi homines licētiam sumendi sacramēta petant a proprio parochō. Facit, q̄ Io. And. ibi, quē sequitur Dominicus, ait in.c. Is, qui. de sentent. excō. lib. 6. f. Quod si quis hostium incurfus fugiēs in ciuitatem quāpiam de pago aliquo se recipiat, & ibi moriatur, cum esset animo ad pagū redeūdi finito bello, ecclesia illius pagi, vbi domicilium habebat, & nō ciuitatis, vbi habitat, dicitur parochialis, cui quarta solū debeat de funeralibus. Quā decisionem ab impugnatione Lapi pulchre defendit Perusī ibidem. Facit & illud. c. Is, qui. de sepultur. lib. 6. quod habet eū habere duas ecclesias parochiales, qui æque in duab⁹ parochiis habitat & in vtraq; habet domicilium. Ergo a contrario sensu, si in alteriustātum ecclesia domicilium haberet, altera in cuius parochia aliquando habitaret, nō esset ipsius parochialis: neq; per consequutionem parochus ipsius esset sacerdos.

Contra q̄ tamē conclusionem facit primo. c. Qd̄ clericis. de for. cōpet. in eis verbis: Parisius cōmorātes. Per quē ibi Pan. col. 1. cōcludebat ratione huiusmodi habitationis quæri habitanti quoddam quasi domicilium, ratione cuius ibi conueniri posset de alibi gestis. Sed contra illam Pan. de terminationem ibidem anno superiore determinauimus cum Bart. in.l. Hæres absens. ff. de iud. §. Proinde sub finem & cū Areti. in illo. c. Quod clericis. Secundo facit. c. Quæsti. 1. §. q. 1. quod habet decimas personales soluendas, vbi per circulum anni quis eas soluturus missas audiuit.

Sed responderi potest illum textum intelligendum de illo, qui nullū habet alibi domicilium: nostra vero conclusio de illo, qui alibi domiciliū habet & alibi ad tēp⁹ ex aliqua causa degit, vel de illo qui tā lōge a domicilio suo habitat ita, vt nō possit a domicili parochō necessaria sacramēta suscipere. Nam tunc ab habitationis parochō suscipiet. Tertio facit, quod per. c. Quæsti. Inno. in illo. c. Omnis. n. 6. dicebat scholares & alios annales habitatores illius sacerdotis esse parochianos, cuius parochiā incolūt. Sed responderetur eundem Innocen. paulo post significare cōtrariū esse verius. Facit quarto. quod Fredericus de Senis cōsūl. 53. Quidam puer. col. 3. dixit eum, qui cum habeat domicilium in vna parochia & domum apte instructam, si conduxerit domum in alia, vt ibi alicui forte scholastico cōuiuat, illius parochiæ parochō confiteri debere ac decimas soluere personales, etiam si domicilium nō transferat. Non enim transfertur, nisi cum animo ibi perpetuo manēdi. l. Eius. §. Celsus. ff. ad municip. l. 2. cum gloss. & ibi annotatis. C. de incol. lib. 10.

Respondeo Fredericum in hoc non esse tenendum, quippe, qui innitatur dicto Innocen. paulo post satis se corrigentis & per text. prædictum. c. Quæsti. non satis germane intellectum.

Quinto facit. c. 1. de celebratione miss. quod habet parochum vnus ecclesiæ

ecclesiæ providere debere peregrinis, hospitibus & aliis cōmeantibus de sacramentis necessariis. Sed illud intelligi potest de his, qui cum parochi licentia peregrinātur, vel iter faciunt, aut cōmeant. Potest item intelligi de his, quos articulus necessitatis premit, qui est septimus casus Hostiensis, in quo quiuis sacerdos quibusuis sacramenta pœnitentiæ conferre potest, quamlibet enormibus & reseruatīs peccatis sit pleni, vt dicam in .c. 2. infra dist. seq. Deniq; text. ille nō probat pl⁹ priuilegii esse his, qui habitationē aliquam in loco contraxerunt, quam his, qui nullā. Imo potius innuit in eo agi de transeuntibus tantū ac nullo modo de habitātibus. Et ita ille textus potius pro nostra, quam pro contraria parte facit.

Sexto contra cōclusionē facit, q̄ videmus mercenarios famulos de mercede sua soluere decimas ecclesiis, in quarum parochiis inseruiūt: non autē illis, in quarum habent domicilia & suorum parentū domū.

Ad hoc etiam respondeo, q̄ vt hoc alicubi contingit ita cōtrariū alibi obseruari debereq; illa ita concordari primo, vt prior cōsuetudo procedat, quando nullibi haberet alibi domiciliū eiusmodi mercenarius: quod vero nos dicimus, quando haberet alibi domiciliū. Secundo cōcordari possent, vt prior consuetudo procedat, quando mercenarius huiusmodi ita longe a domicilio habitat, vt comode non possit sacramenta necessaria de manu parochi domicili suscipere. Nam tunc ratione habitatiōis, vbi habitat, sortietur conscientiæ forum. quod latius mox dicam.

Itaq; resolutio sit, q̄ ratione habitationis, siue annalis, siue ānali maioris, vel minoris non sortitur forum quis, etiam conscientiæ, quādo alibi habitat domicilium, & cōmode potest parochum domicili, quo ab eo sacramēta necessaria suscipiat, adire. Si autem alibi non habitat domicilium habitationis, vel illius parochum pro sacramentis accipiendis adire comode non potest, tunc ibi fortietur forum.

Ex quo infertur primo f̄ verus modus intelligendi gloss. Cle. 1. verb. parochialis de priuileg. quæ habet scholariū presbyterum parochialem esse illum, cuius habitant parochiā. Debet enim intelligi de illis scholasticis, qui nullum alibi constituerint domicilium, vel certe parochum illius pro sacramentis suscipiendis comode adire non possunt.

Neq; obstat, si dicas illam glossam, vt plurimū simpliciter approbari. quod facit Pan. in.c. Extirpandæ. §. Qui vero. col. 3. de præbend. putans eā esse singularē. Quod ipsum latius facit in.c. Cum contingat. col. 1. 2. de for. cōpet. & in Cle. Dudū. de sepult. col. 12. & in loco proprio. Quin & Cardi. in illa Cle. 1. q. 1. §. dixit quemlibet hominē simul ac transit ad aliam parochiam, eius effici parochianum, modo id non faciat causa recreationis, vel aliquid aliud temporale faciendi, sed cū animo statim ad propria redeūdi. Quod ipsum iterum repetit in illo. c. Omnis. col. 2.

Ad hoc responderi potest primo satis esse, q̄ Pan. sua dicta ita declarauit in c. In nostra. sub finem de sepult. & etiā in illo. c. Omnis. de pœnit. col. pen. in quibus latius & altius id tractat. Secundo, q̄, vt plurimū, scholastici & mercenarii: aut non habent habitationis domicilium, quia nondum constituerunt, vbi sint perpetuo sedes posituri, iuxta. l. 2. C. de incol. lib. 1. & l. Eius. §. Celsus. ff. ad municip. Aut, si habent, longe tamen ab eo vel literis incumbunt, vel heris suis inferuiunt, quo cōmode non possint inde sibi sacramenta petere.

98 Infertur secundo distantiam, locorum, quæ rei gerendæ cōmoditatem tollit, sæpe operari multa. In nostro enim proposito operatur, q̄, qui non haberet super se iurisdictionem in cōscientiæ foro, propter illam habeat. Quod confirmari potest per. l. Si longius. §. 1. ff. de iud. & c. Tum lōge. 63. dist. c. Si quis incognitus. 17. q. 2. l. 1. C. si per vim, vel alio modo. c. Cū ex literis. vbi. gl. iuris optima, de in integrū restit. Facit. c. Nihil. de electio. & cap. 1. ne sed vacant. lib. 6.

Fateor tamen q̄ hæc omnia non conuincūt necessario hoc corollarium esse verum, neq̄ conclusionem nostrā, qua parte illud ex ea infertur. Propius facit. l. 2. C. vbi de crimine agi oport. in illis verbis: vbi degit. Per quā Bald. Paulus & cōmunis ibi tenent ratione solius habitationis sortiri quæ forum, vt de gestis etiam alibi conueniatur ibi. Et idem per illam legem tenet Bartol. in. l. 2. C. vbi senat. vel clariss. Sed neq̄ illæ duæ leges hoc probant. Quoniam intelligendæ sunt de his, qui vixerunt, vel conuersati sūt vltra decennium, vt Cyn. in illa. l. 2. C. vbi senat. vel clariss. dilucide affirmavit: vel intelligi possunt, quoad illa, quæ ibi gesserunt iuxta. l. Hæres absens. §. Prouide. versic. fin. ff. de iudic. vt Bart. ibi concludit, & nos cum illo ibidem & Aretin. in. c. Quod clericis. de for. cōpet. anno superiore cōcludebamus, ni fallimur, efficaciter contra Pan. & alios prædictos.

100 Fateor item non videre me vllum aliud in iure argumētum efficacis, quod nostram cōclusionem necessario probet, qua parte hoc corollarium ex illa fluit, nisi consuetudinem vbiq̄ CHRISTIANORŪ seruata, quæ potest iurisdictionem tribuere, alioqui non habenti. c. Cum contingat. de for. compet. Et ita videtur, q̄ non tam iuris, quam consuetudinis sit hoc corollarium & conclusio, qua parte illud parit, hoc est, qua parte continet ob absentiam parochi domicilii nimiam posse quem ab alieno parochio, cuius regionem seu parochiam inhabitat, sacramēta suscipere.

101 Ex quo tertio sub infertur quod, si consuetudo haberet, quod ratione habitationis, etiam minoris annali, quæreretur parochio parochianus, qui ei quoad sacramenta, subiiceretur, illa esset seruanda. Quod etiam Cardi. clare sētit in Clemēt. 1. de priuileg. quæst. 14. & multis aliis, quæ prætereo, comprobari possent.

Inferetur

102 Infertur & quarto quando in eadem ciuitate quis habet domicilium habitationis in vna parochia & in altera ad aliquod tēpus habitationem, ab eo parochio sumere debere sacramenta & in illa ecclesia debere sepeliri & illi ecclesiæ deberi quartā de funeralibus canonicam, in cuius parochia domicilium habet & non illi, cuius parochiam incolit.

Ex quo sub infertur illud Frederi. Senensis consil. 53. non esse verum. Hactenus de additione casus Quinti.

Sexto vero casui. s. q̄ ratione necessitatis sacerdos aliquis potest alienum parochianū ad pœnitentiam suscipere, adde, quæ ponam in. c. 2. infra dist. sequenti.

Septimo autem casui, qui est octauus Hostiensis. s. q̄ ratione spei ratificationis alienum parochianum quis audire possit, addo primo pro hac conclusione facere illam regulam. lib. 6. Rati habitationē retro trahi & mādato nō est dubium comparari. Secundo facit. c. Lugdunēsis. 9. q. 2. quod habet Sanctum Epiphanium ordine insigniuisse quosdā clericos dicecēsis Iohānis Chrysoctomi, quod nulla ratioē saluari potest, nisi quia id fecit pro comperto habens illud Iohanni viro pientissimo & sibi amicissimo placitum & gratum fore. Facit & tertio, q̄ reconciliatio ecclesiæ ab eo, qui eam facere non poterat, facta & ita nulla ratificari potest. c. Aqua. de cōsecratione ecclesiæ.

Hunc tamen casum valido argumento reiicit Palud. nempe illo, q̄ f 103 sacramentum a principio nullum per nullam ratificationem etiam Papæ potest esse validum. Quoniam, cum sacramenta iure sint diuino constituta, vt cōmunis in Quarto. d. 1. cōcludit, & sua peculiari materia & for- 104 ma consent, non possunt sine illis consistere. Et neq̄ Papa in alia materia & forma. conficere illa potest, quam in ea, quæ est a Seruatore instituta. Cum item de substantia sacramenti huius sit minister, qui est sacerdos iurisdictionem habens actualem iuxta concilium Florentinum & Eugēnii decretum in eo constitutum in. §. Quartum est. sequitur absolutionem sacramētalē a ministro, qui iurisdictionē in actu nō haberet, esse nullam, & per cōsecutionem, neq̄ per Papam ratificari posse. Tam longe abest, vt ab alio simplici parochio ratū haberi valeat. Paludanum sequutus est Antoninus. At Prieras eruditione non vulgari in hac re conciliat eos ita in 105 verb. Confessor. 1. q. 6. col. 2. vt quod Paludanus cum suis ait intelligatur, quando sacerdos pœnitentem absoluit spe ratificationis futuræ, puta, si parochio proprio id placuerit: Hostiensis vero dictum procedat, quando spem ponit in ratificatiōe presenti. s. quod sacerdos ille alienus putat proprium contentum esse illo tempore, quo ipse parochianum eius absoluit. Ego semper magni feci hanc concordiam, quæ tamen difficile ab auditoribus meis intelligebatur, neq̄ ipse satis explicare possum, nisi reducam?

eam

ad eum casum, qui exprimitur in textu. s. quando parochianus consentit intelligendo textum de consensu tam expresso & formali, quam tacito & æquipollenti. Verbi gratia: sunt duo sacerdotes, quorum alter est meus parochus, alter vero parochus satis, vel fama, vel consuetudine cognitus & ita illi affectus, ut tantum, vel plus ei placeat saltē tacite, quā illi alieno confitear, quā sibi. Si ergo ego tali confessus fuero, tenebit confessio non propter ratificationem futuram, sed præsentem. Vel certe clarius dici potest confessio alieno parochus in prædicto casu facta valere propter licentiā parochi mei non expressam, sed tacitam. Facit, quod superius diximus sacerdotes omnes sibi mutuo confiteri: non tam ob consuetudinem, quæ det confessarium deligendi facultatem, quam ob licentiā prælatorum & parochorum tacitā. Facit, quod etiam supra scripsimus, peregrinos, si peregrinationis insignibus de manu parochorum desumptis cum eorum licentiā peregrinentur, posse in peregrinatione confessarios eligere. Quia tacitam videntur ad id accepisse licentiā. Sic igitur & qui confitetur tali sacerdoti alieno, cui eū confiteri proprius tacite, vel expresse vellet, valide dicitur confiteri. Quia & si non expresse certe tacite ad id videtur ei facta facultas.

### IN GLOSSAM PRIMAM.

106 **H**A Ec glossa ponit super verbo, prius, priori loco positus sed debet poni super verbo, prius, quod secundo loco in textu ponitur. Ex qua iuncto textu videntur colligi duo: alterum est eum, qui vult alieno sacerdoti confiteri, debere illū fateri prius proprio parochus, deinde alieno. Alterum, quod ex hoc subinfertur, est posse quem lege Canonica ad bis eadem peccata confitendum astringi. **H**orum prius falsum est primo, quia nullo iure id cauetur, & quod non est sanctorum patrum decreto sancitum, superstitiosis adinventionibus non est præsumendum. c. 2. de transl. prelat. & 2. q. 5. Consuluit. Secundo, quia totius ecclesiæ consuetudo est huic conclusioni contraria. At consuetudo est optima legum interpret. c. Cum dilectus. de consuetud. l. Minime. ff. de leg.

Non obstat gl. quippe, quæ textu decepta hoc dixit. Non item textus: Quia non est illius sensus is, quem gl. iudicat: Sed, quia ut plurimum ignorantia parochi deprehenditur ex confessione illi prius facta & ex absolutione & aliis ab eo acceptis, ut factis & dictis. Et ita illa verba: Nisi pro ignorantia illius, cui prius confessus est, significant nisi pro ignorantia parochi, quæ, ut plurimum ex confessione prius ei facta deprehenditur. Facit ad hoc, quia vulgus tunc demum, ut plurimum, ait: O quam dexter confessarius est ille & quam ineptus ille, cum iam experimento didicit unius peritiam & alterius imperitiam.

Alterū

Alterum vero, quia sentit. gl. posse quæ humana lege obstringi ad eadē peccata bis confitenda videtur confirmari ex eo, quia quis vero se ad id obligare potest. Quoniam res de se bona & laude digna est. c. Quem poenitet. col. 2. supra dist. 1. limitando eo modo, quo supra in. c. Falsas. dist. 5. est dictum in. 11. confessionis conditione. Secundo confirmatur, quod omnes saltem semel in anno tenentur proprio parochus confiteri. c. Omnis. de poenitent. etiam si alii confiteantur intra annum. Quod sentit. Archid. hic in vers. Et consulo. & c. Facit. gl. 6. c. Omnis. quæ sentit eum, qui confessus est habentibus facultatem audiendi parochianos alienos, teneri ad confitendum iterum parochus. Quam. Io. And. Panor. & alii limitant non procedere in his, qui confitentur fratribus medicantibus. Qui per hoc videntur velle eos, qui aliis confitentur, teneri ad confitendum iterum parochus, etiam si alia peccata non admiserint. Ergo debent confiteri eadem, quæ aliis confessi fuerint: & ita lege humana eadem peccata quis bis tenetur confiteri. Tertio facit textus ling. & paucis cognitus in extrauagant. Vices. de treug. & pace. quæ habet mendicantes religiosos non debere prædicare, quod parochiani non tenentur, saltem in Paschate proprio confiteri sacerdoti. Quia de iure tenetur parochianus, saltem in Paschate, proprio confiteri sacerdoti. In quibus verbis audis mendicantes male agere concionando parochianum, non teneri saltē in Paschate proprio sacerdoti confiteri. Audis item illa verba: Quia de iure parochianus tenetur proprio sacerdoti confiteri saltem in Paschate. Et ita sentit ibi Sixtus eum, qui fratribus confitetur, teneri iterum in Paschate suis parochis confiteri.

Quarto facit, quia statutum est inter Cistercienses monachos ut omnes semel in anno suis abbatibus confiteantur ea, quæ aliis confessariis, etiam sui ordinis a superioribus deputatis, prius confessi essent & ab iisdem absoluti. Quod statutum seruandū esse affirmat & concedit Maior in Quarto. d. 17. q. 6. vbi etiam testatur quendam fratrem Iohannem Angeli predicasse Tornaci aliquot propositiones: & in his, quia Parochianus confessus fratribus mendicantibus satis facit Decretali Omnis vtriusque. nec tenetur confiteri proprio parochus semel in anno, nec ab eo facultatem petere. Et, cum variæ illius viri propositiones ad facultatem Parisiensem mitterentur aut approbandæ, aut castigandæ, sic predictam moderata est & qualificauit facultas: Hæc propositio scandalosa est & iuri contraria & pro subditorum ad prælatos debita obedientia & reuerentia publice reuocanda. Vbi etiam subdit Martinum quintum in quadam extrauaganti, quæ incipit: Ad verberes fructus. simile dixisse.

Quinto facit Clemē. Ne in agro. §. Sane. de statu monacho. qua monachi ad confitenda peccata sua semel in mense iubentur. Per quæ Caiet. asseruit tomo. 2. de confess. q. 1. monachos, etiam nulla mortalia, quæ confiteantur.

teatur

teantur habētes ad id teneri & oportere illos eo casu venialia confiteri, vel mortalia pridem detecta confessario. Sicut igitur nemo tenetur venialia confiteri, si ius diuinum tantum attendas, si tamē humanum tenetur: sequitur pari ratione teneri nos posse iure humano ad bis eadem confitendum, Quamuis iure diuino ad id minime teneamur. Hanc opinionem tenet Maior in illa. q. 6. & sentire videtur Tomasa Vio in illa. q. 1.

Sexto facit extrauagans Inter cunctas. Iohā. 2. 2. in. §. Cæterum. de priuileg. qui singulis & paucis notus habet monendos esse fratres, vt in suis concionibus populum exhortetur, quo suis parochis saltem semel in anno confiteatur, asserendo id ad animarū profectū procul dubio pertinere.

111 Histamen nō obstantibus contrarium arbitror verius. s. neminem sine suo consensu ab homine aliquo quantalibet iurisdictione illustri obligari posse ad confitendum iterum peccata, quæ legitime confessus est & ab eis absolutus. Hanc cōclusionem affirmat Gerson vir omnium cōsensu pius iuxta ac doctus in lectione. 2. super Marcum. Hoc Paludanus in Quarto. d. 17. q. 5. col. 2, & Iacobus ibidem. col. 14. quæ est pen. Dionysius item, quē ibi citant Maior & Iacobus. Idem tenet etiam Adrianus de confessio. q. 5. col. 3. Pro qua facit primo q. ecclesia non obligat ad nimis difficile, argumēto. c. Tua. de iureiur. facit. c. Alligat. 26. q. 7. Sed hoc esset valde difficile: ergo. Secūdo facit extrauagās Vaselectionis. de hæret. Iohannis. 22.

114 quæ continet tria illa dicta Iohannis Paliaci hæretica esse. Quorū primum erat, q. confessus fratribus tenetur eadem peccata proprio sacerdoti confiteri. Secundum, quod stante statuto. c. Omnis vtriusq. sexus. &c. nō potest summus Pontifex facere, vt parochiani nō teneatur confiteri proprio sacerdoti, seu parcho ecclesiæ, imo nec Deus, imo implicat contradictionem. Tertium, quod Papa non potest dare licentiam, siue facultatē audiendi confessionem, imo nec Deus, quin confessus habenti generalem licentiam teneatur eadem peccata iterum proprio parcho fateri.

Sed responderi posset illā extrauagantē nō ad rem nostram pertinere. Quia ille Iohannes aiebat confessionem huiusmodi fratribus factam non esse legitimam, & ideo iterandam. Nos autē de legitima confessione similiq. absolute loquimur. Replicari tamē posset: qd post oīa prædicta continentur ibi verba sequētia. s. Quod illi, qui prædictis fratribus confitent, nō magis teneant eadē peccata iterum confiteri, q. si ea alias cōfessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta concilium generale. At nemo vnquam dixit confessum parcho teneri posse ad iterum alteri confitendum ea, de quibus ab eo fuit absolutus. ergo propositum. Facit quod etiam ipse Maior, qui maxime contēdit contrarium defendere, non audet affirmare hoc statui posse, quoad totum populum: sed solum. quoad religiosos. Postremo facit extrauagās illa. Inter cūctas. §. Cæterum. de priuileg. q. habet eorundē

eorundē peccatorum confessionem non esse de necessitate iterandam.

Dixi in conclusione sine suo consensu. Nam voto ad id obligari posset Verbi gratia: Si quis ad euitādum aliquod peccatum voueret se, quoties id admitteret, bis confessurum. Si etiā ei hoc præciperetur pro pœnitētia & eam acceptaret iuxta ea, quæ dicta fuerunt in. c. Contrarium. supra. d. c.

Non obstant in contrariū adducta. Non primū, quia cōcedimus posse quem se ad id obligare voto. Sed nō infertur ex eō lege vlla hominum ad id astringi posse. Quem admodum & quis obligare se potest ad castitatem & virginitatem seruandam, non tamen humana lege ad id obstringi. capit. Integritas. 3. q. 1. Quia vt ibi Ambrosius ait, res magis voti, quam præcepti est.

Ad secundū nego iuxta iura omniū cōmuniā eum, qui semel aliqua peccata legitime confessus est & ab illis legitime absolutus, teneri amplius eadem illa confiteri, siue illa suo parcho fuerit cōfessus, siue fratribus, siue aliis quibuslibet, neq. vllō textu, neq. vlla, quæ vrgeat, ratione id probari potest. Nam Archidiaconus hic non ait id esse necessarium, sed contulit. Et qua facilitate id sentiret, quod tamen non facit, eadem ab eo discedi posset Gl. vero. 6. illius. c. Omnis. non tenet neq. sentit id, quod multi putant. s. confessum legitime aliis teneri ad confitendum iterum parcho: sed quod nemo sine licentia parochi confiteri potest fratribus, vel aliis habentibus licentiam audiendi aliorum confessiones. Et ideo si quis ei confiteretur, quia illa confessio esset illegitima & etiam, quæ illam consequeretur absolutio, talem confessionem esse iterandam. Quod ipsum etiam. Iohānes And. Panorm. & omnes alii senserunt. Ex quo tamen nil contra nostram conclusionem infertur.

Ad tertium respondeo extrauagantem illam Vices. de treug. & pœnitent. nil aliud probare, quam. c. Omnis. de pœnitent. & ita concedo teneri eos iure cōmuni ad proprio sacerdoti confitendum intelligendo illud eodem modo, quo capit. Omnis. intelligendum est. Illius nāq. pars sunt prædicta verba, quæ Sixtus in illa extrauagant. refert. At illud. c. Omnis. qua parte habet, vt omnis vtriusq. sexus. &c. semel in anno confiteatur proprio sacerdoti. debet intelligi de sacerdote, qui potestatem habet eum a peccatis absolueri, vel de parcho: sed cum additione, vt textus paulo post aperit, videlicet, nisi de ipsius consensu confiteatur alteri, vt etiam in nostro textu est. Et rursus hoc, quod dicitur: Nisi de consensu parochi. suppleendum: vel de ipsius parochi, seu proprii sacerdotis superioris licētia per ea, quæ mox in gl. sequenti dicemus perscrutādo, quis sit proprius sacerdos, & quot sunt, vbi magis, quoad hoc explanabimus. c. prædictum. Omnis.

Ad quartum respondeo Dionysium ordinis & sodalitii Cisterciensis, quē ipse nō vidit, sed a Maiore & Iacobo in illa. q. 17. locis supradictis referē.



inuentum fuisse ob hoc statutum in suos praelatos, qui subditos aliis ordinis ipsius confessariis semel confessos iterum sibi eadem peccata confiteri cogebant. Cuius si opinionem cum predicto Iacobo sequamur, facile fuerit negare id in sodalitate ipsius statui posse. At ipse memini me in illius ordinis privilegiis nuper legere id statutum a duobus Romanis Pontificibus confirmatum fuisse. Ideo dicendum videtur primo satis certe dura & vti-  
nam non plus satis esse illam legem. Deinde dico illam, nisi verba palam repugnent, intelligendam esse de his, qui aliis quam sui ordinis confessariis confitentur. Quia tamen arbitror huic moderationi verba illius statuti repugnatura, dico tertio id euenire propter ipsorum monachorum consensum expressum & explicitum, vel implicitum & tacitum. Quoniam, qui ordinem illum profitentur, tacite videntur se velle subicere omnibus ordinis statutis, ideo tacite saltem consentire videntur se sua peccata bis confessuros. Sicut qui se ordine sacro initiari permittit, tacite se ad castitatem seruandam obligat: siue id votum appellemus tacitum cum aliis, vel legis obligationem ex illo consensu tacito resiliens cum aliis iuxta varias, quae in hoc versantur, opiniones relatas per gl. c. De illo. 32. dist.

Ego vero, si tanta essem apud illius ordinis abbates autoritate, quanta me scio esse ac fuisse erga illorum plerisque obseruata & pietate, pro virili conaret, ut talia statuta, quae nostra aetate magis nocere, quam prodesse arbitror, vel penitus abrogarent, quod videtur utilius, aut certe, ut illis derogarent, quoad eos, qui de suorum superiorum licentia aliis confiterentur: Quando nemo vnquam dixit de licentia parochi alteri confessum debere iterum ipsi parochi confiteri. Facit, quod Thomas in Quarto dist. 17. q. 3. art. 3. q. 4. Ad sextum in haec verba dixit: Peccaret sacerdos, si non esset facilis ad praebendam licentiam confitendi alteri. Quia multi sunt adeo infirmi quod potius sine confessione morerentur, quam tali sacerdoti confiterentur. Vnde illi, qui sunt nimis solliciti, ut conscientias subditorum per confessionem sciatur, multis laqueum damnationis iniiciunt, & consequenter sibi ipsis. Hactenus ille.

Ad illud vero quod tangitur de reuocatione & palinodia fratris Iohannis Angeli respondendum censet Maior in illa. d. 6. col. 3. quod quilibet quilibet legitime alteri, quam parochi confessus tenetur illi confiteri, hoc est, facere de confessione alteri facta fide. Quod (inquit) laxato vocabulo confessio dici potest. Haec tamen interpretatio, quam sit a mente illius fratris & iurium, quibus ille nitebatur aliena, nemo non videt. Ideo respondeo conclusionem illius fratris sine alia suppletionem falsam esse & dignam, quae reuocetur & contradictoria illius, quam illud. c. Omnis. continet. Conclusio enim illius & propositio ex tribus partibus copulatur, quarum duae sunt falsae. Est enim illa: parochianus confessus fratribus mendicantibus satisfacit decretali.

Ois

Omnis vtriusque neque tenetur confiteri proprio parochi semel in anno, nec ab illo facultatem petere. Et constat has duas postremas falsas esse, si nihil aliud addideris.

Ad quintum autem respondeo negando primo hanc illationem: statui potest, ut quis confiteri teneatur sola venialia. ergo etiam constitui potest, ut quis bis mortalia confiteatur. Quis enim non videt, quanto durius est bis mortalia & omnia confiteri, quam venialia, & eorum ea, quae volueris tantum: Quod enim subtiliter Thomas a Vio annotauit illa Cle. Ne in agro. §. Sanc. non habet, ut monachi sua omnia peccata confiteantur semel in mense, ut illud. c. Omnis. sed solum habet, ut semel in mense ad confessionem accedant & ita, ut confiteantur mortalia omnia, si habent aliqua, & si talia non habent, venialia, quae voluerint. Nam in confessio est neminem teneri imo neque obligari posse ad omnia venialia confitenda iuxta illud: Delicta quis intelliget? Psalmo. 18.

Ad postremum respondeo. §. illum. Caterum solum probare utile quidem esse peccata eadem bis confiteri, non tamen necesse: quod & nos confitemur.

## IN GLOSSA SECVNDA.

HAEC glossa in meo libro vitata est in verbo ab illo, quod positum est in ea pro verbo ab alio. Ex hac. gl. iuncta textui & iuncto. c. Omnis. de poenitent. colligo idem significari per sacerdotem, cui aliquis commissus est, & per sacerdotem proprium. Nam haec verba: cui se commisit. exponit haec. gl. per illam: cuius parochianus est. & sacerdos ille dicitur proprius, qui est praefectus parochiae iuxta. c. illud Omnis.

Contra quam tamen conclusionem facit primo, quod secundum Hostiensem & omnes in illo. c. Omnis. quilibet CHRISTIANVS habet saltem tres proprios sacerdotes: parochum de cuius est parochia, episcopum, de cuius est diocesi, & Papam, ubicumque ille sit. Quia est Pontifex non solum urbis, sed etiam orbis. Quae tamen doctrina, quamuis nemo id animaduertat, intelligenda est primo extra episcopatum Romanum, illam (inquam) diocesim, cui Papa solus & nullus alius episcopus praest. In ea enim diocesi non est vllus alius episcopus, neque praelatus, qui quasi episcopalem habeat iurisdictionem praeter Papam. Et ita ibi non concurrunt tres praedicti. Item, quod nemo aduerterit, intelligendum est secundo illud verbum episcopum, vel quasi episcopum praelatum. scilicet aliquem, qui habet super eum iurisdictionem quasi episcopalem. Quorum de numero sunt omnes monachi & alii, qui subiciuntur non episcopis vllis, sed aliis praelatis, qui vel immediate Romano Pontifici subsunt, aut mediantibus aliis praelatis, qui tamen non sunt vllii episcopi,

episcopi, vt in his Lusitaniæ Castellæq; regnis sunt omnes, qui ordinibus militaribus CHRISTI. S. Iohannis. S. Iacobi & alio id genus cognomento dicuntur, subiecti. Tertio excipiendus est ab hac vniuersali ipsemet Papa, qui neminem habet superiorem, nisi quæ ipse delegerit cap. Nemo. cum gl. & c. Aliorum. 9. q. 2. Cum igitur verum sit, quælibet CHRISTIANUM, vt plurimum saltem, tres habere proprios sacerdotes, non tamen nisi vnum, cui commissus est: sequitur conclusionem ex gl. excerptam falsam esse. Secundo contra conclusionem hanc allego illud comuniter receptum ex Pan. & aliis in. c. Omnis. col. 2. de pœnit. & latius ex multis versiculis Hostiensis in summa de pœnitent. §. Cui confitendum. & aliquid ex Cardin. in Clement. Dudum. de sepult. vers. Si vero. ex Paluda. in illa dist. 17. q. 3. & seq. quod multo plures, quam tres sūt proprii sacerdotes: primus Papa in toto mundo, secundus legatus in sua prouincia, tertius pœnitentiarius Papæ & legati in sua prouincia, quartus archiepiscopus, dum visitat prouinciã est proprius sacerdos subditorum suorum suffraganeorum & eos absoluere potest cap. Nostro. de pœnit. & remiss. quintus episcopus in tota sua dicecesi, sextus archipresbyter ecclesiæ cathedralis, septimus vicarius generalis episcopi. Isti enim possunt audire omnes in dicecesi arg. l. Cum prator. ff. de iudic. & c. Officium. de off. archid. Octauus presbyter parochialis in tota sua parochia, nonus vicarius prælatorum, decimus omnes habentes licentiam ab aliquo prædictorum, vnde decimus sacerdos ille, qui eligitur a Papa in ipsius confessorium, & qui ab episcopis, archiepiscopis, patriarchis, cardinalibus, & similibus prælatis episcopis, superioribus & etiam ab inferioribus prælatis, dummodo sint exēpti, vt patet in. c. fin. de pœnit. & remiss. Quod postremum est verum, si tria in his, qui nō sunt episcopi, vel superiores concurrant. s. quod eiusmodi eligens sit prælatus & exemptus a iurisdictione ordinaria & immediate Papæ iubeat. Quod post Paludanum omnes probarunt & probatur in illo. c. fin. de pœnit. quamuis Pan. ibi tertium non meminerit.

Ad hæc duo argumenta contra conclusionem ex glossa erutam facta respondeo omnia, quæ assumuntur in argumentis, esse vera limitando ea illo modo, quo in illis sunt limitata. Sed ex illis nil sequitur contra conclusionem ex gl. excerptam. Debet enim intelligi de sacerdote proprio idest ordinario, siue speciali, siue generali, & de sacerdote, cui aliquis secundum potestatem ordinariam, siue generaliter, siue specialiter committitur.

Pro cuius declaratione anotandum est primo, si ponderetur virtus vocabuli propria, vt dicatur proprius, qui solus & nullus alius, vel quia istius & non alterius, neutro modo potest accipi in illo cap. Quia plures ex æquo possunt præfici vni parochiæ & vnus ex æquo absoluit omnes suos, imo de facto multi ex æquo habent potestatem absoluendi eosdem, vt duo

vt duo argumenta prædicta probant. Et ita nulli fere habent proprios sacerdotes. Ideo secundum Bonauenturam in illa dist. 17. art. 5. q. 2. tres sunt significationes huius nominis sacerdotis. Cui satis concordant Scotus & Richardus eadē dist. artic. 3. q. 1. Accipitur enim comunissime, comuniter & proprie. Comunissime proprius sacerdos dicitur quicumque potest confiteri absoluere siue propria potestate, siue commissa: & siue commissio fiat ab homine, siue a iure, vt sunt delegati a iure. c. Ad abolendum. de hæretic. c. Irrefragabili. de off. ordin. Et hoc modo eiusdem confitentis sunt multi proprii sacerdotes tam ordinarii, quam commissarii vices eorum habentes. s. Papa, episcopus, sacerdos, parochus & eorum commissarii. Comuniter autem dicitur proprius sacerdos ordinarius, idest, qui propria autoritate, vel officio, tanquam prælatus ordinarius, potest absoluere: vt Papa omnium fidelium, episcopus omnium dicecesanorum, sacerdos parochianus omnium suorum parochianorum. Proprie autem dicitur sacerdos, cui commissæ est specialis cura in certa parochia, qui administrat sacramenta populo suo, quæ habet in ecclesia.

Secundo anotandum est, quod illa Decretalis, quoad propositum sufficit, tres partes habet, secundum Guillelmum Ockam in eo libello, cuius caput est. Datus in soci. Prima est hæc: Omnis vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenierit, omnia sua solius peccata, saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio sacerdoti & iniunctam sibi pœnitentiã propriis viribus studeat adimplere suscipiens reuerenter in Pascha eucharistiæ sacramentum. Hæc pars habet vim præcepti. Quia materia est tam necessaria & salubris. Nam sine statuto quilibet tenetur confiteri ex lege diuina, vt supradictum est. Et per statutum ecclesiæ solum limitatur tempus, intra quod quis debet confiteri. Secunda pars est, si quis alieno sacerdoti voluerit iusta de causa confiteri peccata, licentiam postulet & obtineat a proprio sacerdote. Et hæc est dispensatiua siue relaxatiua primæ partis. Quia casum ponit, in quo non ligat prima pars in quo. s. dispensatur super prima parte. Et per hoc implens secundam partem non tenetur implere primam.

Ex quo sequitur præceptum siue statutum de confessione semel in anno facienda proprio sacerdoti esse disiunctiuum. s. vt fiat proprio sacerdoti, vel de licentia proprii sacerdotis alteri.

Tertia pars, que est clausula adiecta secundæ parti. s. cum aliter ipse. s. alienus sacerdos illum non possit absoluere, vel ligare. Hæc est pars diffinitiuam diffiniens, quod licentia proprii sacerdotis sit necessaria & sufficiens ad hoc, quod alienus possit absoluere. Tertio anotandum quod secundum Bonauenturam & Paludanum qui videntur vt plurimum recepti, illa vox proprius sacerdos non potest in eo. c. capi vniuoce. Nam in prima de necessitate capienda videtur prout complectitur tam ordinarium, quam commissarium. Alioquin prima pars esset

falsa. s. q. quiuis fidelis teneatur proprio sacerdoti semel in anno confiteri. Quoniam sufficit, vt confiteatur proprio sacerdoti, vel ipsius delegato. Sed in secunda parte non potest capi proprius sacerdos, nisi pro ordinario. Nam habetur in illa: Quod si alieno voluerit confiteri, petat a proprio licentiam. Quia non sufficit eam petere a commissario: alias fratres mendicantes haberent potestatem committendi, quod est falsum. Insuper, si habeat licentiam a proprio, ille quem virtute illius licentiae delegero, non erit alienus, sed proprius. Ergo videtur, q. proprius sacerdos in isto capitulo in prima & secunda partibus capiatur æquiuoce.

135 Contra tamen hunc intelligendi modum facit, q. lex debet esse clara. Erit autem lex. 4. dist. c. fin. de constitut. Et æquiuocatio mater est erroris. In ambiguo, & quod ibi Bart. annotauit. ff. de rebus dub. Secundo facit, quod intelligendo sic primam partem secunda esset superflua. Quia, qui de parochi licentia confessionem audit, sacerdos est proprius secundum illam significationem. Quoniam potestatem habet audiendi & absoluendi.

136 Quarto annotandum aptius esse dicere, q. in quavis istarum partium capitur proprius sacerdos vniuoce pro habente ordinariam potestatem iure communi. Et pro solutione contrarii dici potest præceptum illius. c. Omnis esse disiunctiuum. Nam hæc pars. Cum ad a. nos discretionis peruenerit, solus sua peccata proprio sacerdoti confiteatur. non sola est præceptum, sed sub disiunctione coniuncta secundæ. s. q. si voluerit alieno confiteri petat licentiam a proprio. Ergo illud præceptum in illo cap. est disiunctum ita, vt sufficiat ad implere primam partem, vel secundam. Nam confitendo ordinario adimplet primam partem & confitendo commissario, adimplet secundam. Papa enim & episcopus & parochus sunt tres ordinarii respectu penitentis, & ita proprius in quavis illarum partium valet tantum, sicut ordinarius. Ordinarius (in q.) qui iure communi ordinario sine alterius licentia & electione habet actu iurisdictionem in conscientiarum foro & confessionem audire potest. Hoc addiderim. Quoniam, quod demiror neminem aduertisse, quilibet sacerdos ordinariam habet in absoluendo a peccatis potestatem. Neque vllus absoluit tanquam delegatus proprie. sumendo delegatum per ea, quæ ex Palud. & aliis adduxi supra eo. cap. n. 47. 48. 50. 51. 52. & 53. Et per licentiam parochi proprii nullam alienus suscipit iurisdictionem, sed solum illam exercendi materiam, vt in prædictis locis dictum fuit. Itaque proprius in illo cap. non pro quolibet ordinario, sed pro ordinario, vt supra dicitur, qualificato accipitur.

Ex quo inferri potest intellectus verborum in concilio Florentino in decreto Eugenii. §. Quartum est. positorum. s. minister sacramenti penitentiarum est sacerdos auctoritatem absoluendi habens ordinariam, vel ex commissione superioris. Illud enim verbum: ex commissione. accipi debet pro licentia & facultate id faciendi, & non pro iurisdictionis, vel potestatis absoluendi translatione.

Prima

## IN GLOSSAM TERTIAM.

**P**rima pars huius glossæ allegat: secunda ibi. Sed nunquid. querit & soluit. tertia ibi. Sed nunquid, iterum querit & soluit & infert.

138 Ex prima parte glossæ colligitur posse quemlibet sine parochi licentia confiteri, quando ignorans est ille. Pro qua conclusione videtur hic text. irrefragabilis. In eo enim dicitur nullum sacerdotem alterius parochiani confessionem audire posse sine consensu proprii parochi, nisi propter ipsius ignorantiam. Ergo, quando is est ignorans, non est necessarius eius consensus. Facit & §. præcedens, in quo ait Gratianus posse parochianum deligere confessarium sibi, quem maluerit, quando parochus est cæcus, siue ignorans.

139 Contra tamen hanc conclusionem videtur casus in illo. c. Omnis. quod habet eum, qui iusta de causa vult alii confiteri, debere prius petere & obtinere licentiam a proprio sacerdote. Secundo facit, q. si mortuo, vel excōmunicato proprio parochi non posset quis alteri sine licentia confiteri. Quia id nullo iure permissum videtur. Quod affirmat & Palud. in illa dist. 17. q. 3. Ergo neque ipso, quæ oportet, ignorante. Tertio facit, q. culpa, vel negligentia inferioris non tollit ius collegæ, vel superioris. c. Cum in cunctis §. fin. de elect. c. 2. de concess. præbend. Ergo licet parochus propter ignorantiam, vel aliam causam fiat ad confessionem audiendam in habilis, non propterea ius suum perdit episcopus, vel alius illius superior, vel collega. Nam & ab omnibus receptum est eum, cui collata est parochialis, si nondum est sacrificus, audire quidem confessionem non posse: facultatem tamen, quod ab aliis audiatur & posse & debere suis parochianis facere argumeto. cap. Suffraganeis. de electio.

140 Respondeo primo ad hæc ex mente Host. in illo. c. Omnis. quem videtur sequi Antonius. col. 6. & Collectarius. 10. f. cap. nostrum procedere, quando neque obtineri potest a proprio sacerdote licentia, neque alius superior, qui hoc concederet, possit sine periculo adiri. Tunc enim alieno sacerdoti parochianus confiteri valeret.

141 Contra quam responsionem facit primo, q. cap. hoc nimium restringitur. Secundo, q. clare innuitur in eo, sine vlllo consensu parochi, quando ille ignorantia laborat, posse alteri confiteri. Tertio, q. innuunt superiores posse hanc licentiam, quam parochus negat, concedere: cum tamen regula sit superiorem posse compellere inferiorem, vt quod facere tenetur, faciat, non autem, quod ille facere debebat, conficere secundum Io. Andr. Cardin. & Panor. in c. Pastoralis. de offic. ordin. super gloss. 2. & in c. Si quis contra. de for. compet. Hoc tamen tertium parum me moueret. Quia primo videtur illi respondere Antonius in illa col. 6. intelligendo, q. superior debet parochum compellere, vt det licentiam, non autem ipse dare. Secundo

v. iiii. quod

quod doctius sensit Collectarius in illa col. 1. quod superior mediatus, qualis est archiepiscopus respectu subditorum suffraganei cōpellere tantū regulariter potest: immediatus vero, quales sunt episcopus & Papa respectu suorum subditorum, & compellere & efficere, quod ipsi effecisse debebāt. Duæ tamē priores considerationes satis videntur impugnare solutionem Hostiensis prædictam, quæ tamen in se videtur vera.

Quare aliter & secundo responderi posset ex mente Pan. in illo. c. Omnis. n. 17. quem videtur sequi Adrianus de confessio. post quæst. c. dubio. 3. col. 2. sub finem. s. quod licentia sit petenda & obtinenda, si fieri potest, ut ibi dicitur: Si autem obtineri non potest, confessio fieri alteri poterit, ut hic scribitur.

Contra tamen hunc intelligendi modum facit primo, quod secundum illū verbum obtineat in illa decretali positum nil in effectu operaretur. Secundo, quod hoc cap. innuit neque obtinendam, neque petendam esse licentiam, quando propter ignorantiam parochi ab eo receditur. Hoc enim capit. habet sacerdotem alienum posse audire confessiones alterius, sine ipsius parochi consensu pro ignorantia illius, cui prius cōfessus est. Et ita potestatem audiendi confessionem non fundat in petita, neque obtenta licentia, sed in sola illius ignorantia.

144 Quamobrem tertio respōdeo illam decretalem posteriorem per hanc priorem limitari ex eaque constitui regulam, scilicet, parochianum, etiam iusta de causa, non posse alieno sacerdoti regulariter cōfiteri, nisi ab eo petita licentia. Sed eam regulam illius. cap. per exceptionem huius limitari, quando quis ob ignorantiam parochi, cui prius cōfessus fuit, ab eo discedit. Ratio autem limitandi sit, quod causa illa, qua parochianus a tali recedit parochi, in culpa eius fundatur. Et ita scire debet iustam esse illi causam ab eo discedendi.

145 Ex quo infertur idem esse, quādo ideo ab illo discederet, quia eius cōfessionem reuelavit, vel alias eum ad malum incitavit. Quoniam hæ omnes causæ in eius culpa fundantur. Quem intellectum tenuerūt quidam, quos refert & videtur sequi Paludan. in Quarto. d. 17. q. 3. col. 7. & in dist. 16. q. 3. sub finem.

Contra tamen hunc intellectum facit, quod nimium enervatur illa decretalis, & quod datur occasio omnibus a suis parochis facile discedendi: præsertim tenendo, quod. gl. tenet in secunda parte, credendum esse parochiano super iusta causa confitendi alteri. Quarto igitur respondeo tempore huius. cap. non fuisse necessarium nec peti, nec obtineri licentiam, quando pro ignorantia, vel alia causa, quæ de parochi culpa manaret, is omittebatur

146 Hodie autem, etiam in hoc casu oportere peti, licet non obtineri, per illud. c. Omnis. ut hoc cap. non corrigatur & illud sit efficax. Dicēdo enim,

bona quod

quod dicimus, hoc. cap. manet incorrectum. Quia non est necessarius parochi consensus, ut in eo dicitur, et illud cap. qua parte huic non obuiat. i. quoad petitionem licentiæ, manet efficax. Et ita ille Panormitæ intellectus non est omnino explodendus, sed amplectendus, quando parochianus ob causam de parochi culpa manantem petit licentiam, quia non potest eam obtinere. Est autem relinquendus, quatenus Pan. sentiebat omni de causa iusta id esse faciendum. Pro intellectu hoc facit F. l. Sed & posteriores. ff. de leg. & gl. in l. Sciendū. ff. qui satis dare cogantur & gl. in authent. Offeratur. C. delitis contestat. in quantum illæ asserunt authent. illam Offeratur. multo posteriorē limitari & restringi per. l. illam antiquā Sciendum.

149 Ex quibus infertur ratione fortiori eum, qui sine iusta causa voluerit alieno sacerdoti cōfiteri, licentiā petere debere & obtinere. Id autem anōtatu dignum reperio apud quosdam erubescētiā non esse causam iustā, quo quis suo parochi non confiteatur. Quia, quo plus verecundiæ patitur, eo plus satisfacit. c. Quem pœnitet. col. 2. supra. d. 1. & vna de conditionibus bonæ confessioni necessariis verecundia est, ut proxima. d. in. c. Falsas diximus. Hoc tamen limitandum arbitrari, quando illa erubescētia tāta est, ut pœnitens vereat, ne se in periculo tacendi aliquod peccatū, vel aliq̄ eius circumstantiā necessario cōfiteandā cōstituat. Tunc enim iustā esse causam arbitrari iuxta illud: Qui amat periculū bibit in illo. Ecclesiastici. 3.)

150 Secundo infertur facilem ac misericordem esse debere parochum in eiusmodi licentiā cōcedenda. Quod tenet Thomas & cōmunis in Quarto. d. 17. Quia primo, si petitam non concesserit, poterit tamen multis casibus alii confiteri. quod supradiximus. Secundo, quia ut ait Thomas in illa. d. q. 3. art. 3. q. 4. Ad sextum. & in libro contra impugnantes religionem. c. 4. quamvis ex tali licentiā nonnulla mali occasio nascatur, per eam tamen multo maioribus malis occurritur. Quæ verba cum aliis retuli etiā supra eod. capit. ad aliud propositum. n. 119. Tertio facit, quod aliqui non solum erubescūt suis parochis cōfiteri, sed etiam aliis. Quin & verecundantur alios suis parochis id scientibus adire. Vnde & quādoque in habitu vadunt simulato, ut Palud. in Quarto. d. 17. q. 6. sub finem testatur.

153 Infertur & tertio f. toties parochum teneri ad confessiones parochianorum audiendas quoties illi confiteri velint, nisi per hoc a magis, vel æque necessariis curæ oneribus auccentur, vel probabili eis ratione, seu coniectura cōstet, quod non expedit illos tam frequēter audire. Per quod proximis diebus respōsū fuit obligatos fuisse parochos ad audiendas cōfessiones, quæ ad cōsequendā indulgentiā Iobilarū p̄xime lapsi necessariæ faciendæ fuerūt. Et hanc partē tenet Adrianus de cōfess. 8. dubio post. q. 5. Pro corollario facit primo, quod quotiescunq; vult peccator ad Dominū conuerti & a peccato recedere, paratus est Dominus in gratiā eum recipere. Ezechiel. 18. &

Bonus

Bonus namq; est omnibus & aperta sunt viscera eius omni homini petenti  
 147 q. 7. Si quis omnē. Sed in ministerio sacramentorū parochus est CHRIS-  
 TUS vicarius & eius vices gerit. Ergo, quoties subdit⁹ voluerit, tenet illū  
 audire & sacramentum pœnitentię ministrare. Illatio tenet ex eo, quod ha-  
 148 betur in c. Super literis. de rescriptis q; eadem ratio debet mouere delega-  
 rum, quæ delegantē. Secundo facit, quod colligitur ex c. 34. Ezechielis pa-  
 storem spiritalē, qualis est parochus, ita teneri ad pascendum gregem, vt  
 quod pingue est non occidat, infirmū consolidet, quod aegrorum, sanet, qđ  
 contractum alliget, quod abiectum reducat, & quod perierit, quærat: nec  
 grex domini fiat in rapinam & deuorationē omnium bestiarum agri, seu  
 uæmonū. Pondera verbū quærat, quasi dicat, non expectet donec per se ve-  
 niat. Quanto ergo magis per se venientē debet recipere? Facit, q; non est  
 iusta pastoris excusatio, si lupo oues comedat eo nesciente cap. Quamuis.  
 de regul. iur. Tenetur enim præmunire & latratus prædiis ab inuasiōe  
 149 gregis lupos arcere. Cum ergo admodū singulare præsidium recuperandi  
 oues perditas & confortandi ac præmuniendi contra & aduersus luporum  
 inuasiōem sit sacramentū cōfessionis eo, q; multi via contritiōis nō ad-  
 hibito sacramento remissionem assequuturi non essent, quam per confes-  
 sionē, vel aliorum sacramentorū ministerium assequerentur: Probabile vi-  
 detur, q; parochi eos audire tenentur, quoties petierint. Facit, q; lege cha-  
 ritaris quisq; tenetur proximo, non ea tantū, sine quibus euadere mortem  
 150 non potest: sed sine quibus verisimiliter eam non euitabit. Mortem namq;  
 languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit. 87.  
 dist. in princip. cum concordant. Ergo qui ad huiusmodi onera obligatus  
 dignoscitur tenetur non differre, quoad vsq; viderit proximū in hac neces-  
 sitatem incidisse: sed vigilanter cum diligentia occurrere ac curate, quo in  
 tempore medeatur, vel seruet a lapsu argumento. l. fin. C. in quibus caus.  
 in integ. restit. non est necess.

151 Facit q; olim omnes tenebantur ter saltem in anno cōmunicare. c. Et si  
 non frequentius de consecrat. d. 2. Ergo tenebantur saltem ter confiteri. cui  
 consequens est parochos ad ter confessiones audiendum obligatas olim  
 fuisse. At nulla lege remissa videtur eis illa obligatio. Nā relaxatio. c. Ois  
 in fauorem & exonerationem facta est pœnitentię. & ideo in odium eorū  
 non est retorquenda. l. Qđ fauore. C. de leg. Regula Quod ob gratia. lib.  
 152 6. Facit quod Augusti. hortatur nos, vt quolibet die Dominico comunice-  
 mus. c. Quotidie. de consecr. d. 2. Ecquis audeat cōmunicare, nisi confessus  
 translata iam ogdoade octoq; dierum spacio: iuxta gl. sing. in c. De ho-  
 mine. de celebration. missarum Mouet & illud grauissime, quod quoties  
 153 quis putat se nō recordaturum peccati mortalis, quod admittit in Quadra-  
 gesima, vt illud tunc confiteatur tenetur illud antea cōfiteri. Quod meminī  
 dicere

dicere in sūma dist. s. supra. & tradit Maior in Quarto dist. 16. q. 2. & Tho.  
 a Vio verbo Cōfessionis. & etiā Adrianus in illo dubio. 8. Quis ergo pec-  
 cator volens confiteri non possit vere dicere? Timeo, ne quod peccatū nūc  
 optime fateri possum, postea per obliuionem in Quadragesima nō fatear  
 et ideo nunc fateri volo. Et hoc modo de casu congruitatis potest efficere  
 casum necessitatis, quoad confessarium saltem.

Contrarium tamen. s. quod debito necessitatis solis illis temporibus te-  
 netur parochianum audire parochus, quibus parochiani sibi confiteri obli-  
 gantur tenet Richard. in Quarto. d. 18. art. 2. q. 3. quem sequitur Sylue- 160  
 ster verbo Confessor. 1. q. 18. Pro his facit, q; nullo iure cauetur parochum  
 teneri pluries, quam semel in anno suorum parochianorum confessiones  
 audire. c. Omnis. de pœnit. Facit item, quia multi ob inanē forte gloriam  
 plus satis confessionem frequētaret. Alii solum venialia, vel iam semel cō-  
 fessione legitima detecta aperire vellent & parochi nil aliud vnquā age-  
 rent, quam confessiones audire.

Sed hæc non obstant. Quia. c. illud Omnis. non dicit illud, quod argu-  
 mentum innuit: sed solum ait parochianos semel saltem in anno ad confi-  
 tendū, si peccarunt, teneri: An autem parochi eos pluries volentes cōfiteri  
 teneantur audire, nec ne nil aperit. Quod tamen iura & ratiōes pro nostra  
 parte adducta satis aperiunt ad eos audiendos teneri.

Non obstat secundū. Quoniam de nemine est præsumendū ad confes-  
 sionem, qui præcipuus est modestiæ actus, superbia incitari. Quamq; id ali-  
 quando cōtingat. l. Merito. ff. pro socio, regula Estote. de regul. iur. & eos,  
 qui, quæ semel sunt confessi, vel venialia tantū tam saepe confiterentur, nisi  
 communicare velint, possunt, ne id toties faciant, monei. Tametsi potius  
 desiderandi erant, qui hoc facerent. Quod autē de auocatione ab aliis ne-  
 cessariis tagit argumentū per corollarii modicationē tollitur supra. n. 152.

An licentia morte concedentis moriatur.

161 Occurrit tamē hic quæstio non contēnenda, imo quotidiana: An licen-  
 tia eligendi confessariū siue a Papa, siue ab episcopo, siue a parcho, siue  
 a quolibet ordinario alio, qui eam conferre potest, concessa moriatur mor-  
 tuo concedente. Pro parte affirmatiua facit, q; mandatum re integra mor-  
 te mandatis moritur. c. Gratum. & c. Relatum, cum ibi annotatis de offic.  
 deleg. l. Mandatū. C. eo. Secundo facit, quod sentētia, qua excōmunicantē  
 omnes furtum cōmittentes, expirat morte illam proferentis. gl. recepta in  
 cap. A nobis. 1. de sent. excōic. Facit tertio, quod licentia cuiuspiam de non re-  
 sidendo concessa morte concedentis expirat. gl. c. pen. de cleri. non resident  
 putata quibusdam singul. Facit quarto & quod Card. ait in Cle. Dudū. 6.  
 Deinde. not. 5. de sepul. s. licentiam a prælatis datā Prædicatoribus & Mi-  
 nori

noribus vsq; ad beneplacitū sedis suæ esse duraturam, etiā post eorū mortem. Si autem vsq; ad suorum. s. ipsorum prælatorum beneplacitum non duraturam argumento. c. Si gratiosa. de rescript. lib. 6. Facit. l. fin. ff. de pœnis, quæ habet inhibitionem artis exercendæ alicui factam morte, vel depositione inhibentis expirare. Et hanc partē in specie asserit. Pan. in. c. fin. de off. legat. col. 2. addens se ita in quæstione facti respondisse. Idem videtur sentire Antoninus tert. part. titul. 17. c. 9. vers. fin. eam affirmat Syluest. verb. Confessor. 1. q. 7.

162 Contrarium f̄ tamen nobis videtur verius. quod satis videtur tenere Palud. in Quarto. d. 17. q. 3. col. 5. Pro hac parte facit, q; licet mandatum de aliquid faciēdo morte mandātis expiret nō tamen gratia facta. Casus in. c. Sicut. de præbend. lib. 6. quod habet potestatem alicui collatam de conferendis aliquibus beneficiis nulla persona expressa non expirare morte cōcedētis. Secūdo est casus in. c. Si super gratia. de off. deleg. lib. 6. Tertio facit gl. memorabilis in Clemē. Dudum. de sepultur. §. Statuimus. vers. Ac deinde. in verb. concesserunt. quæ habet f̄ licētiam fratribus præsentatis concessam non expirare morte concedentis, imo neq; reuocari posse. quod est maius. Pro qua est textus in extrauag. Inter cunctas. §. Duos. de priuileg. Quarto facit. gl. illa celebrata. c. Cum ex eo. de electio. lib. 6. verbo septennium & sing. putata Romano sing. 17. An dispensatio. quæ habet dispensationem ab episcopo factam parocho ad septenniū, quo a residendo solutus studeat, reuocari per eum non posse. Et facultas ordines accipiendi, a quocunq; malueris episcopo, non expirat conceētis morte. Cardin. receptus in. Cle. fin. de electio. q. 5. Et licentia cōcessa cuiuspiam de celebrando in domo sua non expirat morte cōcedētis Rota in antiq. decisio. 580. Camerari. facit & Rota in iisdē antiquis. 382. Nota, q; qui habet grām a Papa factā simul ac ipsius manu signatur perfectā esse, nec morte illā faciētis expirare. Deniq; Innoc. receptus in d. c. Quod translationē. de off. leg. ait indulgentias a legato concessas finita eius legatione durare.

Non obstant, quæ pro contraria sunt parte adducta. Non primū quia aliud est in mandato de faciēdo aliquid, de quo iura in eo citata loquuntur: aliud de gratia licentia, vel facultate cuiuspiam facta, de qua nos agimus.

165 Non obstat secundum. f̄ Quia aliud est de sentētia odiosa & cōditionaliter sine causæ cognitione lata, aliud de cōcessione fauorabili & gratia, vt expresse annotat Panor. in illo. c. pen. de cleric. non resident Hoc ipso modo diluitur etiam lex illa fin. ff. de pœnis. Loquitur enim de iudicis præcepto inhibitorio sine causæ cognitione lato, quod inhibentis officio finito ipsum quoq; finitur.

146 Non obstat etiam. gl. pen. de cleric. non resident. Quia primo illa ipsa in fine videtur in contrarium inclinare, dum ait eiusmodi licentiam de nō resi-

residēdo ab episcopo cōcessam posse per successorē reuocari. Et ita innuit eam morte cōcedentis nō esse reuocatam. Secūdo dico eam. gl. quatenus cōtrarium sentire potest, per. Io. And. Cardi. Panor. & cōmunē reprobari.

### AN LICENTIA PRIMO ACTV CONSUMATVR.

Occurrit & f̄ alia difficultas: An licētia de eligendo cōfessario per pri- 166  
mam electionem finiatur. Et videtur finiri. Nam f̄ sermo simpliciter pro 167  
latus de primo actu verificatur. L. Dotis promissio. ff. de iure. dot. L. Bo  
ues. §. Hoc sermone. ff. de verb. signif. vt securitas veniēdi data bannito de  
primo veniēdi actu intelligitur. Bart. in. l. 1. ff. ad. l. Iuli. de adult. & Pan. in  
.c. 2. de treug. & pace. Et potestas arbitro data in compromisso de prorogā  
do termino compromissi, si non est dictum, semel, vel pluries, intelligitur  
de prima prorogatione & vnica. Qd̄ amplificat Feli. in illo. c. 2. de treug.  
& pace. & Rochus de iure patro. verb. Honorificū. q. 10. dum disputat, an  
gratia concessa patrono laico, vt post vnum præsentatū possit alium præ  
sentare per. c. Quod autem. de iure patronatus. debeat intelligi. de prima  
vice tantum. In qua quæstione Calderi cōsil. 16. An laicus. de iure patro. ref  
pōdit nō posse. Quem sequuti sunt prædicti & in præcatis locis & etiam  
idem Felinus in. c. Omnes leges. 1. dist. col. 4. Secundum quos f̄ patronus 168  
potest quidem semel, aut iterum, quot volet cumulando præsentare, non  
autem tertia, vel quarta. Contrarium tamē in nostra quæstione tenet Pa 169  
ludanus in illa. d. 17. q. 3. col. 5. Ait enim eum, qui facultatem habet eligen  
di cōfessarium, posse nūc eligere vnum & nūc alium toties, quoties volue  
rit. Quod & mihi persuasum habeo.

Non obstat illa regula cum supra citatis. s. q; sermo simpliciter prolat⁹  
intelligi debeat de primo actu. Quoniā illa p̄cedit in odiosis & onerosis,  
puta, cum dispēatur cum aliquo, vt possit duo beneficia obtinere, intelli  
gitur de duobus primis. c. Non potest, de præbend. lib. Et idē, quādo quis  
promittit alicui dotem, cum nupserit, de primis tantum nuptiis accipitur 161  
d. l. Dotis promissio. ff. de iure. dot. Secus autem in parum onerosis & sa  
tis fauorabilibus. l. Placet. ff. de lib. & posthumis. Quod tradit Oldr. con  
sil. 32. Anani. consil. 14. Alexand. cōsil. 170. Viso processu. col. 2. Nouissimi  
in illo. §. Hoc sermone. & Decius in. c. Quanto. de iudic. & qd̄ notat Pan.  
de charitatio subsidio in. c. Cum Ap̄tus. col. 1. de censib. cum similibus.

Ex quo infertur illam determinationem Calder. in illo consil. 16. satis  
periclitari. Quoniā fauore ecclesiarum videtur esse, vt laicus cumulan  
do multos possit præsentare. Quia illorum optimum poterit admittere.

Qua sola cōsideratiōe a cōmuni opinione recessit Dec. in illo. c. Quāto.  
col. 3. Quamuis ob eam ipse non discederem, vt, quo primo anno in hanc  
andi

## DE POENITENTIA DIST. 6.

veni A eadem miam dicebam in illo. c. Quato. Quoniam potestas illa variandi etiam cumlatiue laicis patronis concessa non tam respicit ecclesie utilitatem, quam gratiam quandam & fauore ipsorum patronorum. Et si non nunquam utilis sit ecclesiis eiusmodi cumulatio, tamen frequenter eas laedit. Quandoquidem non est rarum patronum, qui aliquem valde idoneum presentauit, postea in alicuius amici gratiam presentare alium eo multo inferiorem. Gratia vero, de qua loquimur, eligendi confessarium nemini videtur onerosa & tota est fauorabilis & in animae fauorem concessa, quod possit consilium de optimo confessorio deligendo positum in. c. 1. supra eadem liberius exequi. Et ob hanc considerationem ipse quoque hanc partem sequor. Quod, ut quotidianum, ita memoriae mandandum arbitror.

## EX SECVNDA PARTE. GL.

171 **C**ommendanda est memoriae singulariter gl. conclusio: nepe credendum esse penitenti asserenti suum parochum esse ignarum ad effectum, ut ab alieno eius possit audiri confessio. Et ponderanda ratio. scilicet quia non est verisimile venire quem cum mendacio ad confessionem.

172 Ex qua ratione inferitur id, quod ait. gl. de ignorantia confessarii affirmandum esse de qualibet etiam alia iusta causa. Quandoquidem omnino par ratio, imo maior in aliis inuenitur. Quoniam causa ignorantiae confessarium veluti sugillat. Quia eum ignorantiae & culpae arguit, quod non omnis alia causa facit. Et ideo minus videbatur credendum iuxta. gl. 1. cap. Innocens. 22. q. 4.

173 Inferitur & secundo veram esse. gl. singularem q. c. est Cle. 1. de priuilegiis per quam superiora confirmantur, quae habet sine peccare monachum, si a se communionem petenti & affirmanti se licentiam parochi habere crediderit & communionem impertierit. Eam. gl. valde commendat Rau. ibi & sequitur Card. q. 15.

174 Inferitur & tertio, quo praedicta confirmantur verum esse illud singulare Thomae Quolibeto. 1. art. 12. scilicet parochiano dicenti iam se confessum & communionem petenti habendam esse fidem. Pro Thoma est text. ille vnicuique in extrauagant. Inter cunctas. vers. Sup confessione. de priuilegiis. ubi conclusio illa duobus casibus limitatur, quando videlicet excommunicatus esset penitens, vel notorius peccator.

## EX TERTIA PARTE. GL.

175 Colligitur confessio alieno sacerdoti sine licentia propria factam esse inutilem & ipso iure nullam. Quod irrefragabili argumento sic probatur: Quae actui sua ipsius substantialia desunt, non potest ille consistere.

c. De

c. Detrahe. 1. q. 1. c. Cum dilecta. de rescript. c. Quia propter. de electio. l. Iulianus. §. Si quis rem. ff. ad exhibend. facit. gl. 1. Pacta conueta. ff. de contrahend. empt. & de sacramentis in specie casus in illo. c. Detrahe. & c. 1. de baptismo. Sed de omnium sacramentorum substantia est minister. c. Debitum. de baptis. c. Quanto. de consuetud. At minister sacramenti penitentiae est sacerdos iurisdictionem habens ordinariam, vel ex commissione. Quod determinauit concilium Florentinum in decreto Eugenii. §. Quatum sacramentum. At illud concilium non intelligitur de illa iurisdictione habituali sola, quam iure diuino suscipiunt omnes sacerdotes, cum ordine insigniuntur presbyterii. Quoniam omnes sacerdotes habent illam. Ergo intelligendus est de actuali executione, quae illi per oblationem materiae adiungitur, vel quae per materiae oblationem in actuali redigitur. Et ita non habens actuali non est huius sacramenti minister. Cui consequens est absolutionem ab eo factam esse nullam.

Consequitur haec primo eiusmodi confessionem iterandam esse. quod omnes ore vno confitentur. 176

Secundo inferitur eum, qui confitetur parochi, qui sine vlla superioris autoritate se in beneficium intrusit, ad iterandam confessionem teneri. Quod affirmavit Panormita in. c. Nihil. de elect. col. pen. & c. Dudum. 2. eod. tit. col. 8. cum quo est comunis. Quoniam huiusmodi sacerdos nullam habet, de qua loquimur, actuali iurisdictionem, vel in actu & exercitium deductam. 177

Tertio consequitur confessionem factam ei, qui se pro parochi gerit, ecclesiae tamen possessionem non habet, esse item ipso iure nullam & iterandam. Quod Paludan. communiter receptus praedictis locis asseuerat. 178

Quarto inferitur idem esse dicendum de confessione facta illi parochi qui notorie, ipso iure, vel per sententiam est suo titulo priuatus per. c. Dudum. 2. de electio. quod habet quendam ipso iure suo titulo priuatum animas sibi commendatas danabiliter decepisse. Quod nulla alia ratione verificari potest, nisi quod absolutiones subditorum erant nullae. 179

Non ociose dixi notorie. Nam si quis ipso iure suo titulo & possessione iuris priuaretur, sed non adeo notorie, quin possessionem facti retineret & a superiore toleraretur: eo casu gesta per ipsum in conscientiae foro valerent. gl. est eo. cap. verb. deceptae putata sing. ibi a Panor. & Rau. arg. l. Barbari ff. de off. prator. Quod adeo quidem est verum, ut tali parochi confessi non tenerentur suas iterare confessiones, etiam posteaquam scirent eos, quibus confessi fuerunt, titulis suis iure ipso priuatos fuisse, ut eleganter ibi & utiliter & cum animarum bonarum consolatu non paruo id Panorm. dixit. Quin & ibi Ioh. A. nd. ab aliis receptus addidit eos, qui bona fide intrusis, vel aliis sacerdotibus alienis confitentur putantes sibi id licere saluari non per sacramentum, quod nullum illis datur, sed propter sacramenti fidem. Quod tamen ita 180

ita

ita temperandum est, ut cum primū sciuerint se non potuisse illis cōfiteri, suas confessiones illis factas omnes iterent. Quod etiā ipse Ioh. Andr. cū aliis sensit. Arbitror autem hoc casu, qui ob pueritiam, vel aliā rusticitatem errarunt, teneri quidem iterare confessiones illas, quas eiusmodi alienis sacerdotibus fecerunt: non autem alias, quas post eas suis parochis, vel aliis super eis iurisdictionem habentibus. Quamuis cum eas facerent, meminissent peccatorū, quæ illis alienis antea fecerunt, nec illa veris parochis confessi fuissent, eo quod bona fide putarent se illa legitime cōfessos fuisse. Qua decisione non semel viros vere pios consolari memini, qui dū pueri essent & in hoc errarent & suū errorē tarde iam, 30. vel 40. annos nati didicissent, respondi teneri quidem illos iterare, quas confessiones alienis parochis in pueritia fecissent: non autem quas postea propriis sacerdotibus in adolescentia & iuuentute.

185 Ex quibus inferitur sexto fœdum, qui cōfiteatur peccata sua in Quadragesima sine tamen dolore & ob id non absoluitur, teneri ad iterandā cōfessionem, quo absoluitur. Quāuis teneremus illā opinionē, quæ habet cōfiteatē integre sua peccata in Quadragesima sine iusto dolore satisfacere præcepto de confitendo. Cuius tamen contrariū nobis verisimilius est iuxta ea, quæ post alios scripsit Adrianus in Quarto de confessione dub. 4. post q. c. Quoniam præceptū de confitendo semel in anno non solū confessionē faciendā iubere videtur, sed etiam absolutionem suscipiendam, ut ex mente illius. c. Omnis. de pœnit. colligitur.

### IN FINEM GLOSSAE.

184 Postremo hæc gl. carpit fœd scholasticos, qui sua peccata confitentē inclusis, hoc est monachis. Et recte quidem carpit, si tempora glossemarii perpēdas, quando nondum facta erat Clem. Dudum. de sepultur. neq; alia iura extrauagantia, quæ illam præcesserunt. Hodie vero non procedit eius reprehensio primò in fratribus Predicatoribus & Minoribus, qui seruata forma illius Clem. Dudum. confessarios agunt. Quod ipsum est dicendū de eremitis. S. Augustini. Ad quos prædicta Cle. per Clementem. c. extensa fuit. Et idem de Carmelitis, ad quos eadē per Ioh. 22. prorogata fuit secundā Ioh. Andr. in illo. c. Omnis. col. pen. sub fin. quem Anto. & cōmunis sequitur. Idem hodie arbitror dicendū de omnibus illis monachis, quibus cōcessum est uti priuilegiis illis multis & magnis, quod appellatū mare magnum continet. Quorum de numero scio esse reuerendos admodū & suscipiendos mihi patres Canonicos Sanctæ Crucis maximū huius ciuitatis, imò & totius nostri ordinis decus, & alios multos. Quibus tamen incuberet onus probā. si, si res in dubiū verteretur. Quia nō habēt illa priuilegia in cor-

in corpore iuris clausa, sicut Prædicatores & Minores. Nam etiā, si Augustinianis eremitis & Carmelitis negaretur talis esse facultas, arbitror eos debere probare. Quāquam enim multi tenuerint illustri doctore de cōsuetudine testati credendum esse cum Bartol. in repetit. l. De quibus. ff. de legi. in. 4. q. princip. n. 21. & aliis, quos retulit Iason in illa eadem. l. col. pen. & Rochus in. c. fin. de consuetudi. fol. 26. col. 4. vers. Quinto quæritur. fœd communis tamen doctorum opinio contraria est & probatur. Quia consuetudo quid facti est & in his, quæ facti sunt, etiam princeps errare potest. c. 1. de constit. lib. 6. Vnde Baldus in. l. Si quis. §. 1. ff. de pignori. in lectura antiqua dixit consuetudinem, quæ contra ius est, probandam fœd etiam si. gl. de illa testetur. Et Alexander in. l. Post dotem vltima charta in princip. ff. solut. matrimo. dicebat probandam esse consuetudinem, etiam si plures doctores in suis commentariis de illa testarentur. Et Aretinus ille doctissimus in cōsil. 132. In causa, quæ vertitur. pronunciauit etiam maiori parti doctorum de consuetudine testantium non credi. Et merito. Quia primo illi non iurati testantur, & testi non iurato non creditur. c. Tuis. de testib. Secundo. quod per scripturam deponere nō licet. c. Testis. 3. q. 8. Quamuis ergo Io. Andr. & communiter omnes de priuilegio in hac re Augustinianorum eremitarum & Carmelitarum attestentur: non tamen videtur eis necessario credendum. Neq; mihi omnium minimo de priuilegio Sanctæ Crucis testanti credendum est. Et ideo alio modo probari oporteret. Nam, ut consuetudo, ita & priuilegia sūt facti, nisi, quæ iure cōtinentur cōmuni.

FINIS.

LAVS DEO.



# IN SEPTIMAM DIST.

PRINCIPIVM GRATIANI.

Tempus vero poenitentiae est usque ad ultimū articulū vitae.

## SVMMARIVM VNICVM.

1. Glossa emendatur.



**I**NCIPIT SEPTIMA DIST. HVIVS tractatus, in qua de poenitentia finali. i. qua fit in fine vitae agitur, & quaeritur usque ad quod tempus peccator sit recipiendus. Et an poenitentia talis, qua iniungitur in mortis articulo, valeat ad vitam consequendam an non. Diuiditur quoque haec distinctio in tres partes. In prima dicit usque ad terminum vitae peccatorem recipiendum ad poenitentiam. In secunda argumentatur in contrarium auctoritatibus, quae Beato Augustino tribuuntur. In tertia soluens praedictam contrarietatem ostendit, quare Augustinus visus est dubitare de poenitentibus in mortis articulo. Secunda ibi. §. Quamquam. Tertia ibi. §. Hoc autem.

## IN GLOSSAM SVMMAE.

Huius glossae pars prior tractat questionem a Gratiano propositam. Posterior vero ibi procedit. & c. ponit ordinem, quo illam tractat. Ex prior parte colligitur ista conclusio catholica saluari posse quem per poenitentiam in ultimo vitae articulo factam, quam mox in. c. i. discutiam. Vitiata est tamen glossa dum pro illo dicto: In quacumque hora. allegat Euangelium. Quonia debuit allegare Ezechiel. 33. aut. 18. cap.

2. Tertus. c. i. Leo Papa.

**N**emo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est. Quia nonnunquam, quod diffidentia aetatis differtur, consilio maturiore perficitur.

## SVMMARIA.

2. Poenitentiae tempus in finem usque vitae durat.
3. Deus natura clemens bonos ultra condignum remunerat, malos citra condignum castigat.
4. Orare licet priuatim pro se interimente licet, is extra sacrum sepeliatur.
5. Poenitentiae libellum non esse Augustini.
6. Dolor peccatorum timore poenarum principaliter conceptus peccatum non delet.

7. Pec

7. Peccatum aliquod quare ad mortem appellatur? Non quia durat ad mortem usque corporalem inclusiue. n. 8. neque quia mortem infert spirituales. 9. Sed quia per se mortem animae machinatur. i. ex proposito abiicit vitam. n. 10.
11. Oratio, quod non praesumit, quando misericordia adiicit.



Hoc cap. etiam citatur a Petro Lombardo in Quarto Sent. d. 20. Citatur. & in. c. Ancillam. 3. q. 2.

Ex eo colligitur illa conclusio supradicta durante vita durare quoque tempus bene de Deo merendi: & animam, dum est in corpore, saluari posse. quae sententia fundatur in hoc cap. i. a Leone Papa dictato. Secundo in illo Ezechiel. cap. 33. Impietas impium non nocebit ei, in quacumque die conuersus fuerit ab impietate sua. Quod per alia verba refertur in. c. Ponderet. 50. dist. & sub. cap. fin. infra ea. per illa videlicet: Peccator in quacumque hora conuersus fuerit & ingemuerit, omnium iniquitatum non recordabor. Tertio facit, quod Luca. 23. Latro ille, qui conuersus CHRISTO morienti dixit: Memento mei, cum veneris in regnum tuum. audire meruit: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Morti propinquus erat hic latro, iam pendebat e cruce mox moriturus, in illum usque articulum in malo perseueravit: & tamen seruatus fuit. Tanta est clementia Dei, quem colimus clementissimum. Quarto facit, quod contrariorum eadem est disciplina. l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alieni iur. Et de contrariis contraria dicuntur. c. Sciendum. 8. q. 1. At homo dum viuit, peccare potest & male mereri atque damnari iuxta ipsum Ezechiel. in eod. c. 33. Iustitia iusti non liberabit eum, in quacumque die peccauerit. Ergo & peccator bene mereri potest, dum viuit. Et ratione fortiore: Quia diuinitatis natura clemens est ac pia & magis ad ignoscendum, quam condemnandum prona. c. Quia diuinitatis. supra dist. 1. Nam & malos citra condignum punit, bonos vero plus merito remunerat auctore Tho. recepto in Quarto. d. 46. q. 2. art. 2. Quinto facit. c. Si presbyter. 26. q. 6. Si presbyter poenitentiam morientibus negauerit, reuserit animarum. Quia dominus dixit: Quacumque die conuersus fuerit peccator ad poenitentiam, vita viuet & non morietur. Facit, quod sequitur: Vera enim confessio in ultimo tempore esse potest. Quia dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est. Sicut latro vnius momenti poenitentia meruit esse in Paradiso in hora ultimae confessionis. Facit & illud. c. Cum Marthae. de celebr. miss. De ambulatoria est hominis voluntas usque ad mortem, Facit & illud singul. Paludani in Quarto. d. 20. q. 1. col. 1. f. q. licet se se iterimedes neque in sacro sepeliri debeant, neque publice pro illis orari permittat ecclesia. c. Placuit. 23. q. 5. Quia tamen potuerunt in ultimo vitae articulo conuerti iuxta illud: Dum occidebat eos

x ii conuer

conuertebantur licere pro illis priuatim orare illi, qui putaret eos ad Dominum, antequam vitam finirent, reuersos fuisse. Quod veluti quotidianum & raro decisum memorabile duco.

Contra tamen hanc conclusionem faciunt. c. Si quis positus. infra ead. quod habet Augustinum dubitare de salute illius, qui in fine vitæ conuertitur & in fine dicitur: Si autem vis facere poenitentiam, quando iam peccare non potes, peccata te demiserunt, non tu illa. Facit. c. Idcirco. infra ea. in illis verbis: Nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit moriturum. Facit & illud Senecæ epistola. 63. ab Archid. ibi relatum: Iuuenis disceram bene viuere, senex bene mori disco. Ergo ante mortem & non in morte bene mori discitur. Facit illud de Antiocho. 2. Machab. 9. c. Orabat scelestus Dominum, a quo non esset misericordiam consequuturus. & Matthæi c. 27. Iudas mox moriturus poenitentia ductus triginta illos argenteos restulit in templum. At non est misericordiam consequutus. Tertio & neruose facit illud. 1. Ioh. 5. Est peccatum ad mortem. Non dico, ut quis oret pro illo. & refertur sub. c. Importuna. supra. d. 1. Igitur est genus aliquod peccatorum, pro quibus orandum non est. Cui consequens est desperandum esse de illis, antequam moriantur. Cuius contrarium ait Leo noster.

Ad horum primum concedo primo capit. illud f. neque libellum de poenitentia, esse nostri patris Augustini, ut diximus in principio dist. c. & probatur in. c. Nullus. infra ead. vers. Quod quauis. ubi allegatur Augustinus. Sed quia ibi autor illius cap. dicit Augustinum de salute illius, qui in fine vitæ poenitet, dubitasse, respondeo secundo Augustinum dubitasse quidem de talium salute. s. an saluaretur: non tamen, an saluari possent. Et concedo dubitasse illum, an talibus contingat contritio: Non autem, an contingere possit.

Ad secundum. s. c. Idcirco. infra ead. ibidem respondebitur. Illud vero Senecæ continet consilium optimum & exhortationem maxime amplectendam, non tamen obuiat conclusionis nostre veritati. Quandoquidem discere ante mortem mori non est contra id, quod dicimus discere in morte mori.

Ad illud. 2. Machab. 9. respondeo non ideo Antiochum non fuisse veniale adeptum, quod in vitæ ultimo articulo eam peteret, sed quod male peteret. Non enim eum poenitebat Dominum offendisse ob eius amorem, sed ob poenarum quas patiebatur, quasque timebat, dolorem & terrorem. Qualis dolor vim delendorum peccatorum minime, habet id, quod latius diximus in. c. Perfecta. infra dist. 1. Et est textus in c. Idcirco. supra eadem in eis verb. Quia rogare illos non delicti poenitentia, sed mortis urgentis admonitio, compellit. & in. c. Nullus infra ead. ibi. Non in solo timore viuit homo. Per quem textum supra dicta intelligo de dolore, qui ex solo timore, vel principaliter ex illo, quam ex amore nascitur: Non autem de dolore,

dolore, qui principaliter ex Dei amore, licet timore poenarum ad id impellente producit iuxta ea, quæ latius ibi dicam & in illo. c. Perfecta. supra. d. 1. dixi.

Ad tertium autem. s. illud. 1. Iohannis. c. est peccatum ad mortem. Non dico, ut quis roget pro eo. respondeo magna doctorum ingenia in intelligendo illo sudasse, ut patet ex gl. fin. c. Si sacerdos. supra dist. 1. & iis, quæ ibi multa diximus. Et Augustinus quidem cum multis, ut apparet ex illo. c. Si sacerdos accipiebat illud pro precatato in Spiritum sanctum. De quo Seruator Matth. 12. aiebat: neque in hoc seculo neque in altero remittendum. Per peccatum vero in Spiritum sanctum intelligebat impoententiam finalem peccatum. s. obstinationis horrendum, quo infelix ante mortem nullatenus vult poenitere poenitentiam postea in æternum sine utilitate facturum. Et ut clare de hac re dicamus illis, quæ in illo. c. Si sacerdos. diximus, adde, quæ sequuntur ex autore non contenendæ autoritatis excerpta pauculis adiectis & mutatis. s. difficultatem hanc tangere differentiâ inter peccatum ad mortem & peccatum non ad mortem, esseque dubium: an sit sermo de morte corporis, an de morte animæ. Nam, si de morte corporis accipiatur, peccatum ad mortem intelligitur finalis impoententia, hoc est, quando homo moritur in mortali peccato absque poenitentia interiori. Hoc enim est peccatum durans usque ad mortem corporis inclusiue, & propterea ducens ad mortem æternam. Si autem de morte animæ accipias, vocatur peccatum ad mortem omne peccatum mortale. quia mors animæ est. c. Resuscitatus, & duobus capit. sequentibus. supra. d. 1. f. Et quidem contra primum sensum militant verba ipsius textus, qui dicit: Qui scit fratrem suum peccare. De finali siquidem impoententia non potest aliquis dum viuit scire, quod peccat huiusmodi peccatum: sed solum post mortem potest sciri, quod peccauit finali impoententia. Quonia quandiu viuit potest poenitere per cap. nostrum & prædicta, ac per hoc non est adhuc finaliter impoentens. Et propterea de hoc peccato non esset dicendum: Qui scit fratrem suum peccare, sed qui scit fratrem suum peccasse. Contra secundum vero sensum, iuxta quem solummodo peccatum veniale est peccatum non ad mortem, militant duo verba textus. Alterum est: & dabitur ei vita. Nam peccans solum venialiter non eget, ut detur ei vita, cum habeat spiritalem vitam per charitatem, quæ stat cum peccato veniali. cap. De quotidianis. supra. d. 3. Et ita ex hoc, quod dicit: Et dabitur ei vita peccanti non ad mortem. significat talem peccantem non ad mortem egere vita, ut pote, qui non habet illam, sed expectat, ut ipsi detur. Quod non conuenit peccato veniali, sed mortali. Alterum quod secundo sensui prædicto repugnat, est, quod ait: Non pro illo dico, ut roget quis. Nam si pro peccato veniali acciperetur, & illud est peccatum non ad mortem: sequeretur Iohannem docere, ne rogetur pro peccantibus mortaliter.

Cuius cōtrarium Dñs docuit, qui Matth. 5. ait: Orate pro persecutibus vos. & pro crucifixoribus suis orauit Luca. 23. Quod ipsum & Stephanus pro lapidantibus actorum. 7. c. fecit. Constat autē hos omnes peccasse mortaliter. Et nō esse par credere Iohānē Euangelistā discordē fuisse a doctrina & exemplis CHRISTI & sanctorū. Discors autē esset, si doceret errandū non esse pro irretitis peccatis mortalibus. Quare dicendū tertio

*10* **per peccatū ad mortē intelligendū esse peccatū, quod per se machinatur mortē animæ, hoc est, ex proposito abiicit vitā animæ: vt cum quis ex proposito non curat de salutē animæ suæ, de paradyso. & huiusmodi. Dixi ex proposito, propter eos, qui nō ex proposito, sed ex consuetudine deliciarū & luxuriarum & vsurarū & aliis id genus de causis viuunt, tanquā non curantes de salutē animæ suæ. Tales enim non ex proposito peccant cōtra vitā animæ suæ, sed ex affectib⁹, infirmitatib⁹. Proponit ergo Iohānes Euāgelista differentiā inter peccatores ex contēptu propriæ salutis peccantes & inter alios, qui ex ignorantia, aut affectu & huiusmodi incurrūt peccata mortalia, & instruit CHRISTianos cū viderint aliquos peccare ex ignorantia, aut infirmitate, aut aliis id genus causis, orent pro illis cum fiducia. Cum viderint autē peccantes ex contēptu propriæ vitæ, non præsumāt petere pro eis veniā, sed relinquāt eos in curru suo, vel vt Bernardus insinuat gemant, si forte, quod ecclesiā canit diuina misericordia adiciat, qđ oratio non præsumit. Aduertendum autē, qđ Iohannes non affirmat repellendam esse orationem pro talibus, sed nō audet dicere, vt orent pro talibus, tanq̄ petitio videatur præsumptuosa. Ait enim: Non dico, vt oret quis.**

Pro intellectu hoc facit, qđ is consonare videtur non soli toti contextui, sed etiā gestis sanctorū. Nam Dñs orans pro crucifixoribus adiecit causam ignorantie: Quia nesciunt quid faciunt Luca. 23. & Paulus, pro quo exauditus fuit Stephanus, testatur se misericordiam consequutum, quia ignorans fecit. 1. ad Timotheum. cap. 1. Et ita illud Iohannis nullatenus nostro obstat proposito.

### **Tertus. c. 2. Siquis. August.**

**S**iquis positus in vltima necessitate sue egritudinis voluerit accipere poenitētiā et accipit et mori reconciliatur et hinc vadit, fateor: nō illi negam⁹ qđ petit: sed nō psuimus, qđ bñ hīc erit. Si securus hinc cieri, rego nescio. Poenitētiā dare possumus, securitatē autē dare non possumus. Nūquid dico: dānabitur? Sed nō dico: liberabitur. Cū ergo a dubio liberari? Vis qđ est incertū euadere? Age poenitētiā, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quod

qđ securus es. Quia poenitentia egisti, tempore, quo peccare potuisti. Si autē vis agere poenitentiā, quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

### **SVMARIA.**

- 1 Poenitens in vitæ fine an dānari psumat? cōcluditur nō præsumi. n. 2.
- 3 Sepelitur in loco sacro nemo, qui damnatus præsumitur, neq; pro eo publice oratur.
- 4 Intellectus. cois. c. 2. de pœnit. dist. 7. efficaciter cōfutatur & etiā intellectus glossæ. n. 6. accommodat tertius nou⁹, sed germanus. n. 10. s. verbum præsumimus pro certo credimus poni, quartus accommodat. n. 15.
- 5 Poenitentē etiam ante vitæ finē saluari nemo humanitus nouit.
- 7 Mendaciū quid, & nullam ob causam mentindū.
- 8 Præsumptionem aliud esse a scientia & præsumptionis multos esse gradus & multas species.
- 9 Suspicio minor opinione, opinio minor fide, siue credulitate & credulitas scientia & in quo & minima est omnium dubietas.
- 11 Præsumptio alia sine coniectura minor est alia.
- 12 Intellectus illius Euāgelici: Nolite iudicare & nō iudicabimini. Quo fit vt suspicio, vel opinio de aliquo mala, quāuis illegitime cōcepta nō sit mortale. 13. & sicut a male concipiendo cauere sanctū, ita omnē rale malū conceptū credere mortalem pestilens est. n. 14.
- 16 Gloria de æterna secura tria hominū genera moriuntur.
- 17 Gloria nō dat nisi gratiā habēti, q̄ nemo nouit humanit⁹ se habere. 18.
- 19 Hilarionis iam iam morituri verba.
- 20 Fides siue credulitas etiā sine scientia certitudinē parit.
- 21 Peccare non potuerunt CHRISTVS & virgo mater, neq; Apostoli mortaliter post haustum Spiritum sanctū.
- 22 Peccare oīs homo, dū viuit, potest, si purus homo est, si gratia diuina nō sit in bono cōfirmatus. 28. & 29. potest itē & bene mereri. n. 23.
- 24 Peccare potest homo ex solo arbitrio libero: bene autē mereri minime.
- 25 Exteriora non augent, neq; minuūt bonitatē, vel malitiā interiorū.
- 26 Morte instante cacodæmones infestare.
- 27 Intellectus nouus vnius particulæ huius capit.
- 30 Mortis in articulo constituto intimanda est poenitentia non imponēda, imo imponēda. n. 33.
- 31 Satisfacere possum⁹ per opera alias debita & ea, quæ subire cogimur.
- 32 Indulgētijs his tantū prodesse, qui Deo in hoc sæculo satisfacere vcre proponūt opinio non contēnenda.
- 33 Opinio noua, sed vera de iūgēda poenitētia i mortis articulo constituto.



Oligo primo ex illo verbo, nō præsūmimus ecclīā præsūme  
re dānari eū, qui in vitæ fine agit pœnitentiā. Pro quo facit  
c. Si quis. infra eadē in illis verbis: agens pœnitentiā ad vlti-  
mū & reconciliatus, si securus hinc exit, ego non sum securus  
Et rursus in fine: Tene certū dimitte incertū. Facit & .c. Nullus. infra ead.  
Facit & ratio illa neruosa. Præsūmendum est pro frequenter accidentibus  
gl. in l. Neq; natales. C. de prob. facit cap. Illud. & cap. Literis. de præsūpt.  
At frequenter eiusmodi homines dānantur & raro, vt oportet, eos suorum  
errorū pœnitet. c. Nullus. infra ead. in illis verbis. Quoniā vix, vel raro  
est tam iusta conuersio, timendū est de sero pœnitente. & paulo post. Mul-  
tos solet serotina pœnitentia decipere. Igitur verū est propositū.

2 Contraria tamen conclusio est vera & catholica. Pro qua est primo. c. 1.  
3 supra ead. Secundo facit, q̄ f̄ ecclesia neminē in sacro loco sepeliri permit-  
tit, nisi eum, de quo præsūmit saluari. Imo neq; publice orare pro illo. c. Pla-  
cuit. 23. q. 5. c. Fures. de furtis. Hinc mortuū cum peculio monachū in ster-  
quilinio sepeliri iubet. c. Cum ad monasteriū. de statu monacho. Et excō-  
municatū a deo arcet a sepultura ecclesiastica, vt eum pro excōmunicato ha-  
beat, qui talē sepelierit. Cle. 1. de sepult. & generaliter omne illum a sepul-  
tura excludit, qui mortali peccato infectus præsūmitur mortē obiisse gl.  
memorabilis i. c. Ex parte. 2. de sepult. Cui similis est. gl. c. Monachi. verbo  
sepulturā, & c. Cum ad monasteriū. de statu monach. verb. sterquilinio. &  
c. Quia in omnibus. de vsuris. Quæ cōmuniter sunt receptæ & cōmendatæ  
a Panor. consil. 21. 2. volū. vbi addit etiā illā illius. c. Neq; apud. 38. dist. At  
ecclesia non tollit sepulturam his, quos in vitæ fine pœnitet, vt in hoc ipso  
text. & c. Si quis autē. infra ead. satis habetur. Ergo non præsūmit illos dā-  
nari. Facit, q̄ etiā excōmunicatus, qui ante absolutionē moritur modo cō-  
tritionis signa moriens ostenderit etiā post mortē absoluitur & loco sacro  
sepelitur. c. A nobis. 2. de sent. excōic. Facit. c. fin. de sepult. cum ibi late per  
Panor. annotatis.

Ad textum nostrū ex mente Archid. & Card. respondetur illi verbo, præsū-  
mimus supplēdū esse asserere: quasi diceret, mentē autoris esse dicere se  
nō præsūmere asserere, q̄ bene hinc exit, q̄ quis præsūmat bene hinc exire.

4 Contra tamen hunc f̄ intelligendi modū occurrit primo, q̄ a ppria ver-  
borū significatiōe & phrasi non est discedendum. l. Non aliter. ff. de legat.  
3. Et hæc suppletio sermonis pprietatē videtur tollere. Secūdo facit, quia  
vel per illud asserere intelligis, quasi scias illud, & hoc nil est dicere. Nam  
5 neq; de illo, q̄ in fine vitæ pœnitet f̄, neq; d̄ alio, cui tota vita pœnitētia fuit  
autor huius capit. vel quiuis alius salua reuelatione diuina, quod raro fit,  
potuit, vel potest asserere, quod bene hinc exeat, quasi illud ita esse sciat.  
Cum igitur de nemine sciret autor, q̄ bene hinc exiret, & de quolibet cō-

tritionis

tritionis signa in vitæ fine monstrante præsūmendū sit, q̄ bene hinc exit:  
quomodo autor non præsūmit bene hunc exire, vel nō præsūmit asserere  
ita de his, quos in vitæ fine pœnitet, sicut de alijs, quos ante pœnituit?

Secundo ex f̄ mente gl. in summa supra eadē dist. responderi potest au-  
torem his verbis voluisse nos terrere potius, quam dubitationē, q̄ in mēte  
6 non habebat, exprimere. Et ita potius ad terrorē dixisse se nō præsūmere,  
sed dubitare & id genus alia i hoc & in. c. Si quis autē. & c. Nullus. infra ead.  
quam quia ita vir eruditus sentiret. Is tamen intellectus mihi non placet.  
Quoniā hoc tribuere autori est dicere illū mentitū fuisse. Quandoquidē  
7 f̄ mendaciū est falsa vocis significatio cum volūrate fallendi. c. Beatus, sub  
finē. 22. q. 2. & secūdū hunc intelligendi modū verba illa: nō præsūmimus,  
non sum securus, dubito & similia falsam continēt vocis significatiōē cū  
fallendi voluntate. Quia secūdū hunc intelligendi modū aliud per illa  
verba significabat alijs & foris autor & aliud ipse concipiebat intus, & vo-  
lebat auditores terreri & consequenter decipi. At contra doctrinā Augu-  
stini est vllam ob causam mundi mentiri. c. Primū. 22. q. 2. Neq; etiā causā  
humilitatis ead. caus. & quæst. cum humilitatis. Neq; pro redēptione ca-  
8 ptiuorum, vel pro morte vitanda. c. Super eo. de vsur.

Tertio igitur reospondeo f̄ aliud esse scientiam aliud præsūptionem,  
vt colligere est ex Bart. in l. Admonēdi. n. 21. in fine. ff. de iureiur. Præsū-  
9 ptionū autē multæ sunt species & multi gradus, vt ait Pan. in. c. fin. §. 1. de  
iureiuran. col. 2. n. 7. Alia quidē leuis, quæ solā suspiciōē parit, de qua in l.  
In lege. Aquilia si deletū. ff. ad l. Aquilā, de qua dicitur in l. Absentem. ff.  
de pœnis. neminem per suspiciones esse condemnandum. Alia vero gra-  
uiorem, quæ opinionem parit, quæ suspiciōe maior est, minor tamen fide  
siue credulitate, de qua l. 1. §. Eiusdē. ff. de testib. ibi: quid credas, aut parū  
probatum opineris. Alia & tertia, quæ fidem integram & credulitatem  
producit, vt patet per illum eundem. §. Eiusdem Et eleganter de more do-  
cuit Bart. in l. illa. Admonēdi. ff. de iureiur. n. 21. quæ frigidius retulit Pan.  
in. c. Tertio loco. sub finem de probation. Vbi hoc anno lectiōe ordinaria  
primæ sup hoc scripsim⁹ f̄. Itaq; suspicio, qua leuiter incipit quis vni parti  
adhærere, minor est opinione, qua quis adhæreret vni parti cum scrupulo ta-  
men & formidine. an pars altera sit vera. Opinio autem minor est, quam  
fides firma & credulitas, qua quis firmo credit ita esse. c. Firmiter. de sūma  
trinit. Fides autem & credulitas, licet incertitudine æquiparētur scientiæ, ta-  
men in modo differūt. Quia scientia per sensum, vel alium modum euidē-  
tem quæritur, fides autem obscurioribus argumētis. Quod in libris poste-  
riorum Analyticorum docetur a nouiorb⁹. & in prologo Magistri sentēt.  
a Theolog. & Bartol. in. d. l. Admonēdi. Omnīū autē minima est dubita-  
tas, qua in neutrá partem animus inclinat. gl. in l. De statu suo dubi⁹. ff. de  
testa.

10 testa. & gl. in rub. ff. de iuris & facti ignor. & Barto. in loco præcitato. Textus igitur noster, cum ait: Non præsumimus in fine vitæ pœnitentē saluari. intelligēdus est ita, vt certo credamus, licet suspicemur & forte ita esse opinemur. De aliis autem, quos ante mortis periculū pœnituit, præsumimus, hoc est, certo credimus saluari.

11 Ex quibus infertur primo esse coniecturam, quæ sufficiat ad certè credendum aliquem saluari & aliam, quæ non sufficit ad tantam fidem faciendam: sufficiat tamen (vt ita dixerim) ad semifidei quādam suspicionem vel opinionē, propter quam quis ad sepulturam admittatur ecclesiasticā. Pro quo vltra prædicta facit, q̄ diuersi grad⁹ præsumptionis dantur. Datur enim gradus, qui sufficit ad cōdemnādum diffinitiuè reum. & datur alius, qui non sufficit quidem ad condemnādum reum, sufficit tamen ad deferēdū actōri iuramentū. Alius vero grad⁹, qui ad hoc nō sufficit, sed mouebit iudicē ad deferēdū reo iuramentum, quo purgetur. Alius vero, qui neq; hoc operabitur, vt vtiliter docet Panor. in illo. c. fin. §. 1. de iureiur. Vnde & aliam appellamus præsumptionem violētā. c. Afferte mihi. de præsumpt. aliam probabilē. Pœnitentia igitur in fine vitæ facta facit presumere ipsū saluari ad hoc, vt peccator absoluat & pœnitentiæ sacramentum ei concedatur, vt habetur in hoc text. & multis aliis in. c. 1. supra eo. citatis. & per cōsequēs viaticum. c. Quod in te. de pœn. & remissio sepultura etiam. c. fin. de sepultur. c. A nobis. 2. de sentent. ex cōi. c. Fures. de furtis. c. Placuit. 23. q. 5. iuncta. gl. Non tamen efficit pœnitentiā talis, vt certo credamus eū saluari, sed solam, vt vel suspicemur, vel opinemur.

12 Infertur secundo quiddā moribus apprime cōducens f̄ illud Seruato-  
ris Matthæi. 7. Nolite iudicare & nō iudicabimini. intelligendum esse de iudicio fidei & credulitate certa de argumentis & coniecturis ad illud pro-  
bandum nō sufficientibus procedente iuxta ea, quæ Thomas declarat se-  
cunda Secundæ. q. 60. art. 3. Vbi elegāter alter Thomastradidit f̄ suspicio-  
nem & opinionem ex minus legitimis argumentis manātem non consti-  
tuere mortale peccatum. Quod maxime memorabile duco pro his, qui se  
mortaliter peccasse putant, si qualemcunq; de proximo malam opinionē  
sine grauibus iudiciis concipiunt. Quoniam, vt perfecti hominis est de  
proximo semper minus mali cōcipere & minorem mali opinionem, quam  
14 argumēta ipsa iusta producant, ita f̄ credere omnem eiusmodi opinionem  
esse peccatum mortale quidam error animæ bonæ pestilens est, quo frequē-  
ter mortaliter peccat, alioqui non peccatura. Quoniam, qui contra con-  
scientiam facit, ad gehennam ædificat. c. fin. de præscript. ad Roman. 14. &  
.c. Ex his. 28. q. 1. Ex quibus desumitur illa regula, omnem hominem, qui  
credit aliquid esse peccatū mortale & facit illud, mortaliter peccare: quan-  
uis vere solum esset veniale, vel nullum peccatum. de quo late dicam in. c.

Siquis

Siquis. infra ead. Quartus intelligēdi modus desumi posset f̄ ex his, quæ  
late dicam in. c. Si quis autem. n. 103. & sequentibus. Vbi cōcludam posse  
credere quem aliquid in alium finem & nō credere in alium. Et ita dicam  
præsumēdum quidem & credendū eum, qui in vitæ finē pœnitet, seu pœ-  
nitentiæ signa ostendit, saluari ad effectum ipsum sepeliendi, pro ipso pu-  
blice orandi & id genus alia: non tamen ad effectum toto corde & tam in-  
tegro affirmandi vere ipsum esse saluū, ac si sanum pœnituisset.

### Text. Dico tibi, quod securus es.

Colligo secūdo ex his verbis eum, quem sanū pœnitet, securum esse de  
gloria æterna. Confirmatur per. c. Si quis autē infra ead. quod habet.  
Tria genera personarum f̄ secure hinc ad gloriā exire. Nempē baptizatū  
qui mox a baptismo morit: baptizatū, qui non peccauit: qui peccauit etiā  
sed sanus pœnitentiā egit. Faciūt & verba illius cap. postrema: Tene certū  
& dimitte incertum. Quoniam per certum intellegit pœnitentiā in sani-  
tate factam, per incertum pœnitentiā in morbo graui assumptam.

Contra tamē hanc conclusionem facit f̄, q̄ nemini dabitur æterna glo-  
ria, cui nō prius concessa fuerit ea, quæ gratū Deo facit, gratia iuxta illud.  
Psal. 83. Gratiam & gloriā dabit Dominus. Prius ait gratiam & postea glo-  
riam. Facit illud Apocalyp. Beati. mortui, qui in domino moriūtur. hoc  
est, in gratia & amicitia Domini. quasi dicat, alios nō esse beatos. Facit ad  
hoc. 40. d. c. Quælibet occulta loca sine gratia Dei hominem saluare ne-  
queunt. Optimus textus ad Romanos. 6. Gratia Dei vita æterna. Per quē  
Thomas prima Secundæ. q. 114. art. 2. cōcludit neminem sine gratia mereri  
vitam æternā, & in. q. 111. art. 3. concludit e quinq; gratiæ effectibus, quos  
ibi enumerat, esse ad gloriā perducere. Et p̄ part. q. 23. art. 5. in fine cor-  
poris quæstio. habet gloriā ex meritis, merita ex gratia, gratiam vero ex  
diuina manare voluntate f̄ At nemo nouit se, vel alium gratiā illam, quæ  
gratum Deo facit hominem, habere iuxta illud Iob. cap. 9. Et si simplex fu-  
ero, hoc nescit anima mea. Quod refertur in. c. fin. de purg. canon. Et illud  
Apostoli. 1. ad Corinth. 4. Nil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificat⁹  
sum. Et illud Ecclesiastæ. 9. Nemo scit, an sit odio, v̄ amore dign⁹. Per quē  
ita determinat Thomas. 1. Secundæ. q. 112. art. 5. Quo ergo modo audet  
autor huius. cap. dicere illi, qui sanus pœnitentiā agit, securum esse? A dde  
quod Beat⁹ ille Hilarion. Hieronymo autore iam iam efflaturus animā  
dixit ei. Egredere qd times? Egredere quid dubitas anima? Septuagita  
prope annos seruisti CHRIS TO, & mortem times? Per quod constat  
etiam virū illū sanctissimū post tot pœnitentiæ, vel potius bene meritorū  
annos de suæ animæ salute de sua æterna gloria nō omnino securum fuisse.

Ad

Ad hoc argumentum concedo neminem, qui sine gratia prædicta moritur, saluari. Cōcedo item neminem de se, vel alio scire, an gratiam præfatā habeat, **vel cum** ea moriatur salua, quæ paucissimis sit reuelatione diuina  
 20 **¶** Sed nego ad certitudinē de aliqua re habendam necessariam esse scientiam, siue assensum euidētem: sed satis est firma fides, vel credulitas, vt patet per ea, quæ dicta sunt in annotatione, proxima. n. 8. & n. 9. Iudex enim, vt quempiam, etiam ad mortem corporalem subcundam damnet, non indiget huiusmodi scientia & cognitione euidēti: sed satis est ei fidem fieri firmam, vt pulchre colligitur ex Bart. in illa. l. Admonēdi. n. 21. & pulchrius clariuſq; aperit Thomas a Vio secunda Secundæ. q. 60. art. 3. Et ipsa rei experientia, quæ omnium est magistra, constat. Et autem huius. cap. cum dixit certum esse illum, qui sanus pœnitentiam agit, saluari, eundemq; hinc securum exire, nō intelligit de illa securitate, vel certitudine, quam sciētia euidens præstat: Sed quam fides, siue iusta credulitas efficit. Complura vero sunt, quibus mēte humili credere licet cuiquā se Deo gratū esse. Quæ tractat Antoninus. 4. part. titul. 9. c. 4. §. 4.

### ¶ Tertius. **Uis agere pœnitētiā, quādo peccare nō potes.**

Oligo tertio ex his verbis dari posse aliquod tempus, in quo nō possit homo in viuis agens peccare. Facit, q̄ infans & furiosus & dormiēs nō peccant. c. Aliquos. 16. q. 1. Et adeo nō peccant, vt etiam ex homicidio nullā irregularitatem incidant. Cle. 1. de homicid. Beatos item peccare nō posse constat. Quia beatitudo perdi non potest iuxta illud Math. 27. bunt iusti in vitam æternam. Et tradit Thomas receptus prima Secundæ. q. 5. art. 4.  
 21 **&** Antoninus quarta parte tit. 7. c. 7. §. 9. **CHRISTVS** item **¶** & illa illius parthenomitir, siue virgo mater admiranda peccare non potuerunt. Ille quidem per naturam, hæc vero per gratiam. Quod post alios explicant Parisienses in Tertio dist. 12. q. 1. A postolos etiā non potuisse mortaliter peccare post Spiritum factum die Pentecostes haustum cōmunis tenet opinio. Facit. gl. pen. in. c. Omnes. 47. dist. quæ habet posse quidem semper quē in bonitate crescere, in malitia non item.  
 22 Contraria tamen cōclusio **¶** l. hominem in quocunq; tempore quālibet paruo peccare posse ac perire, videtur esse vera & catholica. Primo quia  
 23 hæreticum est dicere posse quem **¶** ad eum meritorum gradum peruenire quo non possit amplius bene de Deo mereri. Cle. Ad nostrum de hæret. Ergo etiam nullus peccandi gradus dabitur, in quo non posset ad huc plus peccare argumento. cap. Sciendum. 8. q. 1. & l. Et si contra tabulas. ff. de vulgari. Secūdo facit. c. 1. cum omnibus ibi citatis supra ead. per quæ probatur quolibet vitæ suo momēto posse hominē suorum peccatorum pœnitere. Ergo & pari ratiōe, imo maiore peccare poterit. Tertio, q̄ **¶** homini  
 24 ad pec-

ad peccandum, quæ nostra miseria est, sufficit liberum solum arbitriū secundum Magistrum, & omnes in Secundo sententia. d. 23. ad bene merendum autem nō sufficit sine gratia. c. fin. & præcedentibus duobus de cōsecr. dist. 4. At supra diximus in. c. 1. supra ead. bene mereri quem posse quolibet tempore ergo & male mereri poterit. Quarto facit, quod cæteris parib; **¶** actus exterior nō adiicit, neq; minuit bonitatē, vel malitiā actus interioris. Quod probat Thomas receptus prima Secundæ. q. 20. & diximus in. c. Magna. vbi selectus in hoc textus, supra dist. 1. At in vitæ fine potest ægrotus vota peccandi habere pessima non solum circa spiritualia, sed etiam carnalia peccata. Ergo quamlibet morti propinquus peccare potest. Facit, q̄ omnium vna et constans opinio est **¶** tunc militem **CHRISTIANUM** maxime a cacodæmone bellis, quibus subuertat, impeti. Quod ille dolo plenus & arte Pelasga, siue maligna nullatenus tētare, nisi, quem inuadit, miles peccare posset & cadere.

Ad textum ergo nostrū respōdeo primo intelligi. posse illū de peccatis exterioribus, quæ sine corporis viribus, quæ desunt ægrotis, committi nequeunt. Secundo intelligi potest de actu peccandi cum oblectamento, vel de actu peccandi solito modo.

Ad alia vero textum confirmantia respondeo **¶** primū eorū procedere in his, quibus nullus rōis est vsus. Quos certū est non magis, q̄ bruta peccare per ea, quæ allegantur in argumento. At auctor de talibus hic non agit.

Ad tertium concedo **CHRISTVM** peccare non potuisse. quippe, qui nō purus homo, sed etiam Deus & est & erat perfectus. Deus autem, cum omnia possit, peccare tamen non potest. §. fin. supra. dist. 2. Beati autē non essent beati, si certi de sua beatitudine perpetuo futura non essent. & ita secundū legē illi peccare nō possunt. Virgo vero illa mater, quæ peccatorum est patrona, in gratia confirmata erat & etiam Apostoli saltem in hoc, ne mortaliter peccare possent, Itaq; **¶** verū est neminem in viuis agere qui peccare nequeat, præter eos, qui rationis vsu carent, & præter quos Deus sua, quæ maxima est misericordia, & munificētia in sua ita fixit amicitia, vt ab ea nequeant auelli.

### 20 IN GLOSSAM PRIMAM.

**H**AEC glossa soluit vnā oppositionē. Textus habet in vitæ fine ne cōstituto pœnitentiā dari posse & ab eo illam accipi. At in. c. 1. 26. q. 7. Theodorus ait infirmis in periculo mortis constitutis nō esse imponendam pœnitentiam, sed solum notificandam.

Glossa ita contraria hæc componit, vt hoc. cap. secundum illud intelligamus, nempe, **¶** q̄ ægrotus, pœnitentiam accipit tanq̄ notificatam, non vero tanq̄ iniunctam. Posset & aliter solui per illud verbum pœnitētiā in hoc

In hoc textu positū intelligēdo pœnitētiæ sacramentū. i. absolutionem illā sacramentalem, imo quæ sacramētum ipsum est. quia sacerdos pœnitētem a peccatis absoluit. Per verbum autem pœnitētia in illo. c. 1. 26. q. 7. positum intelligēdo satisfactionem pro peccatis faciēdam. Illa enim in articulo illo constituto non est imponēda, sed notificāda.

Contra tamen hunc intelligēdi modum, & ita, q̄ pœnitentia etiam satisfactoria nō solum nota fieri potest, sed etiam imponi, facit primo, quod nulla huius differentię alia ratio reddi potest, quam, q̄ illā viuēs implere non possit. Sed hæc ratio propter multa est inefficax. Primo, q̄ satisfacere possumus Deo nostro misericordissimo, per opera, quæ nobis subeunda sunt necessario, vel lege id iubente, vel natura ipsa cogēte, quod late ostēdimus supra. c. n. & Probat Thomas a Vio de satisfactio. q. 1. & Adrianus de pœnitent. q. pen. Ergo & dolor quem patitur ægrotus: & mors ipsa, quā est passurus, in suorum peccatorū satisfactioē iniungi potest. Secundo, q̄ qui sacerdos iniūgit ægrotō pœnitētiā, iniūgere potest illam, vt impieat, si a morbo illo conualuerit. Tertio, q̄ illa per amicos impleri potest. c. 1. 26. q. 7. Quarto pœnitētia iniuncta infirmo eam efficere non potēti nil nocet: prodest autem eam perficere, si possit volēti. Ergo vtile fuerit infirmis & iam iam morituris pœnitentiam iniungere satisfactoriā. Quinto multorum in quibus est Thomas de Vio est nō con-  
 22 temnēda opinio f̄ indulgentias a Summo Pōtifice cōcessas tunc demum his, quibus concedūtur prodesse, cum ipsi eo sunt animo, vt pro virili Deo sua oberrata satisfacere proponant. At multis multæ indulgentiæ in mortis articulo lucrificandæ conceduntur. Ergo tunc maxime videtur imponenda pœnitētia & iniungēda satisfactio: vt, dum ægrotus illam acceptat, et illam, si sanari contingat, aut, si possit perficere, proponat, si aliūde nō dissoluatur secure lucrificat indulgentias. Et f̄ per hanc ipse rationem a  
 23 cōmuni sententia discedo & credo vtile ac salubre ægrotis esse, vt eis iniungatur pœnitentia. Non quidem tunc tunc per ipsummet subeunda, si aliud ab eo, quem patitur, vel passurus est morbi, vel mortis dolore imponatur. Sed vel per amicos ante ipsam mortem perficienda, vel per indulgentias tollenda, vel post morbum expulsū sustinenda. Neq̄ obstat  
 22 c. 1. 26. q. 7. Illud enim intelligēdum est de iniunctione pœnitentiæ mox ab  
 23 ægrotō implendæ, quod fieri non debet

**Textus. c. 3. Qui egerit. Idem August.**



Qui egerit poenitentiam veraciter & solutus fuerit a ligamēto, quo erat astrictus & a CHRYSOSTO corpore separatus & bene post poenitentiam vixerit, sicut ante poenitentiam viuere debuit post re-  
 24 con-

conciliationem, quādo cunq̄ defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem vadit, regno Dei nō priuabitur, a populo diaboli separabitur.

**SVMARIA.**

- 1 Pœnitētiā iniunctā, qui peragit, purgatorium euadit: modo pœnitentia æqua fuisset peccatis delēdis. n. 2.
- 2 Opinio glossæ & nostrorum cōmunis relicta.



**EX HOC TEXTU** in illis verbis: ad Deum vadit, ad requiem vadit, regno Dei non priuabitur, a populo diaboli separabitur. coniunctis, quæ præcedūt, colligi videtur, quod assueuerat. gl. 1. nēpe illū, f̄ qui pœnitētiā pro aliquib⁹ peccatis egit, pro illis nullam esse in purgatorio passurū pœnam. Facit. §. fin. infra ead. qui habet eum, quem in vitæ fine pœnitet, licet veraciter pœniteat, non tamen omnem euasurum pœnam, sed igne purgatorio purgandum. Quod non alia ratione dicitur, nisi, quia pœnitentia illi non potuit iniungi, vel iniuncta non impleri. Hæc tamen conclusio intelligenda est, f̄ dummodo, quam pro illis subiuit, pœnitentia æqua fuisset peccatis illis, pro quibus imponitur, penitus delēdis non autem alias. Vnde si ob iminentem mortem, vel aliquam aliam ob causam minus sufficiens pœnitentia fuit iniuncta, licet illam perficiat pœnitens, non tamen ob hoc a purgatorio liberabitur igne secundum Thomam, Paludan. & omnes alios in Quarto. d. 20. Quamuis. gl. hæc contra sentire videatur. & etiam. gl. in c. Mensurā. supra dist. 1. & Pan. in c. De⁹, qui. de pœnit. & in c. 2. de emptio. cum aliquot aliis, quos retulerat ibi Burgenſis. Quam opinionem esse falsam monstraui in illo. c. Mēsuram. & in extrauag. 1. de pœnitent. & remissi. quādo illam Salmaticæ intermisso tantisper. §. In leuitico. de pœnit. d. 1. interpretabamur. Vbi gl. 8. mihi singularis verius loquuta fuit consentiens Thomæ ac aliis præcatis.

**Textus. c. iiii. Si quis autē. August.**



Si quis autem &c. & infra. Baptizatus ad horā securus hinc erit, agens poenitentiam & reconciliat⁹, cum sanus est, securus hinc erit, agens poenitentiam ad vltimū & reconciliatus, si securus hinc erit, ego non sum securus. Unde securus sum dico & securitatem do: Unde securus nō sum, poenitentiam dare possum, securitatem dare nō possum. Et post pauca: Sed vnde scis [inquit] ne forte Deus dimittat tibi? Verum dicis. Illud scio, hoc nescio. Nam ideo do tibi poenitentiam, quia uescio. Nam si scirem, nil tibi

tibi prodesse, non tibi dare. Item, si scire nil tibi prodesse, non, te admonere, non te terrere. Due res sunt: aut ignoscitur tibi aut non ignoscitur. Quod horu futurum tibi sit nescio. Ergo te ne certum dimitte incertum.

SUMMARIA.

- 1. Gloria de aterna secura tria hominum genera mori, no securitate, qua scientia parit, sed quam fides & credulitas. n. 2.
- 2. Certa pro incertis no omittenda, hoc est, clara & indubitata pro dubiis & obscuris. n. 22. Quod est verum in bonis & no malis. n. 24. Verum etiam, quando certum cum minus certo concurrat. n. 25. modo sint paria. n. 27. Regulariter autem hoc consulitur, non precipitur. n. 30. etia quoad casum speciale huius. cap. si ius tantu diuinum attendas. n. 32. quamuis iure humano attento quandoq; sic. n. 33.
- 3. Dubio peccandi, qui se exponit, peccat. & ideo, quod dubitatur an sit mortale, an veniale, confitendum est. n. 5.
- 4. Scrupulosus quandoq; credit se aliquod peccatum confessum, vel preces horarias dixisse, qua tamen, an fecerit, nescit. Quod declaratur & ampliatur nouissime & vtiliter. n. 76. & 77.
- 5. Opinio doctoris excusat.
- 6. Appellatio vere iniusta probabiliter tamen habita pro iusta excusat ab excommunicatione & irregularitate.
- 7. Scire quid, credere quid. n. 10. opinari quid. n. 11. dubitare quid, scrupulus, seu scrupulum habere quid. n. 13.
- 8. Scientia & fides, siue credulitas in quo differunt & in quo conueniunt. In quo item fides & opinio. n. 15. opinio item & dubitatio in quo. n. 16. & ideo hac quatuor contraria sibi esse mutuo, no autem scrupulus, idem. 20.
- 9. Certum nobis, quod credimus & scimus, incertum quod dubitamus, vel opinamur.
- 10. Hæreticus non est quis ob dubitationem subitam, siue sub repticia, saltem hæreticus mortaliter.
- 11. Opinio Scoti laudati declarata.
- 12. Certum quid significat in hoc capit. & quid incertum.
- 13. Certum & incertum nomina generalia variis de rebus dicuntur.
- 14. Restituere plus debet, qui nocuit rei productæ, quam producendæ, lucro qualito: quam quaerendo.
- 15. Precium rei litigiosæ ob dubium litis euentum minuit, & magis, quo magis est dubius.

- 29. Intellectus verus illius verficuli: Ad præsens oua. &c. & similia.
- 30. Bona temporalia maiora nemo, vt plurimū, tenetur minoribus præferre, quamuis possit.
- 31. Tutior pars in rebus agendis eligitor. consiliū est non præceptū regulariter, quod in vtroq; foro tenendum. n. 35. quæ conclusio differt ab illa: in dubiis pars tutior eligitor. 36. quæ semper est in vtroq; foro præceptū in casibus, in quibus id iura declarant. n. 41. Et quādo vera dubietas est in re mores, vel fidē tangēte catholicā. n. 42. & 46. Ergo no in grāmaticis. n. 43. no quoad disputationē. n. 44. Quod postremū in concionibus cauendū. n. 45. imo & in disputationibus & prælectiōibus. 46. & assuetudo id faciēdi mala. n. 47. Adde, q̄ habent. n. 57.
- 32. Opinio Panor. parum exacta, quæ tamen saluatur. n. 40.
- 33. Forum exterius duplex penitus exterius & mixtum.
- 34. Intellectus dicitur Innocēti in c. Ad audientiam. de homicid. parum a Panor. & aliis posterioribus intellecti.
- 35. Irregularitatis contrahendæ casus.
- 36. Tutio rem partem eligere non est præceptū in grāmaticis & aliis animā non tangentibus.
- 37. Dubietatis ratione non peccat, qui credit, quā sequitur opinionē esse veram, licet alio respectu frequenter peccet. 52. Nam & verā eligēs aliquando peccat. 51. excusatur autem, qui falsam sic & sic eligit.
- 38. Intellectus cap. 1. de hæretic.
- 39. Pœnitentis iudicio confessarius nonnunq̄ acquiescit.
- 40. Fidei ac morum error coarquatur.
- 41. Peccat, qui facit quod magis, vel æquæ putat esse peccatum ac contrarium eius. Imo & qui facit, quod magis putat, siue opinatur non esse peccatum. 58. non tamen qui credit aliquid, licere licet scrupulū habeat in contrarium. n. 64.
- 42. Peccatū euetus rei no auget nisi prauisus esset, vel p̄uideri debuisset.
- 43. Opinio Cæcellarii Pariliensis omissa.
- 44. Dubietatis, vel formidinis ratione tunc demū peccatur, quando illæ in specie & in ipsa operatione occurrunt: non tamen refert, an ex parte appetentiæ, vel ex parte rationis nascantur. n. 63.
- 45. Iustitiæ diffinitionis vera & clara interpretatio vbi.
- 46. Scrupulosus cōtra scrupulos frequēter & fortiter agere salubre, modo id faciat animo prius a dubio, licet non a scrupulis liberato. n. 78.
- 47. Confessarius pœnitēti cōtrarius in opiniōe absoluet ne ipsū absoluet.
- 48. Tolerare verbo plus, quam tolerare factō. (n. 67.)
- 49. Intellectus cōmunis. c. Quia circa. de cōsang. confutatur efficaciter, & verus ac germanus accomodatur. n. 73.



- 70 Matrimonium nullum non ratificatur sola dispensatione legitima superveniente  
 71 Monere nemo tenetur eum, qui peccat ob ignorantiam iuris, saltem humani, quod ipsum a peccato excuset, si tertium praedictum non vertit, imo aliquando monere malum esset. n. 72. Idem de ignorantia facti probabili. n. 73.  
 74 Peccati originalis expers fuit Virgo mater.  
 75 Medicus, qui non potest consulere quiddam aegrotum, potest ei dicere sine peccato se aliorum opinioni adherere posse.  
 79 Peccat alter frequenter propter dubietatem, ubi alter non peccat. Et ideo in rebus controuersis neminem facile damnandum. n. 80.  
 81 Dubitans non excusat superioris praedictum, si dubietatem cum credulitate non commutat.  
 82 Conscientiam, qui contra suam, vel animi dubietatem agit, legem transgreditur naturalem & quomodo id deducatur. n. 83.  
 84 Vxor de seruitute probabiliter dubitans etiam praecipiente ecclesia non reddit debitum.  
 85 Intellectus novus illius Aperti: omne, quod non est ex fide. & c. fin. de praescript.  
 86 Conscientiam contra suam etiam erroneam nemini, villo casu agere licet etiam praedicto praecipiente. n. 95.  
 87 Vxor non tenetur marito furioso reddere debitum, si mortem probabiliter timet corpoream, neque quoties timetur magna deformitas foetus. n. 88.  
 89 Bonam fidem dicitur habere, qui malam non habet.  
 90 Intellectus. c. Dominus. de secund. nupt. ab Adriano accommodatus confutatur. alius item coloratus confutatur. n. 93. tertius item coloratus ponitur. n. 99. sed confunditur. 101. quartus novus & verus. n. 102.  
 91 Conscientiae forum tangit. c. Inquisitioni. de sent. excoicatur. & etiam. c. Dominus. de secund. nupt. contra Adrianum. n. 92.  
 93 Dubitans an licite agit vnum e duobus contrariis, de quorum quolibet dubitat, an liceat: concludit non posse. n. 94. nisi prius deposita dubietate. 99  
 96 Dubietas animi aequae, ac conscientia erronea deponi potest. imo caeteris paribus facilius. n. 97. & ideo non excusat a praedicto superius implendo: licet illa durante non possit illud iuste impleri. n. 100.  
 98 Docere rudem facilius, quam docere verum eum, qui falsa est doctus.  
 103 Credere quis potest aliquid ad vnum effectum & non ad alium, quod septem probatur exemplis vsque ad n. 109.  
 110 Excommunicatum peccatorem, vel irregularem putare se, & quoad alia potest & non quoad alia.  
 111 Opiniorum grauium doctorum noua concordia.  
 112 Credere quis potest aliquam suam esse coniugem, quoad reddendum debitum, & non quoad exigendum, sed non contra, saltem iuste.  
 113 Re sua quis etiam abuti potest, quoad forum exterius, non interius.

- 114 Dubia in re superiori parendum quidem, sed nisi dubietate reiecta, saltem ad illum effectum non pareri iuste.  
 115 Conscientia dupliciter deponitur.  
 116 Intellectus. c. Inquisitionis. quoad vnum propositum, & quoad aliud, n. 117 & aliud. n. 122. & ad aliud. n. 125. & ad aliud. n. 126.  
 118 Sciens impedimentum matrimonii a dubitante super illo differt & non differt, & idem fere. 121.  
 119 Credens aliquid esse peccatum non potest illud iuste agere, etiam superioris praecipiente.  
 120 Conscientia erronea semper ligat, vnde ad sui depositionem, vel ad sui executionem  
 122 Sciens matrimonii impedimentum a credente illud differt & non differt.  
 123 Fides, vel credulitas sola voluntate perditur, licet non sola voluntate, sed adiuncto illi aliquo motiuo quaeratur. n. 124.  
 127 Intellectus. c. Laudabilem. vt lit. pend.  
 128 Conscientiam contra suam iudex nunquam iudicat, licet receptus videatur iudicem aliquando aliter iudicare secundum scientiam publicam, quam iudicaret secundum scientiam priuatam. n. 129.  
 130 Peccant iudices, qui ob opinionum varietatem dubitantes alteri parti gratificantur, vel pro fauorabili causa pronuntiant, nisi prius illa dubitatio de animo expellatur. 132.  
 131 Instrumentum pro dote praesumitur altero prius.  
 133 Iudicem non semper oportet credere ius esse parti, pro qua pronuntiat, sed satis est, quod credat pro eo pronuntiandum esse: quanquam, vt amico gratificetur vtrunque necessarium est. 134.  
 135 Conscientiae offensae, vel dubietatis animae exequuntur circumstantiae confitenda secundum Adrianum, imo non confitenda, saltem expressim. 136.  
 137 Miles quis & negociator licite fit.



**E**X hoc cap. intelligitur primo tria esse hominum genera, qui securi & de sua aeterna salute certi moriuntur: nempe qui a baptismo statim moriuntur, & qui a baptismo semper vixerunt innocentes, & qui post baptismum peccauerunt, sed sani poenitentiam egerunt. Quartum autem genus. scilicet eorum, qui post baptismum peccauerunt, & in vita finem poenitentiam distulerunt, parum securos & parum certos mori. Et quoad priora quidem tria hominum genera intelligi debet textus de certitudine ac securitate, quam iusta praestat fides, siue credulitas: non de illa, quam scientia & euidentis notitia. Quartum vero genus de illa incertitudine, quam suspicio vel opinio parit: non autem de illa, quam pura dubietas producit, iuxta quae in cap. Si quis positus. n. 20. latius dicta sunt. & quae docet gl. in l. De suo statu dubius. ff. de testament. l. illum esse. in aliqua  
 y ii re dubium

re dubiū, cuius animus in neutrá partem contradictionis inclinát. De quo abundantius infra eodem tractabitur.

### **Tertus. Tene certum, dimitte incertum.**

- 3 Colligitur secundo certa præferenda incertis & indubitata bona dubiatis. Facit, q̄ tutior in dubio pars eligenda est. c. Iuuenis. de sponsal. quod secunclū cōmunem opinionē habet in dubio præsumendū esse, q̄ sponsus tentauerit cognoscere sponsam, etiā septennio minorē, si eam habebat in domo traductā: quo impedimentū publicæ honestatis inter illū & sponsæ cōsanguineas inducatur. Facit. c. Ad audiētiā. de homicid. quod habet eū se debere putare irregularem, a quo percussus quis mortu⁹ est, si dubitat, an illius vulneris occasiōe mortē obierit. Is etiā, qui cū aliis percussit aliū, si nescitur, cuius ictu occiderit, irregularis est iudicandus. c. Significasti. 2. de homicid. Facit. c. Sicut. 14. d. Et qđ in re dubia certa nō fertur sententia. c. Graue. 11. q. 3. Facit ille vulgaris adagio: Vtilior est in manu passer, q̄ vultur volans. Et ille apologus A Esopicus, quo ridetur canis relinquēs frustū carnis, quod ore gerebat, vt vmbra illius, quæ maior in flumine videbat, caperet. Facit. l. Cum hi. ff. de transact. adiuncta gl. 1. q̄ habet: Ad præsens oua cras pullis esse meliora. Et illd̄ Claudiani: Omne futurū despiciē suadentq; præsentia fructum. Facit & ille alter adagio Hosti. Fugiēti ponsar gēteus. Quia vtilius est, licet gloria minor, vincere sine pugna, cuius varius est euentus. 2. Reg. 11. Facit & illud Ecclesiast. 3. Qui amat periculum peribit in illo. Per quod cōmunis opinio habet eum, qui facit aliquid de q̄ est dubiū, an sit peccatū mortale, nec ne mortaliter peccare secūdū Tho. receptum Quolibet. 8. art. 13. Vnde cōmunis opinio in Quarto dist. 17. docet teneri quem ad cōfitendum peccatum veniale, quando dubitat, an sit mortale, nec ne. Facit, q̄ qui scit famā esse de se, q̄ excōicatus est, debet se excōicatum putare. c. Illud. de cleric. excō. ministrāte. Fortissime vrget, qđ Tho. in illo articulo. 13. expresse ait eum, qui sequit̄ opinionē magistrorū peccare, si eorū opinio falsa esset. Quia se (inqt) piculo cōmittit peccādi.
- Contra tamen hæc facit. c. Ex literis. de probationi. & c. Cum sint. de regul. iur. lib. 6. quæ habent in dubio pronunciarí pro possessore. Secundo facit, q̄ Innocent. receptus in. c. Ad audientiam. de homicid. in fine dicit neminē in dubio esse iudicandū irregulārē. Facit illud singulare Thomæ a Vio in verbo Cōfessionis. c. cōditio scrupulosum, qui nescit, an aliquod peccatum fuerit confessus anno superiore, si mediocrē diligentia tunc adhibuerit, debere & posse credere se fuisse illud confessum, quod ipsum repetit in verbo Scrupulosorum. Facit & illud Maioris in Quarto. d. 12. q. 7. col. 2. eū, qui cœpit preces horarias, quas laudes vocāt pronūciare & cōtēplatione diuinorum, vel aliorū raptus aduertit se verum postremū illarū pronū-

pronūciantē, nec recordatur, quæ intermedia pnūciarit, posse & debere credere se omnia illa pronūciasse, si ea memoria teneat & solitus est sine libro integra dicere. Facit gl. singularis, q̄ secūda est. c. Capellan⁹. de feriis. quæ habet non esse peccatū adhærere opinioni, q̄uis illa esset falsa, quando sunt contrariæ doctorum sententiæ. Quæ gi. multis cōmendatur & in his. Alexandro consil. i. 2. volumi. Facit gl. memorabilis, quæ pen. est. c. Solet. de sent. excōic. lib. 6. quæ habet eum, qui post appellationē excōmunicatus celebrat, si fidit appellationi, secure celebrare, etiam si forte appellatio ipsi⁹ non erat legitima, sed ipse putabat esse legitimā, neq; incurrit irregularitatem, licet postea constet illum fuisse iuste excōmunicatum secūdū Peru. sinū ibi & Pan. in. c. Pastoralis §. Quia vero. col. 4. de appel. Facit, q̄ in dubio miles sub principe suo iuste belligeratur & iuste occidit hostē. c. Quid culpatur. 23. q. 1. Postremo facit, q̄ dubia in meliorē partem interpretamur. l. Merito. §. Pro socio. & c. 2. de regul. iur. Tandē facit, q̄ nisi hanc partem teneamus mille opiniones ad salutē necessarias iam pridē receptas, quibus tota vtitur ecclesia, explodere oportet ab ea. Recepta enī est a Richardo & ab aliis, vt plurimum opinio Thomæ in Quarto. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 3. non teneri quem statim post lapsum in peccatum mortale illud ore coniteri sub noui pœna peccati. At contra tenuit ibidem Diuus Bonauētura, quem aliqui sunt sequuti. Constat autem hanc posteriorem opinionē esse tutiorē. Ergo si tutior est tenēda, priorē, qua fere tota vtitur ecclesia, explodere oportet. Beatus item Raymūdus in Summa tenuit cōmunicare excōmunicato, etiā extra sacra peccatū esse mortale. At Thomas in Quarto. 18. d. receptus ab aliis ibidē & a Io. And. Pan. & cōi in. c. Sacris. de his, q̄ vicitur cam cōicationē regulariter esse veniale peccatū. At constat tutiorē esse Raymundi sententiā. Recepta est etiā, vt plurimū opinio Thomæ de nō cōfitendis necessario circūstātiis oibus, sed tantū illis, q̄ numerū, aut speciē mortalis peccati mutāt, vel augēt, vt supra in. c. 1. dist. 5. annotatio. prima dixim⁹. At constat tutiorē esse alterā opinionē. Ergo vel nō sūt sempeligēda tutiora, vñ mille veras easdēq; receptas sentētias sum⁹ ab ecclia exploduri.

Quo hæc omnia cōcilient, dicēdū arbitror primo aliud esse scire, aliud credere, aliud opinari, aliud dubitare, & aliud scrupulū habere. Scit, qui veritatem visu perceptā in mente retinet gl. mihi sing. in. l. 2. §. antep. ff. de aqua pluuiā. arcend. Per visum autē in hoc proposito intelligendus est oīs sensus. Quod sentit Bartol. allegando illam gl. in. l. 1. col. 2. ff. de interrogat. action. ab oibus receptus. Ego autem intelligo etiam visum interiorē aīæ: siue ille fiat per argumentationē scientificā & demonstratiuā, q̄ scire facit, l. Scire. ff. de legib. & docet Aristot. receptus in libris Posteriorum. siue id fiat per notitiā intuitiuam mente sola sine sensu perceptā, qualem Beati de deo suo habent, qualem damnati de sua pœna, qualem & anima

- 10 carcere hoc inclusa de se suisq; multis actis secundū quæ omnestradunt in prologo Sentētiarum<sup>F</sup> Credere autē est firmiter adhærere alicui iudicio: non eo, q; vidit, sed ob aliorum relationē secundū Bartol. ibidem ab omnibus receptū. Quod etiam satis sentit gl. in d. §. antepen. Cui tamen diffinitioni addendum est propter proxime dicta: Neq; ideo adhæret, q; argumentatione demonstratiua, vel mentis intuitu a visu corporeo & aliis sensibus semotis percepit<sup>F</sup>. Opinari vero est adhærere vni parti contradictiōis non tamen firmiter, sed cum formidine, ne pars altera sit vera. Facit gl. prædicta & gl. in l. Si duo. §. pen. ff. vti possid. Tradit Bartol. in l. Admonēdi ff. de iureiur. n. 21. <sup>F</sup> Dubitare vero est animū applicare ad plura & nihil eligere gl. recepta i. l. De statu. ff. de testamēt. & in rub. ff. de iuris. & fact. quæ
- 11 bus semotis percepit<sup>F</sup>. Opinari vero est adhærere vni parti contradictiōis non tamen firmiter, sed cum formidine, ne pars altera sit vera. Facit gl. prædicta & gl. in l. Si duo. §. pen. ff. vti possid. Tradit Bartol. in l. Admonēdi ff. de iureiur. n. 21. <sup>F</sup> Dubitare vero est animū applicare ad plura & nihil eligere gl. recepta i. l. De statu. ff. de testamēt. & in rub. ff. de iuris. & fact. quæ
- 12 cubitationem appellauit titubationem<sup>F</sup>. Adde, q; aliud est scrupul<sup>9</sup>. Est enim habere argumētū, vel apparentiā aliquā contra id, quod vel scit, vel credit opinatur, vel dubitat secundū mētem Cancellarii Parisiensis in tit. de regul. moral. qui est primus secundæ partis operum eius col. 2. Et tradit Adrianus Quolibeto. 2. fol. 28. pagina. 2.
- 14 Ex quibus infertur scientiam & fidem, siue credulitatē conuenire in eo q; vtraq; est certa & firma sine vlla vacillatiōe. c. Firmiter. de sūma Trinit. Differunt tamen, q; scientia est clara, quippe quæ ex visu, vel alio sensu, vñ alio mentis intuitu manat & ita est clara. Fides autem obscura, quippe quæ ex auditu est. Quod eleganter explicat Paulus ad Corinth. 13. cū ait: Videmus nunc per speculū & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. quasi diceret vir spiritu Dei plenus: In hoc sæculo fidē, siue credulitatē habem<sup>9</sup> certam quidē notiā, sed obscuram: tunc autē in alio sæculo scientiam habebimus eorum, quæ nūc credimus. Quia tunc videbimus, quod nūc audimus. Facit. c. In domo. de penit. d. 4. iuncta gl. 7. quæ citat illud Gregorii. Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.
- 15 Infertur<sup>F</sup> secūdo, q; credulitas & opinio conueniunt in eo, q; vtraq; obscura est. At differūt, quia fides, siue credulitas certitudinē habet & firmitatem: opinio verò incertitudinē & infirmitatē. Quod docet Bartol. in illo n. 21. & probare videtur textus in l. 3. §. Eiusdem. ff. de testib. in illis verbis: Quid cui credas, aut parum probatū opineris. Et noster pater Augustin<sup>9</sup>
- 16 in lib. de mendacio col. 1. docet<sup>F</sup>. Opinio vero & dubitatio cōueniunt quidem in vacillatione & infirmitate: differunt autem, q; opinio magis adhæret vni parti, quam alteri, dubitatio vero minime.
- 17 Ex quibus infertur tertio<sup>F</sup> hæc quatuor sibi mutuo esse contraria, neq; in eodem posse considerare subiecto. Scrupulus autē, quia non est iudiciū, sed potius apparentia & argumētū cōtra iudiciū, vel pro iudicio, concurrere posse cū quolibet eorum quatuor. Quod magis apparebit ex his quæ in septimo dicto infra ponentur.

Infertur

Infertur & quarto<sup>F</sup> quod scitur, vel creditur, certum esse, quoad scientē 18 vel credentē: quod vero in opinione sola est, vel dubitatione incertū: scrupulum autē neq; tollere, neq; addere certitudinem, vel incertitudinē, sed solū sollicitare mentē, quo vel iudiciū conceptū exuat, vel nouū induat. Quinto infertur in hoc cap. dici certū non solum, quod scitur, sed etiā, qd creditur, vel quod credi a viro prudente debet.

Contra hæc tamē omnia facit, q; Io. And. & Pan. recepti dixerunt in. c. 1. de hæretic. cum dici dubiū in fide, qui contrarium eius, quod dicitur fides, credit firmiter, vel pertinaciter: non autem illū, qui in tali dubitatione nō perseuerat. Ergo dubitatio cū fide ac credulitate considerare potest. Et Scotus in. 3. d. 2. dixit fidē non excludere omnē dubitationē: sed dubitationē vincētē & trahentem in oppositū credibilis. Qui etiā in dist. 24. dixit notitiam prophetarum ideo fidem certiore[m] fuisse: quia hæc aliquam admittit dubitationem, illa vero nullam.

Ad horū primum respondeo Io. And. & Pan. dicta reducenda esse ad intellectum prædictum, vel verius intelligēda esse<sup>F</sup> de subita & surreptitia 19 dubitatione, quam fides catholica satis admittit, quoad hunc effectum, vt non dicatur hæreticus mortaliter, vel infidelis, cui contingit illud. Et hanc esse illorum mentē constat ex his, quæ in illo cap. primo ipsi de primis motibus dicūt. Non autem sunt vera, quantum ad hoc, vt vno eodemq; momento actuale[m] fidem quis habeat vnius conclusionis & dubitationē etiā actualē eiusdē. Quia secundū Hugonē de. S. Viēto. lib. 1. de sacramēt. parte. 10. q. 2. Fides est certitudo animi de reb<sup>9</sup> absentibus supra opinionē & infra scientiā constituta. Certitudo est, quia, vbi adhuc dubitatio, ibi fides nō est. Et iterum ibidem ait: Plus est fide stare, quam mutari existimatione. Et Augusti. 8. de trinitate. c. 5. vult in iis, quæ sunt fidei, nō esse licitū dicere, forte, quia dubitationē importat. Vnde ait salua fide licet dicere: forte virgo Maria talem faciem habebat. Forte autem de virgine Maria nat<sup>9</sup> est CHRISTVS remosalua fide GHRISTiana dixerit, Colli- 20 gitur etiam ex Bartol. in l. Admonēdi. ff. de iureiur. n. 25. <sup>F</sup> non solum dubitationē, sed neq; suspiciōē, neq; opinionē de vno concurrere posse cum credulitate & fide oppositi, imo neq; de eodem haberi opinionem & fidē. Sed hac veniente illā cessare. Quod crudite sensit Iurisconsultus in illa. l. 3. §. Eiusdem. ff. de testib. in verbis supra relatis Dicta vero illa Scoti ita sūt accipiēda, vt non putemus virum, cuius animi subtilitatē & acrimoniam 21 iure mireris, tam crasse putasse, vt sentiret fidē & dubitationē eiusdem simul in eodē intellectu posse considerare, sed solum credidisse fidem eius, qd est credendū cum dubitatione modi, quo id debeat intelligi, frequenter cōuenire. Sicut dicit Ambrosius illud Mariæ ad Angelum: Quomodo fiet istud? Non fuisse verbū dubitatis, sed modū inquirentis eius, qd credidit.

y iiii Reue

Reuelatio autem prophetarum ita manifesta erat, vt neq; in dicto, neq; in modo illius intelligendi vllam relinqueret dubitationem. Et ita declarat Scotum Adrianus Quolibeto. 2. fol. 29. pag. 2. f.

Ex quibus omnibus habetur certum in text. nostro accipi pro eo, quod scitur, vel creditur probabiliter: incertum pro eo, quod dubitatur, vel est in opinione tantum. Nam & Latinis certū a cerno, quod est video dicitur, clarum & indubitatum est.

Ex quo iterum infertur certum non accipi in hoc capit. pro tali & tanto constituto. i. pro re determinata in quantitate & qualitate, vt capitur in l. Certū. ff. de rebus creditis & in l. C. de sent. q̄ pro eo, quod interest prof.

Secundo dicendum est certum & incertum generalia nomina esse variisq; de rebus dici & tam de malis, quam bonis. Et ideo textum nostrum intelligendum esse in bonis tantum, vt sit sensus: Certa bona & clara & indubitata ne deferas pro dubiis & obscuris. Non autem est intelligendus in malis. Cum enim certa ceteris paribus, vt mox dicemus, maiora sint incertis: & consequenter mala certa maiora sint malis incertis: et de duobus malis minus sit eligendum. c. Duo mala. 3. dist. Consequens est incerta mala potius eligenda, quam certa.

Ex his duobus dictis infertur primo. Non solum certa bona incertis preferenda: sed etiam certiora minus certis. i. bona scita & quæ videntur. Probatur quoniā per ea, q̄ scripta sunt in primo dicto, quod scitur, licet in certitudine cōueniat cum eo, qd̄ creditur, tamē in claritate differt. Et quia clara sunt obscuris preferenda, ideo, quæ videmus bona veluti indubitata & clara preferre debemus creditis. Quæ licet indubitata sint, non tamen clara & visa, & ideo ceteris paribus minora. At constat minora bona postponenda maioribus. c. Non mediocriter. de consecr. d. 5.

Secundo infertur textum nostrum procedere etiam in fortunæ bonis, vt consiliū prudentiæ sit, ne certa pro incertis omittamus. Quod confirmant adagiones in argumēto allati & ratio manifesta ostendit. Non enim valet ceteris paribus tantum, quod incertum est, quantum, quod certum. Vnde & singulariter Thomas determinauit in secūda. Secūda. q. 62. art. 4. f. lōge differre an lædas aliquem in eo, quod iam habet quæsītum: an in eo, quod sperat querendum, cuius acquisitio multis de causis impediri potest. Pro quo casus optimus in l. Quemadmodum. §. Item labeo. ff. ad l. A qui. Facit. §. Illud quæsītum. Institut. de rerum diuisio. Ex quo infert eum, qui alterius satis nocuit forte illa effodiendo, non teneri ad restituendum omnem illam fructum, quem ex illis sperare licebat. Sed neq; illum, qui alterius pecuniam vltra terminum præstitutum detinet, ad soluendum tantum teneri quantum ille lucrari potuisset. Quia non tulit lucrum quæsītum, sed querendum.

Tertio

Tertio infertur, quæ diximus in duobus proximis corollariis, intelligenda esse. Quando certum & incertum paria sunt, vel quando nō adeo incerti magnitudo certum superat, vt ipsius spes apud virum prudentem certum vinceret. Nam tūc, si nil aliud obstat, prudenter cōmutatio fiet. l. Si iactū retis. ff. de actio empti. Et prudentia est vendere mēse Octobri frumētum, quod in mēsem Maium seruatorus eras Maii precio illius mēsis incerto, quam minori Octobris certo. c. fin. de vsur. Et imprudentiæ fuerit multa, quæ spero in futurum, alimenta eo nomine tantum incerta, q̄ incertum est me victurum, remittere modico, quod nunc offertur certum. l. Cum hi. ff. de transactio. Nam & secūdam veriorē opinionem restitutioni propter deceptionē vltra medietatē iusti precii locus est etiam in transactionibus iuxta. l. 2. C. de rescindend. vendit. & c. Cū dilecti. de emptio. f. Non quidē cōsiderato rei, super quo litigatur precio: sed tantum determinato, quātō minoris valet propter liti illius euentum magis, vel minus dubium secūdam Bartol. in illa. l. 2. Panor. Imolēs. & Burgenf. in. c. Cum causa. de emptio. contra glos. postremā illius capit. Quod latius tradunt nouissimi rep. in illa. l. 2. extens. 10. Et bona, quæ non videmus, sed credimus: & quæ non habemus, sed speramus alterius sæculi, preferenda sunt his, quæ habemus & videmus huius sæculi iuxta illud ecclesiæ catholicæ: Sic transeamus per bona temporalia, vt nō amittamus æterna. Quod quia (proh dolor) multi male seruam⁹, ideo a Gregorio appellamur hui⁹ sæculi dilectores, in terrenis fortes, in cœlestib⁹ debiles. c. Oēs. 47. dist. & lōge absum⁹ ab illis altibus, q̄ dum gratiā internæ pinguedinis percipiūt, æternis desideriis inites, quasi cōtēplatiōis pēna se ad sublimia subleuāt. c. Cū in lege. 23. q. 4.

Nō obstat ille versicul⁹: Ad præsens oua cras pullis sūt meliora. Quia neq; verum continet, neq; id affirmavit Accursius: sed q̄ ita parū prudentibus videtur. Nam & illud Claudiā. Omne futurum despicitur suadetq; præsentia fructum. non est ita intelligendum, vt ita debeat æstimari: sed q̄ ita fere ab omnibus fit. Nam & quod dolendum est, gaudia illa summa & æterna Paradisi voluptatū minimæ ac temporariæ nōnunq̄, quæ nostra stulticia est, postponimus. Et contra parum pœnæ temporariæ illi æternæ tartarorum ac maximæ, quæ nostra est demētia preferim⁹. Quia, vt Claudianus ait. Omne futurum despicitur, tametsi despici non deberet. Non enim quid fiat, sed quid fieri debeat, attendendū est. c. Cū causā. de electō.

Quarto infertur textum hunc regulariter cōtinere consiliū non præceptum. Et quidē, si generatim illum quoad omnes materias capias, satis supra probatū est. Et adde, q̄ regulariter nemo tenetur, q̄uis possit, temporalia bona maiora relictis minoribus sectari & quærere. Imo ea omnia despiciere simul & abiicere consulit ipse consultorum maximus & optim⁹ IESVS. Matth. 19. Si vis perfectus esse, vade, vède omnia & da pauperibus

ribus & sequere me. Et tradit Thomas secūda Secūda: q. 186. art. 3. Quia & solitudine illorum habēdorū nos voluit esse vacuos. Matth. 6. Nolite solliciti esse. &c. Facit. c. Monachi. & c. Cū ad monasteriū. de stat. monach. Consilium igitur prudentiæ, non præceptū est certa bona temporalia pro incertis eligere. Dixi regulariter. quoniam nōnunq̄ præceptum est. quādo .s. quis nisi hoc faceret, periculo mortis pbabili se, vel suos obiiceret arguimento. c. Pasce. 26. d. & illius Apostoli. 1. ad Timoth. 4. Qui suorū & maxime domesticorum curā nō habet, fidem negat & est infideli deterior. Qd̄ citat Ambrosi⁹ in. c. Sicut hi. col. 3. 4. 7. d. Et Archid. in. c. Animaduertēdū 22. q. 2. dicebat etiam eum, qui iurauit, vel operas suas alteri non locare, vel feudū ab alio nō accipere, debere id facere, si se vel suam familiā non posset aliter alere. Adde itē. qd̄ multa sūt bona spiritualia certa, q̄ tñ pro incertis omittere licet, quando vtrūq; consultitur & neutrum præcipitur. Certiora enim sunt bona religiōis & bona castitatis, quam bona vitæ secularis & matrimonii Clem. Exiui. de verb. signific. in princip. c. Nuptiæ. 32. q. 1. Tradit Thomas secūda Secūda: q. 184. At licet illa ei, qui nondum est voto astrictus, relinquere propter ista. c. Integritas. 32. q. 1. c. Gesta. cum. gl. 74. dist. Si autem speciatim ad casum, de quo autor loquitur, textum referas, Fidem videtur dicendum iure diuino attento. Nam, & si pœnitere peccati mortalis ante vitæ finem optimum fuerit consilium & longe saluberrimum omni affectu amplectendū: tamen, vt id faciamus nullo cautē præcepto diuino iuxta illos, quos in summa supra. d. c. sequuti tenuimus lapsum etiā in peccatum mortale non teneri sub noui peccati pœna ad conterēdū illud statī: Sed neq; ad illud v'q; tempus, in quo vel moriendi, vel aliquod sacramentum sumendi necessitas ad id hominem adigit.

33 Quinto infertur F iure humano attento prædictā nostri capituli sententiam præceptum cōtinere si ante vitæ finem Pascha incideret. Quoniā tunc pœnitētiæ ac eucharistiæ sacramenta necessitate præcepti sumuntur. c. Omnis. de pœnit. Imo & olim Augustini tēpore præceptum cōtinebat, si ante vitæ finem natale Domini, vel Pentecoste incidisset. Quia Fabiani præcepto, quod Augustini tempora longo interuallo præcessit, statutū erat vt his saltem festis CHRSTIANI omnes cōmunicarēt. c. Et si non frequentius. de consecrat. d. 2.

34 Sexto infertur per hunc textum minime probari teneri nos, sed tantū consilio regulariter ad eligendum in rebus agendis tutiorem partem, nisi aliud ad id nos vrgeat præceptum. Infertur autem in hūc modum: Nam, omnia iura, quæ habent in rebus agendis partem eligendam esse tutiorem significant qd̄ partem illam eligamus, quæ animæ vtilitati est certior. At supradictū est consiliū tantum esse ēt in spiritualib⁹, vt certiora minus certis præeligamus. Ergo cōsiliū tātū & nō præceptū fuerit tutiorem partē eligere.

Septimo

Septimo<sup>f</sup> infertur minus exactam esse illam differentiā, quam in hac re Pan. n. 2. cum cōmuni inter conscientiæ forum & exterius facit in. c. Ad audientiam. de homicid. dicēs dictum illud: Tutior pars est eligēda. locū habere in interiori foro nō autem exteriori, & ita intelligendum Innocentium ibidem dum in finalib⁹ verbis ait in dubio iudicandum non esse quē irregularē. Qd̄ autē hæc differentia minus perpensa sit, ostenditur primo. Quoniam illud dictum in neutro foro de præcepto est verum: sed tātum de consilio per supradicta. Ergo in neutro est necessario seruandū. d. c. Deniq; sub finē. 4. dist. c. fin. 14. q. 1. Ostenditur & secūdo. Quia Panormi. vir alioqui oculatissimus parificat illa duo<sup>f</sup> in dubiis eligēdum esse, quod certum est, & in rebus agēdis partem eligendā esse tutiorem. Quod cōstat esse falsum per supradicta. Quoniam etiam in rebus indubitatis altera pars potest esse tutior & animæ vtilior. Et ita generalior est illa conclusio: Tutior pars est eligenda. quam illa: In dubiis certum est tenendum.

Quæstionē tamē pulchram arbitror esse: an vera sit differentia Panormiæ in rebus dubiis, qd̄ .s. in foro interiori pars sit eligenda tutior: in foro vero exteriori pars inerior. Et qd̄ non sit vera facit primo, qd̄ regulariter pœnitētiæ forum & exterius parificatur. c. Vt animarum. de constitut. lib. 6. c. Cum quidam. de iureiur. At nulla vrget hoc casu ratio, nullus textus, non dictum Innocentii, quo ille nititur, vt mox ostenditur. Ergo non est differentia ponenda. Secundo facit, qd̄ c. illud Ad audientiam. in foro exteriori loquitur. Legis enim in ipsius initio: Ad audientiam postolatus nostri peruenit. Et postea in parte. 2. legis: te cōuenit iniūgere presbytero memorato. At tamen ibi Clemens. 3. ideo ait illum iudicandum irregularē, quia in dubiis pars est amplectenda tutior. Ergo etiam in foro exteriori iudicāndus est quis irregularis in eo dubio, in quo talis iudicaret in foro interiori. Tertio facit. c. Significasti. 2. de homicid. quod etiam in foro exteriori videtur loqui, & in re dubia ibi censetur irregularis. Et difficile videtur dare vllum casum, in quo ceteris paribus, hoc est, si tot & talia probentur in foro exteriori, quot & qualia foro interiori constant, non iudicetur irregulares in foro exteriori, qui tales in interiori iudicari debent.

Non obstat, si dicatur illa duo capit. Ad audientiam & Significasti. 2. nō procedere in foro exteriori, F quod penitus est exterius. s. & contentiosum, vbi accusator, vel denunciator interuenit: sed in foro exteriori, quod non est contentiosum, sed quiddam mixtum ex interiori, vt post alios ait Feli. in illo. c. Ad audientiam. Non (inquam) hoc obstat primo, qd̄ nulla est ratio, quare aliud statuamus in foro penitus exteriori & aliud in illo foro mixto: in hoc saltem casu, cum nullibi hoc reperiat expresse. Secūdo, quod probatis in exteriori penitus foro his, quæ in illis capitulis fuere probata, in illo mixto æque iudex pronuncialet irregularē. Et dubio procul in illis casibus

casibus & illi similibus iudex exterior æque pronunciare teneretur irregularis esse illiusmodi percussores, sicut in foro conscientiae, vel alio mixto. Quarto facit, quod illa ratio decidendi posita in illis duobus textibus. scilicet in dubiis tutiorem partem eligendam esse, etiam in foro exteriori locum habet. Quod probat. c. Iuuenis. de sponsal. & iura in illius. gl. citata. Cur ergo & decisio locum non habebit?

Non obstat, quod Pan. & post eum communis opinio contra teneat. Quia illa ideo est communis, quod alius post alium ita dicere Innocentium credidit. Ille autem non illud, sed longe aliud & sua eruditione dignius ait. scilicet pro his, qui in casibus dubiis asserebant iudicandum non esse irregulares, facit quod irregularitas est iurepositiuo & non diuino inducta. Hæc sunt verba Innocentii. In quo illorum me rogo, inter fora illa tagit differentiam? Nonne ratio illa, irregularitatem iure humano & non diuino inductam, æque in altero foro, sicut in altero militat? Immo, si rem satis perferas, magis facit (ut parcius dicam) quæ in conscientiae foro irregularem, quam in foro exteriori. Quoniam iura humana rarius in foro interiori, quam exteriori ligant. c. Is qui. c. Tua. de sponsal. gl. in c. Fraternitas. 12. q. 2. cum aliis similibus. Et in specie frequentius quem in foro exteriori irregularem iudicari, quam in foro interiori late concludit Cancell. Parisien. 2. parte tractatu. Quidam. fol. 187. Opinio autem & differentia Pan. saluari possit in eo casu, in quo res adco esset dubia, ut fundamenta vnius partis alterius argumentis non prestarent. Sed rem in æquilibrium ita poneret, ut iudex, vel is, cuius de conscientia tractatur neutri parti plus adherent, quam alteri. Tunc enim per ea, quæ post hac dicam putare quis se debet in conscientiae foro irregularem, & qui ab eo consultaretur, idem ei consulere deberet. At iudex in foro exteriori neminem deberet, ut tale castigare. Diuersitatis ratio sit illa, quod, ut postea dicemus, nemo se peccandi periculo exponere debet, neque alteri consulere, ut illi se exponat. Et iudici conuenit potius absolueri nocentem, quam condemnare innocentem. l. Absentem. ff. de penis. Sæsus autem clarus & indubitatus verborum Innocentii ille est, quod nemo est iudicandus irregularis, nisi quibus casibus id exprimitur iure. Quod etiam habetur in. c. Is qui. de sent. excoi. lib. 6. Ratio huius dicti est. Quia omnis irregularitas iure humano est inducta. & ideo, in quocumque foro indubio casu dicendum est in illo non incurriri irregularitatem. Quia, ut illemet subiicit, pœnæ sunt molliendæ. c. Pœnæ supra. d. 1. Itaque non est mens Innocentii dicere, an quis in dubio sit iudicandus irregularis, nec ne in casu, in quo non est dubium irregularitatem incurrat. Sed eius mens est dicere in eo casu, de quo dubium est, an sit vnus eorum, in quibus irregularitas incurratur, iudicandum non esse. Verbi gratia: Dubium erat olim, an celebrare in loco polluto esset vnus de casibus, in quibus irregularitas incurratur. Et in hoc dubio iudicandum fuit non esse, ut iudi-

ut iudicatum fuit in. c. Is qui. de sent. excomu. lib. 6. Illud autem videtur certum sine vlla exceptione tam in foro conscientiae, quam exteriori in dubiis 41 vi præcepti partem eligendam esse tutiorem in omnibus illis casibus, in quibus id faciendum iura præcipiunt, ut in. c. Iuuenis. de sponsal. & in illis. c. Ad audientiam. & c. Significasti. & aliis similibus.

Septimo addendum illud: In dubiis tutiorem partem eligendam, etiam 42 extra casus, in quibus id faciendum iura expriment, duobus concurrentibus esse præceptum. Alterum est, quod casus ille dubius rem tangat animæ salutis necessariam: alterum, quod res vere sit dubia. Exemplum potest delumi ex Thoma quotidianum in Quolib. 2. art. 13. de illo, quod plures præbendas obtinet existens dubius vtra opinionum contrariarum, quæ in hac re versantur, sit vera.

Octauo infertur ex hoc proxime dicto & aliis eum, qui in Grammaticis 43 & aliis artibus liberalibus opinionem minus tutam eligit, non peccare arg. c. Quamuis. 38. d. Et facit. c. Si quis artem Grammaticam. 37. d. Quod affirmavit Thomastertio Quolib. art. 10. In qua materia dicit esse locum illi Pauli ad Romanos. 14. Vnusquisque in suo sentu abudet. & habetur in. c. Vtinam. 76. dist.

Nono infertur neque illos peccare qui in agendis, aut credendis sola 44 disputationis gratia partem eligunt minus tutam. Quod frequens est in scholis. Quia disputando hoc, vel illud exercendi animi causa defendere vel reprobare animi salutem minime tangit. Hinc nostri doctores soliti sunt dicere: A tali opinione in iudicando & consulendo non est recedendum, in disputando autem recedi potest & defendi facile contrarium. Quod tamen intelligendum est primo, nisi ea disputatio pro qualitate loci, temporis, materia, aut personarum scandalo esset puillo CHRISTI gregi argu. c. Nihil cum scandalo. de præscrip. & c. 2. de oper. noui nunci. & Matthæi. 18. vnde illa desumpta fuerunt. Qua propter concionatores illos a peccato non excuso, qui quo suam, quam forte non habet, eruditionem populo venditent, in suggestis opiniones falsas defendunt monitione tamen præmissa, quod id gratia disputationis faciunt. Fateor autem hoc peccatum contingere, non quia in re dubia pars minus certa eligatur: sed alio respectu, nempe, ob scandalum. Quod frequenter actiones etiam bonas inficere solet per iura prædicta. Quod ipsum fere arbitror dicendum de his, qui partem falsam multis corroborant 46 argumentis. Quoniam pro ingeniorum & negociorum audientium varietate alii dormiunt, alii excunt, alii parum sunt attentum. Et frequentissime contingit a multis falsa quidem intelligi, vera autem non percipi: vel quia non audiuntur, vel parum aduertuntur. Eiusdem fere generis videtur esse disputationes aliquot & prælectiones coram magna audientium & eruditorum corona factas, imo & lectiones in auditorio scholasticorum frequentissimo habitas. Expertus enim sum Salmaticæ cum ordinarie decretum interpretarer in audi-

auditorio octingentorum circiter scholasticorum complures eorum a lectione affirmare me dixisse omnino contrarium eius, quod asseueraram, imo & scripsisse oppositum penitenti eius, quod ipse dictaram, & alii propiores & eruditiores scribebant. Tantum in auditoriis frequentibus, praesertim illis, quorum magna pars est rudium caute loquendum & docendum est. Id quoque  
 47 praefectores nouitios omnes moneo ne se ob ostentandam eruditionem nimium falsis opinionibus sustentandis etiam gratia disputationis assuefaciant. Quoniam ille habitus adeo postea daemone vires ipsius augente ad talia defendenda inclinat animum, ut non raro verum postea videat, quod est falsissimum. Quod & tale dixisset ipse, nisi ea se consuetudo excicaret. Quod arbitror in causa fuisse, quare multi nostrorum illustri eruditione viri posteris negocium fecerint ad veram deligendam opinionem non paruum.

Decimo infertur cum non peccare ratione dubietatis, qui de duabus  
 48 opinionibus alteram eligit eo, quod bona fide credit esse veram. huiusmodi enim homini res illa non dubia est. Nam dubitare dicitur ille, cuius animus se applicat ad diuersa & neutrum eligit. gl. recepta in l. De testatu. ff. de testa. & in rubr. ff. de iuris. & fact. igno. quod dubitationem appellauit titubationem. quod cum aliis in primo dicto allata fuerunt. Et Bartol. in l. Admonendi. ff. de iure iur. n. 21. aiebat iudicis animum tunc esse dubium, quando pro neutra parte habet, vel suspicionem. Is autem, de quo loquimur, animum eius alteri opinioni adeo applicat, ut eam credat esse veram. Ergo non est ei res dubia.  
 49 Facit, quod dubius quidem in fide infidelis est. c. Dubius. de haeretico. At, qui iudicio pleno omnia fidei catholicae vera esse credit, quamuis aliquando scrupulum aliquando moueant argumenta contra illam occurrence, non ideo est infidelis secundum And. & Panor. communiter receptos ibidem. Sed neque is dubius est in fide, vel infidelis, qui quoties iudicio pleno aduertit omnia credenda credit: quamuis haeresis nonnunquam surreptitia ipsius mentem veluti furtim inuadat. Quod pulchre de clarat Maior in 3. dist. 29. q. 4. col. 3. Igitur qui de duobus opinionibus alteram eligit & eam bona fide firmiter credit, non dicetur dubius in illa.

Hanc vero illationem non ita intelligo, ut excusandus mihi videatur a peccato is, qui quomodolibet quamlibet opinionem sibi deligit & eam credit esse veram: sed solum illum, qui in materia, in qua non est vllum scripturae testimoniū apertum, neque haecenus est ecclesiae autoritate declarata. Primo, quia scriptum est Mathaei. 18. Si cecus caeco ducatum praestet, ambo in foueam cadent. Et habetur in c. Quae ipsius. 23. dist. Quod tamen verum non esset, si omnis, qui alteram de duabus opinionibus credit esse veram, ea utens excusaretur. Secundo facit, quod Thomas ille doctus ac pius aiebat in illo Quolibeto. 2. art. 10. eum qui magistri opinionem in his, quae ad fidem & mores pertinent, sequitur, non excusari, quando id est contra

mani

manifestum scripturae testimoniū, vel contra id, quod publice tenetur secundum ecclesiae autoritatem. Facit etiam, quoniam alioqui (ut ille ait) excusaretur a peccato, qui impientissimi Arii & Nestorii haereticarum dogma sequuti fuissent. Quod nemo non abominetur. Adde, quod arbitramur nonnunquam peccare illum, qui veram eligit opinionem & exiit falsam, quando videlicet eam temere dimittit, quam probabiliter credebat esse veram. Quod erudite, ut alia, sensit Cancellarius Parisiensis de natura & quali. conciet. col. 9. fol. 169. 2. partis. Quamquam credimus praedictos errantes & temerarios non ratione dubietatis peccare sed temeritatis crassae, vel affectatae ignorantiae, inobedientiae, infidelitatis, aut alia simili.

Ille autem excusandus videtur, qui cum eruditus sit & utriusque opinionis argumenta librare potens bona fide illam sibi deligit. Excusamus item illum, qui cum non sit ea eruditione, ut per se opinionum fundamenta librare valeat, tamen bona fide ac serio virum aliquem eruditionis & pietatis fama clarum consulit ac illius autoritate motus alteram opinionem veram esse credit. Non ociose addidi, serio. Quoniam multi, praesertim magnates, velut aliud agentes & quasi ludentes & super re nihili loquentes interrogare solent quaestiones grandes, quibus, quasi leuibus etiam cauti solent nonnunquam incaute respondere. Quod & si non satis memini, timeo tamen aliquando fecisse antequam illum interrogandi modum multis esse animaduertentem. Quod oes praemoneo esse periculosum & interroganti & interrogato, nec minus inquires.

Pro excusatione praedicta praedicto modo limitata facit gl. illa singular. quae secunda est. c. Capellanus. de feriis in argument. allata. Facit textus mihi mirabilis in c. fin. iuncto. c. Licet. de sponsa duor. cum his, quae alias ibi iam bis diximus. Facit, quod Vlricus ab Antonino relatus & probatus ait esse, qui super agenda re aliqua dubia peritiores consulit, si de illa nullam habet expressam, quae necessario tenenda sit, autoritatem, dummodo formet sibi bonam conscientiam, etiam si res aliter se habeat, quam id, quod sentit, & quod sibi consultum fuerit, excusari. Quia fecit, quod potuit, & Deus plus non requirit. Facit, quod Albertus respondisse fertur posse quilibet cum anime salute in consiliis sequi quamcumque opinionem, dummodo alicuius doctoris magni autoritatem sequatur. Hostiensis etiam de cognat. spirituali super cap. Si vir. dicebat inter diuersas opiniones & diuersa iudicia semper humaniorem esse praefendam & aequiorem. Guillelmus etiam in gl. Ray. aiebat in apicibus iuris, ubi etiam sapientes dubitant, excusabile esse ignorantiam. Unde si aliquis bona fide partem hanc, vel illam elegerit, non debet super hoc habere conscientiam nimis scrupulosam. Et Paludanus in Quarto. d. 7. quem refert & sequitur Diuus Antoninus. 1. parte tit. 3. c. 10. §. 10. col. 10. dicit confessarium, qui dubitat, num illud, cuius confitentem non poenitet, sit mortale, quod poenitens negat esse. Quin imo ait se consilio peritorum illud

illud fecisse, de quibus ob eorū vitam & eruditionē probabile est bene cōsuluisse, iudicio pœnitentis se posse conformare. Dixi de confessario dubitante. Quid autem de credente contrarium eius, quod pœnitens credit, disputabitur. n. 66. Facit & illd̄ Thomæ octavo Quolibeto. art. 13. infra. n. 58. referendum. Pro his omnibus facit. c. Sane. 9. distinct. quod habet rationem etiā exemplis antepōndā esse. Facit & cap. Inquisitioni. de sent. excōic. dictans conscientiā leuē de impedimento matrimonii conceptā ad consiliū pastoris esse deponendā. Facit & ratio illa Cancellarii Parisiensis. s. q. non minus nocet homini errare in articulo fidei, qui nondū est declaratus ab ecclesia, q̄ sit articulus de necessitate credendus, quam nocere posset error in moribus, de quibus non constat irrefragabili scripturæ testimonio, aut ecclesiæ determinatione, q̄ sit illicitus. Nā fides tam necessaria est, sicut virtutes morales, aut certe magis. c. Vbi sana fides non est, non potest esse iustitia. 2. q. 1. & c. In mandatis. 4. 3. dist. Sed vt plurimū inter omnes Theologos conuenit in his, quæ ad fidem pertinent & sunt inter doctos cōtrouersa, licere ante determinationē ecclesiæ illam, vel illam partē bonæ fide amplecti. Quod satis probatur in. c. Dānanus. de summa Trinit. vbi reprobata est opinio Abbatis Iohannis, qui tenebat contrarium eius, quod Magister Sentētia. dixerat in lib. 1. Nec tamen ob id ille Abbas hæreseos macula notatus fuit. Quia dicta sua correctioni ecclesiæ subiecerat. Ergo pari ratione, neq̄ is peccauerit, qui bona fide in agendis vnā opinionem ita sequitur, vt paratus sit ecclesiæ obedire ac scripturæ, & si ei errorē explicauerit, credere.

56 Undecimo infertur resolutio non solum illū peccare, qui in re ad fidē vel mores pertinēte, in qua iure declaratū est tutiorē partem eligendā esse, minus turam eligit, vt dictū est in corollario septimo: sed & eum, qui in re adeo sibi dubia, vt neq̄ probabili autoritate credit alteram partem esse veram, adhæret illi parti, de qua est dubium, an liceat, si saltem potest adhærere contrariæ secure. Quia de illa non dubitatur, an liceat. Pro quo principalia fundamenta sunt illud Ecclesiastici. 3. c. Qui amat periculū, peribit in illo & cap. hoc intellectū modo prædicto. Et ratio illa naturalis, qua cōuincitur quis plus amare Petrum, quam Iohānem, qui potēs agere, quo vtriq̄ sit gratus: agit tamen propter Petri amorē id, de quo dubitat, an eo sit inimicitiam Iohānis incursum. Pari ergo ratione, qui dubitat, an tali facto sit gratiā Dei amissurus, & facit illud ob sui, vel proximi gratiā, plus amare se, vel proximum, quam Deū cōuincitur. Autoritas principalis in hoc est Thomæ Quolib. 8. art. 13. et cancell. Parisiensis. 2. parte tituli. 1. de reg. mor. col. 2. vbi ponit illā regulam: Exponēs se periculo peccandi mortaliter, mortaliter peccat: & exponēs se periculo peccandi venialiter, venialiter peccat. Quæ Thomæ conclusio a nemine nō est recepta. Et pro ea faciūt, quæ scri-

plim?

supra. n. 4. & infra. n. 81. Quid autem dicendum sit, quando quis de vtraq̄ parte contradictionis dubitat, an liceat, dicā infra corol. 22. n. 93.

Duodecimo subinfertur eū etiā peccare, qui facit aliquid, qd̄ magis, 57 vel æque ab ipso putat esse peccatū, q̄ non esse. Qd̄ asseuerat Cancellarius in illo titulo. de regul. moral. col. 2. Probat, quia eadē oīno est ratio. Imo & 58 qui facit aliquid, qd̄ opinatur non esse peccatū, hoc est, magis inclinat in eā partē, q̄ non sit peccatum, q̄ in contrariā, cū formidine tñ, q̄ altera pars sit, vera. & ita nō credit certo nō esse peccatū. Probat primo: Quia eadē videt oīno ratio. Nā ratio p̄cipalis, quare qui dubitat, an aliquid sit peccatū, & nihilominus illud facit, est: quia periculo se peccandi exponit, vt dictū est in corollario. 11. & supra. n. 4. Et qui opinat aliquid nō esse peccatū, cum tñ certo nō credat ita esse, imo timet & formidat illicitū esse, periculo se peccandi exponit animi sui cōceptu attēto. Igitur eadē ratio est. Ergo idē ius. c. Dudū 2. de elect. l. Illud. ad. l. Aquil. Secundo probatur per illud Thomæ Quolib. 8. art. 13. de illo, qui plures præbēdas obtinet, in hæc verba scribētis: Si opinio, quam ipse sequitur, vera est, distinguendum est. Quia vel habet conscientiam de contrario & peccat contra conscientiā, quamuis non contra legem: aut non habet conscientiam de contrario, sed certitudinem de eo, quod sequitur. At tamen in quandā dubitationē inducit ex cōtrarietate opinionū. & tūc, si manēte tali dubitatione plures præbēdas habet, periculo se cōmittit. Et sic proculdubio peccat magis amās beneficiū tēporale, q̄ p̄priā salutē. Si vero ex opinionibus contrariis in nullā dubitationē inducit, sic nō cōmittit se discrimini, nec peccat. Ex quo manifeste videtur, q̄ iuxta Beatū Thomæ sentētiā q̄ quis magis credat, vel existimet partē, q̄ sequitur, esse verā: si nihilominus ob contrariā opinionē aliqua dubitatione moueat, nō licere sibi propter discrimen hoc operari, supposito etiā, q̄ nullū ibi sit discrimen ex parte rei, sed veritas. Tertio confirmat hoc similitudine illa, q̄ medicus, qui magis existimaret ægroto vinum mortē inferre non posse: at propter aliorū contrariā opinionē dubitat, & nihilominus, vt illud experiat vinū ægroto propinat & ob hoc ille moriat, peccat. argumēt. §. 1. 33. dist. Et nō alia ratione, quā q̄ ægotū periculo mortis exposuit. Ergo propositū.

Neq̄ me quis putet sentire huiusmodi medicū, si mors cōsequuta non fuisset, non peccaturū. Quia nihilominus peccat. Quoniam cœuentus nō auget, vel minuit peccatū, nisi quatenus præuisus erat, vel præuideri debuit. Qd̄ tradit Thomas prima Secundæ. q. 20. art. 5. Ergo nō licet agere partē, q̄ magis existimat vera, q̄n̄ formidamus ne alia q̄ pars vera sit. Sed oportet certo credere id licere, q̄ a peccatō excusemur. Facit, q̄ in probabilibus dubiis quilibet pars est verisimilis, sicut & probabilis, licet altera pars sit probabilior & verisimilior. Ergo qui agit, qd̄ probabilius est cū formidine tñ & timorē deliberato, q̄ pars cōtraria vera sit, probabilis ac verisimilis peccandi periculo se exponit. Ergo peccat per prædicta.



60 Non obstat, quod Cancellarius prædictus in prædicto loco sentit a contrario sensu eum non peccare ratione dubietatis, qui agit, quod magis putat esse agendum, quam contrarium. Primo, quia id non ait expresse. Secundo contra prædicta loqueretur, nisi certo crederet id, quod agit agendum esse. Quem etiã ante nostaxavit Adrianus non citato, ubi hoc diceret, loco.

61 Decimo quarto infero, vel potius declaro, quod dubitatio, vel formido euenit in ipsa operatione & in specie cum contrario iudicio: non autem, si alterum in genere & alterum in specie. Nam licet in genere habeat dubitationem, an aliquid liceat, in singulari autem operatione non dubito: imo certus operor illud, tunc ratione dubitationis in genere non incurritur peccatum secundum Thomam a Vio lib. septemdecim responsionum q. 13. Verbi gratia: si iuris peritus dubitaret in genere, an iurisconsultis die festo liceat consulere: nulla tamen tenet eum dubitatio, an hoc die festo hoc consilium huic & a se dari liceat, nullum admittitur ex parte dubitationis peccatum. E contrario autem, si quis arbitraretur licere generaliter iuris peritis diebus festis consulere: dubitet autem, an nunc hic & hoc consilium sibi liceat dare, peccatum esset ex capite dubitationis. Facit pro declaratione hac, quod in proposito conscientia non significat scientiam, sed applicationem scientiæ ad opus exercendum secundum Thomam prima Secundæ q. 19. art. 5. Quod pulchre declarat Cancellarius prædictus tit. de esse natur. & quali. consci. qui est in 2. parte fol. 67. Et propterea quando per se opponitur conscientiæ, in ipsa applicatione consistit. Ideo, quæ dubitatio, vel formido ad ipsam applicationem non se extendit, conscientiam non opponitur. Facit, quod vacillatio conscientiæ in applicatione consistens ideo deformem reddit actionem, quoniam fit applicatio modo, quod non debet. Quia enim potentia rationalis debet determinari ad unum, ut recte in actu exeat secundum Aristotelicam, quæ recepta est, doctrinam. 2. Ethic. Qui non se determinat, sed fluctuat, non operatur, ut debet. Facit illa diffinitio iustitiæ in verbo constantis & perpetua voluntans posita in §. 1. Instit. de iustic. & iur. & declarata per Thomam secunda Secundæ q. 58. art. 1.

62 Unde nescio, quare legum periti nondum sunt mutuati veram illius interpretationem & facile. Facit illud Iacobi. 1. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui a vento mouetur & circumfertur. Facit. c. Qui bona. 17. q. 2.

Nec dicat hic aliquis fieri non posse, ut quis aliquid credat in genere verum esse, in specie autem dubitet, vel e contrario. Quia imo id passim occurrit. Nam quilibet Christianus omnia in Bibliis contenta generatim credit, an vero Thobias canem habuerit, speciatim multi dubitant, licet Thobias. 5. id scribat. Sic etiam in agendis innumera sunt dubia, quorum alteram partem sic amplectimur, ut absque scrupulo operemur. Et tamen, an veritatem speculative euidenter habeant non firme affirmamus. Quot sunt qui sine scrupulo die festo iter faciunt? At si opponatur eis, an liceat die festo iter facere, mox dubitabunt.

Ex quo

Et quo sub infero eam mulierem, quæ audiuit a concionante aliquid esse peccatum mortale, quod non est, ut capillis uti alienis, & tamen appetit illos ferre, si liceret. Et quamuis nesciat soluere rationem pro illa conclusione, vel conscientia erronea deductam, tamen appetitu id agente, cum utitur alienis capillis, non putat se male facere, non peccat. Ita erudite simul & acriter Thomas a Vio prima Secundæ q. 19. art. 5. Quod in sua specie quotidianum & aliis multis applicabile duxi memorandum. Subinfertur etiam non re- 63  
ferre, an dubitatio, vel formido hæc nascatur ex parte appetitiæ (ut contingit in timentibus peccare) siue ex parte rationis (ut contingit iis, qui ex aliqua ratione magna, mediocri. s. vel leui fluctuant.) Unde cum eni occurrit, si solum est scrupulus, licebit contra illum agere, ut mox dicam. Si vero formido, quæ opinionem de contrario formet, non licebit iuxta, quæ supradicta fuerunt. Unde cum item euenerit, distinguere oportet: an huiusmodi hæsitatio, seu vacillatio, siue formido & dubitatio sit modo speculatiuo, ut modo pratico, hoc est, an dubitat de licito, vel illicito secundum se, vel ut est ratio operis sui hic & nunc, ut patet in exemplo consulendi prædicto. Et potest reddi aliud exemplum de prælegendo scholasticis in die festo sit licitum, an illicitum. Et tamen non dubitaret quis sibi tunc esse licitum prælegere, hic non peccaret prælegens, quantumcumque magna dubitatio esset apud eundem de actu prælegendi secundum se, an sit licitus, an illicitus die festo. Et similiter quantumcumque esset magnus timor de eodem. Et per oppositum, si quis esset certus de actu prælegendi secundum se, quod est licitus in die festo, & tamen fluctuaret de facienda tunc a se prælectione ita, ut ratio applicandi se ad prælegendum cum ambiguitate se applicat, illicite quis prælegeret. Facit, quod si certitudo speculatiua exigetur, non solum rudes, qui sola certitudine ab aliis accepta sunt cõtenti, sed et doctores passim se piculo exponerent.

Decimo quinto inferitur ratione dubietatis non peccare illum, qui quod 64  
facit, credit licere: Quamuis contra suam credulitatem, siue fidem habeat scrupulum. Quia primo, qui credit aliquid certus est, licet habeat scrupulos in contrarium, ut prædictum est. n. 13. & 17. & ita non est ei res dubia. Cui consequens est talem non se exponere periculo peccandi ratione dubietatis. Secundo facit, quod Adrianus Quolibeto. 3. fol. 28. pagina. 2. tradit super scrupuli diffinitione & Cancellarius in prædicto titulo de regul. moral. & Parisienses in 3. dist. 25. q. 4. col. 3. dicunt scrupulum nil aliud esse, quam motum, contra quod sentis conceptum. Et ideo, ut in primo dicto. n. 17. dicebam scrupulus concurrere potest cum credulitate, vel fide, aut scientia oppositi: quæ tamen fides, vel scientia excludit omnem dubitationem & sollicitudinem oppositi. Verbi gratia: Credo Mathematicis affirmantibus demonstratum esse triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis. Contra quod & si adduceretur ratio, quam soluere non possem,

z ii non tñ

non tamen propter hoc minus id crederé. Sic & in proposito, si credo doctoribus affirmantibus mihi aliquid licere, etiam si emergat in me ratio probans non licere, quam soluere nesciam, si dictis eorum fidem habeo licite ago hoc est ex parte dubitationis saltem non pecco faciendo contra illam apparentiam, ut contra scrupulum. Sic pati possumus multas apparentias contra fidei articulos nobis saepe insolubiles. Ex quibus tamen nequaquam reuocamus in dubium, quae credimus. Alioquin enim fieremus infideles. Dubius enim in fide infidelis est. de haeretic. cap. 1. Tertio pro corollario facit, q̄ tam Cancellarius in praedicto titulo de regul. moral. corollar. 2. & 3. & Diuus Antoninus cum Adriano & Thoma de Vio & aliis quam plurimis consuluit vtile quidem & sanctum esse scrupulis frequenter & fortiter contra suos scrupulos agere tutiorem partem omittendo, quo animae tranquillitate sibi quaesita sedato & integro pectore CHRISTO seruiant CHRISTVM ament & colant.

66 Decimo sexto infertur ad illam quaestionem, an confessarius possit absolvere confitentem, qui non vult parere confessorio eo, q̄ ipse confitens sequitur alios doctores contrarium eius, quod confessarius tenet opinantes & credentes, puta confessarius est in ea opinione, q̄ non licet alicui etiam Papa id permittente habere plura beneficia, siue sacerdotia, quorum vnus est ipsius statui sufficiens: Qui vero confitetur, in contraria est opinione sequutus alios doctores, qui contrarium tenent. Et ideo non vult illi parere. Et quod confessarius eo casu non debet eum absolvere: imo q̄ absoluendo peccet, facit primo, q̄ confessarius interrogatus a confitente, an hoc ei liceret, non posset illi iuste respondere id ipsi licere. Quia ita respondendo contra conscientiam consuleret, quod non licet, ad Romanos. 14. & cap. fin. de prescript. Secundo facit, quod nisi hoc dicamus sequeretur consulere ipsi posse agendum, quod maxime crederet esse contra legem Dei & illicitum. Quod videtur absurdum, ergo & id, ex quo sequitur. c. Dudum. de praebend. lib. 6. l. Nam quod absurdum, ff. de operis liber. Tertio facit, q̄ medicus opinans aliquid maxime aegroti noxium & toxicum esse non posset propter aliorum contrariam sententiam suadere illi, seu consulere, ut id sumat, quasi conuenientem medicinam.

Hic tamen non obstantibus contrarium videtur respondendum primo per. c. Quia circa. de consang. quod habet dissimulari posse cum his, qui bona fide putant legitimum esse inter se matrimonium, si ex separatione graue speraretur scandalum.

68 Nec respondeas id ibi licere ob tolerantiam papae ex certa scientia manentem, quae vim dispensationis habet secundum gl. postremam illius cap. quae singularis est ibidem in hoc Pan. & comedatur plurimum in proposito. Aliud enim, ut ipsi aiunt, est impunitate ac facto tolerare, aliud respondendo dicere

dicere toleramus, vel toleratur. Nam priore casu, ut plurimum non inducitur dispensatio. c. Cum iam dudum, de praebend. posteriore autem inducitur, quod illud. c. Quia circa. coniuncta gl. probat secundum praedictos & etiam secundum Pan. in. c. Nisi. col. pen. de praebend. & Dec. in. c. 1. de exceptio. col. 1. Non (inquam) hoc respondere potes. Nam primo is intelligendi modus non est litera illi germanus, quae nil aliud habet, quam quod episcopus dissimulare potest, ut remaneant in copula mediante dispensatione surreptitia contracta, si ex separatione graue imminet scandalum. Secundo, q̄ eum intelligendi modum consequeretur, q̄ in casu simili ei, in quo Papa ibi consulitur, non posset fieri, quod ibi respondet esse faciendum, & ita illud cap. fere inutile maneret. Tertio facit, q̄ Goffredus, quem ibi retulit Hostiensis, ita intelligit illum textum, ut in argumeto nostro praesupponitur. Quarto & neruose facit, quod ratio illa, per quam Hostiensis Goffredum confutat, & ob quam Ioh. And. Anto. & omnes alii Hostiensem sunt sequuti, falsa est. A iure enim cum Hostiensis ob id verbis illis: dissimulare poteris, addenda esse illa verba & supplenda: ex scientia & licentia nostra, quam autoritate praesentium impartimur. Quia stultum esset sentire Papam velle permittere, ut in adulterio manerent illi & ita peccarent. Haec inquam ratio falsa est & omnes hos patres fefellit. Primo, quia etiam si dissimulatio illa vim dispensationis obtinisset: non tamen propterea matrimonium illud, quod nullum erat, roborabatur sine animo de nouo contrahendi. Non enim sufficit, quod matrimonio inter aliquos consanguinitate iunctos roboretur, dispensatione superuenire legitimam, nisi matrimonium quoque noue contrahatur. Quod clare probatur in. c. 1. coniuncta gl. postrema de eo, qui duxit in matrem quam pol. per adul. neque hoc vllus negarit. Ergo dissimulatio episcopi etiam cum expressa dispensatione papae non effecisset matrimonium sine nouo consensu. Igitur multo minus cum dispensatione papae implicita. Item irrefragabiliter probatur praedicta ratio falsa. Nam fieri potest, imo frequentissimum est, non esse verum inter aliquos matrimonium, & tamen videntes nunc ambos, nunc alterum a peccato excusari: imo & filios legitimos nasci. c. pen. qui filii sunt legitimi. & c. Cum inhibitio. §. 1. cum ibi annotat. de clandest. desponsatio. cum his, quae Decius in. c. Inter ceteras. de rescript. tradebat.

Neque vero dicas, q̄ licet illos, de quibus in illo. c. Quia circa. ignorantia excusaret a peccato, Papam tamen, vel episcopum, qui sciebant matrimonium eorum inualidum esse, non excusasset a peccato negligentiae monendi eos, quia hoc est fallum. Quoniam cum quis ob ignorantiam probabile iuris saltim humani bona fide facit aliquid, quod non prauidet tertio, faciendum illud non peccat, neque tenetur parochus, episcopus vel quiuis alius eum illius erroris admonere, ut erudite determinat Adrianus in Quarto de confessione dubio. 7. post quinta. q. Immo male faceret, si moneret & ex hoc aliquid scandalum motum

neret. Vnde Adrianus ibidem col. 4. sub finem singularissime determinat eum sacerdotem, qui solus nouit, q̄ mariti vxor prior viuebat, quādo hæc secunda, quæ ipsi confitetur, ei nupserat ignorans, quāuis sciat eam confitentem verbis suis fidem habituram, non teneri tamen ei hoc indicare. Imo, si hoc indicaret malefactorum: cū in detectione nulla sit vtilitas & ex apertione illius secreti perplexitatem, vel difficultatem incuteret illi. Mulier namq; sciens eum verum maritum suū non esse forte volet discedere cum scandalo mariti ignorantis, vel forte volet adhærere & maritus nolet de nouo consensum in matrimoniu præbere.

73 Nos quoq; vidimus dispētatiōes aliquot in variis materiis, quas quorum erant illæ sine vllō scrupulo de peritorum consilio putabant esse legitimas. Quæ tamen profecto non erant. Sed quia circa iuserant humanum & nulli præiudicabant, timuimus veritatem propalare illis: ne quos ipsorum iusta ignorantia excusabat, autoritate nostra crederent eas non valere & nihilominus eis vtentes peccarent. Hoc est, quod singulariter & eruditissime eruditissimus ille Innocentius. 3. præ tendit in. d. c. Quia circa parū hæctenus intellecto. Quod tamen ita nil prædictorū allegato intellexisse videtur Adrianus de confessio. dub. 7. post quintam quæstio. col. 1. Est igit in illo. c. Quia circa casus in quo qui credit matrimoniu inter aliquos non valere, cum eis dissimulare potest, etiā si sit superior, & eis dicere in bono statu viuere: Imo & debet, quando scandalum ex contrario facto nasci speraretur. Cui consequens est etiam confessarium posse absoluerē cōitentē, quem videt ignorantia iuris humani probabili a peccato excusari, præsertim si suspicaretur eum veritatem monitū illam nō amplexurum. Facit quod supra. n. 4. retuli ex Paludano & Antonino desumptū. s. confessarium de aliquo dubitantē pœnitentis opinioni acquiescere nōnunq̄ posse.

74 Non obstant in contrariū adducta: Non primū. Nā nego, q̄ nō possit confessarius pœnitenti consulere, vt suam opinionē sequatur. Neq; illud est cōtra cōscientiā agere. Aliud enim est me credere aliquid esse faciendū aliud te contrarium agentē excusari. Exemplū longe pulcherrimū desumi potest de extrauagat. Graue. de reliq. & venerat. sanc. Potest enim quis, qd̄ ego facio, firmo credere virginem matrem redēptionis & mundiciei humanæ quodam modo initiū a labe etiam originali fuisse omnino immunē, vt latius pridē dixi contra glossam ibi in. c. 1. de consecr. d. 3. At contrarium tenens non est damnāndus: Imo possem ei consulere, vt sua opinione vtatur, si modo conciliū Basiliense non refragetur. Quod refragari visum est aliquot eruditiss aliis contradicētibus. Exemplū etiam aliud desumi potest ex eodem Adriano in dubio illo. 7. col. pen. in illo, qui facti ignorantia probabili laborat. Nam si sacerdos solus nouit affinitatem impediētē matrimoniu esse inter confitentē & Berthā, quamuis matrimoniu sit inutile.

tamē ei licite consulit & suadet, vt eam pro vxore maritali affectu tractet. Eodem fere modo secundum argumentū diluitur.

Ad tertium nego esse simile. Quia in casu nostro nullum est periculū agenti, aut cōsultenti, cum dicatur iusto errore excusari a peccato: ibi mortis periculum est ægroto ex medici cōsulentis opinione. & ita nō potest illi periculo, quāuis solum sit opinatū & fortassis a veritate alienū, causam dare. Posset tamē dicere ægroto eum, si alii fuerint eo doctiores & magis periti, 75 sequendo eorū consiliū non peccaturū, quamuis fuerit contra suam sententiam & opinionem secundum Adrianum.

Decimo septimo infertur vera ratio & verus intelligendi modus eorū 76 rū, quæ Maior supra relatus dicebat in Quarto. d. 1. 2. q. 7. col. 2. nempe illū qui memoria tenet quinque psalmos ad preces illas horarias, quas laudes vocant, pertinentes, & recordatur se primū illorū cœpisse & se aduertit in fine postremi, licet non recordetur se intermedios dixisse, non teneri ad iterum eos pronuciandū. Quoniam hoc est intelligendū, dūmodo credat se illos omnes pronuciasse, quamuis aliquē scrupulū habeat eo, q̄ talē pronuciatiōē nō meminerit. Nam si dubius esset, neq; magis vni parti. s. q̄ pronuciasset adhereret, quam alteri. s. q̄ non pronuciasset, illius dictū non esset verum. Imo neq; si magis opinaretur se pronuciasse, si modo non crederet per ea, quæ supra contra Cancellarium ex Adriani doctrina dicta fuerunt illatione. 1. 2. Attamen, qui psalmos illos solitus est frequenter memoria dicere, iustam habet credendi causam se, vt pronuciare illos cœpit, ita & pronuciasse. Vnde de dubio fieri potest cert⁹ & ita in vltiora procedere. Quæ memoriæ cōmendanda sunt, quo in similibus ac quotidianis quæstionibus pie nos & alios explicemus & caute. Quales sunt, q̄ nonnunq̄ vel p̄tinas preces dicturi vix meminim⁹, an sextæ, vel nonæ horæ deputatas pronuciauerimus. Et vnum psalmū, vel nocturnum dicturi vix meminimus, an præcedentē dixerimus. Et intra missæ actionem non satis recordamur, an omnia præcedentia signa crucis & id genus alia, vel fecerimus, vel dixerimus. Ad vltiora enim processuri prius occurrentibus de causis credere debemus nos illa fecisse. Non enim sufficeret nobis mens dubia: imo neq; opinio, si non perueniret ad fidem & credulitatem. Quāuis scrupulus ille, qui fidei ac certitudini repugnat quenq; supra diffiniuimus, minime noceat.

Decimo octauo infertur sic esse intelligendū illud Thomæ a Vio supra relatū de scrupuloso, qui non meminit, an superiore anno tale peccatum confessus esset nec ne: q̄ non tenetur hoc anno illud confiteri. Hoc enim ita est accipiendū, vt eiusmodi scrupulosus primo credat se illud cōfessum fuisse argumento illo motus, q̄ anno superiore mediocrem in recogitandis peccatis adhibuerit diligentiam, & quod pauca soleat ex recogitatis

per obliuionem confitenda ommittere. Et quod leuiori fundamēto talia credere possit & debeat scrupulosus, quam alius. Nam si dubia semper mens maneret: imo etiam si magis opinaretur se confessum fuisse, modo illa opinio ad fidem vsq; non pertingeret, iterum confitendum esset. Non est autem putandum dubiam esse mentem eo, q; scrupulo angat prædicto. Sic nos saepe cōsuluimus sacrificis, qui Euāgeliū dicturi nō satis meminerūt, an epistolam, vel graduale, vel quid vis aliud præcedens dixissent nec ne. His etiam, qui iam orationem Dominicā in missa dicturi, vel iam cōmunionem sumpturi non meminerunt, an verba consecratoria super panem, vel calicem dixissent, cōsuluimus (inquam) his vt animose crederent se dixisse, & ita ad sequentia pergerent.

78 Decimo nono infertur<sup>f</sup> id, quod affirmāt Cācellarius, Diuus Antoni. Prieras, Thomas a Vio & alii quam plurimi homines, quos referebamus in corollario. 1. c. sub finem scrupulosos exercere se debere in deligenda parte minus tuta in his, quæ sunt dubia: ita intelligendum esse, nō, vt quod minus est tutum faciant animo suo dubitante, an id sit tutum nec ne: sed quod primū credant illud minus tutum esse satis tutum, quamuis aliud sit tuti<sup>9</sup> & quamuis scrupulū habeant cōtra illud, & deinde animo per fidem & illā credulitatem ab ambiguitate liberato, quod iam credunt esse satis tutum, efficiant. Neq; curent, q; scrupuli hoc est argumenta & apparētia aliquot eis in contrarium occurrant etiam si ea ipsi dissoluere nequeant. Satis enī est, q; ita esse doctorum idoneorum scriptis, vel dictis credant.

Vigesimo infertur licitum esse vni facere aliquid, quod aliis est dubiū, an sit mortale nec ne. Quia per prædicta fieri potest, vt idem ab vno credatur esse peccatum, & ab altero nō esse, & a tertio dubitetur, sit nec ne peccatum: & omnes tres iuste id iudicent, quamuis non vere.

80 Vigesimo primo infertur errare multos in rebus valde apud autores cōtrouersos dum eo, q; ipsi sunt in ea opinione, qua iudicet aliquid esse peccatum mortale, pronunciant capitaliter alios, qui contra suam opinionem faciunt peccare. Pro corollario est casus in extrauag. Graue. de reliq. & veneratio sancto.

81 Vigesimo secundo infero contra plerosq; omnes<sup>f</sup> neminē licite agere, quod ipse dubitat, an sit mortale peccatum nec ne, etiam superiore præcipiente, durante illa dubitatione. Quod multis modis probat. Primo quia nullum superioris præceptum liberat seu eximit hominem ab obseruatione iuris diuini, vel naturalis. c. Non semper. c. Si dñs. c. Iulianus. 1. 1. q. 3.

82 <sup>f</sup> Sed agere cōtra consciētiam peccati mortalis, est naturæ lege prohibitū sicut agere contra consciētiam peccati mortalis. Quia primo circūscripta omni lege Dei & hominum positua quodlibet talium esset mortale peccatum: ergo cōtra ius naturale argumento. c. Ius naturale prima dist. Secūdo quia

quia illud præceptum de non faciendo, quod animæ periculum continet iuxta illud Ecclesiastici. 7. Qui amat periculū, peribit in illo. iuris est natura. Quia per se notum est, vel deducitur ex per se notis. quæ est diffinitio, vel declaratio diffinitionis iuris naturalis iuxta ea, q; late scripsi in repetit. illius. c. Ius naturale <sup>f</sup>. Quod aut hoc deducat ex per se notis patet: **Omni** **buse** est per se notum Deum super omnia esse diligēdum. Per se notū item est eum, qui aliquid super omnia diligit, non debere facere quidquā propter amorem alterius, quo illius super omnia diligendi amorē perdat, aut periculo illum perdendi probabili se exponat. Quoniam alioqui non eum super omnia diligeret. Per se notum item est eum, qui amore Iohannis aliquid facit, per quod se exponit periculo perdendi amicitia Petri, plus quā Petrum diligere Iohāne. Ergo & qui amore alicuius etiam superioris præcipiētis facit aliquid, quod dubitat, an sit mortale, nec ne plus superiorem vel alium diligit, quam Deū. Quādoquidem per mortale peccatum Dei amor amittitur. c. Omnis. de poenit. d. 1. Secūdo pro corollario nostro facit <sup>f</sup> q; qui probabiliter dubitat de seruitute vxoris non tenetur ei etiā iubētē ecclesia reddere debitū, vt dicit Thomas in Quarto. d. 36. in expositiōe litteræ & V Vendelinus ibidem col. 14. Quod ipsum videtur tenere Innocentius, & Ioh. And. Panor. & Præpos. in. c. Præposuit. de coniug. seruo. quāuis gl. pen. ibi sentiat cōtrariū in illo. cap. & Palud. in illa dist. 36. Sed in eo casu nō agitur, nisi de præiudicio temporali. Nam, si velle eā cognoscere vxorio affectu, potest sine peccato debitum reddere. Ergo quando de præiudicio animæ agitur, minus poterit id facere. Tertio facit illud Apostoli ad Roman. 14. Omne, quod non est ex fide, peccatū est. ponderatis illis verbis: Quod non est ex fide: quasi diceret non solū id esse peccatū, quod est contra cōscientiā, siue fidem, qua creditur aliquid esse peccatū: sed etiam, qd non procedit ex fide. i. iudicio, quo actu, vel virtute putat id licere per ea, quæ dicta sūt in primo dicto. Ergo propositum. Addidi autem, virtute, quia satis est, vt aliquid iuste fieri possit, eum, qui factur<sup>9</sup> est illud, esse licitum actu iudicare, aut certe ita iudicaturum esse, si interrogaretur, an liceret. Quarto facit cap. Dominus. de secunda nupt. 1. responso, quod habet maritum de prioris vxoris vita dubitantem non magis posse alteram ducere, quam si priorē sciret viuere. Facit & c. In præsentia. de sponsal. quo declaratur quæ semel nupserunt mulieres quantocunq; tempore mariti absint & de illorū morte dubitetur, nō posse aliis nubere, etiam si iuuetute, carnis fragilitate, & aliis id genus occasionibus in peccatum eas delapsuras iuste timeri posset. Quinto & neruose facit, q; sicut facere contra conscientiam ita & exponere se dubio peccandi mortaliter lege ipsa naturæ vetitū est iuxta illa, q; allata sunt in primo argumēto <sup>f</sup>. Sed nullo casu licet cōtra conscientia etiam erroneam facere conscientia illa manente, vt habetur in **locis**

locis per allegatis. & in c. Per tuas. 2. de Simonia. vbi hoc annotauit Panor.  
 Ergo nullo etiam casu dubio peccandi probabili se exponere cuique licebit.  
 Nec dicas grauius esse facere contra conscientiam, qua quis credit aliquid  
 non licere, quam contra dubietatem, qua neque putat licere, neque non licere.  
 Quoniam, licet hoc verum sit, quoad augendum peccatum, tamen nil facit  
 ad excusandum penitus ipsum. Quia tantum, vel magis scientia distat a fide  
 vel opinione, quantum fides, vel opinio a dubietate. Et ita quauis peccatum  
 contra scientiam maius sit, quam quod peccatur contra credulitatem, vel  
 opinionem: non tamen propterea, quod contra hanc fit, peccatum definit esse.  
 Quia imo est, eo quod contra conscientiam fit. Ergo pari ratione, licet pecca-  
 tum contra fidem, vel opinionem maius sit, quam quod contra dubietatem  
 fit, non tamen ideo hoc definit esse peccatum. Quia contra legem de non  
 exponendo se dubio peccandi est. Sexto facit, quod secundum omnes, qui se  
 exponit dubio peccandi faciens id, de quo dubitat esse peccatum, semper  
 peccat, si certum est, quod non faciendo illud non peccaret. Sed propter hoc, quod  
 non facere illud sit peccatum, vel non, nil minuitur de ratione, qua conclu-  
 ditur peccatum esse facere id, de quo dubitatur esse peccatum. Quia tota ratio  
 peccandi consistit in eo, quod se peccandi periculo exponit: & ideo quod non facere  
 illud sit peccatum nec ne, nil minuit de ratione peccandi. Ergo contra eius-  
 modi dubietatem factum peccatum erit, etiam si non fecisset illud peccatum sit.  
 Septimo facit, quod faciens contra conscientiam erroneam, peccat, etiam si non  
 faciendo illud peccaret. Quia facit contra conscientiam, licet erroneam. c. Per  
 tuas. 2. de Simon. Sic igitur agens contra dubietatem anime peccat. Quia se  
 periculo peccandi exponit: quis non faciendo illud propter aliam rationem  
 peccaret. Octauo confirmantur hanc: Quia paria sunt scire se esse seruum,  
 vel dubitare, quantum ad hoc, quod peccat si se in libertatem recipit. Nam siue  
 vere liber, sit siue seruus, dolo malo dicitur esse in libertate, si de illa dubitans  
 se in eam receperit. l. Igitur. §. Infans. ff. de liberali causa. Facit, quod nemini licet  
 iurare super eo, quod dubitat. l. Marcellus. ff. de action. rer. amot. l. Vi-  
 deam. §. 1. ff. de in lit. iurad. Nono facit, quod dubius in fide infidelis est, licet  
 non tantum, sicut is qui contrarium fidei credit. c. 1. de haeret. Ergo & faciens  
 contra dubietatem peccat, licet non tantum, sicut qui contra conscientiam  
 operatur. Decimo pro hac parte facit, quod paria videntur esse facere iubente  
 superiore contra id, quod credis non licere, & facere contra id, quod dubitas  
 an liceat nec ne: quamuis non sit idem facere contra, quod scis non licere. vt  
 colligere est ex illo. c. Dominus. de secund. nupt. coniuncto illo. c. Inquisi-  
 tioni. de sent. exc. Ergo vel oportet concedere licitum esse facere contra cre-  
 dulitatem, vel non licere agere contra dubietatem. Confirmatur hoc. Quia  
 nulla ratio reddi potest, quare liceat agere contra rationem reclamantem  
 & in aurem gannientem neminem se dubio peccandi exponere debere in casu  
 dubie-

dubietatis, quam contra eandem rationem dictantem neminem debere age-  
 re contra conscientiam, quae ex credulitate nascitur. Sed quod contra hanc  
 liceat agere nemo dicere audebit. Ergo neque dicere audendum est, quod contra  
 illam liceat. Duodecimo facit, quod votum, aut iuramentum non ligat minus, quam  
 superioris praecipitum argumento. c. Debitori. de iure iur. & c. Magnae. de voto.  
 Sed illa non ligarent adueniente discrimine vitae corporae. gl. in c. Si vero.  
 de iure iur. recepta ab omnibus. Neque cum discrimine vitae animae. Si enim  
 dubietas de impedimento matrimonii superuenerit illi, qui ob successionem  
 habendam singulis quibusque mensibus iurasset, vouissetue suam uxorem co-  
 gnoscere, donec prole ex ea susciperet: nemo diceret eum ad id complendum  
 teneri. Ergo nec superioris praecipitum ligabit existente animi dubietate.  
 Decimo tertio facit, quod facilius quis potest se morti corporeae, vel periculo  
 illius probabili exponere, quam peccato mortali, vel periculo in illud cadem  
 di probabili argumento. c. Itane. 30. q. 5. & c. Sacris. de his, quae vi metus.  
 cauti. Sed ad nullius superioris praecipitum, nisi pro publica utilitate id fieret,  
 mortem quis debet subire corpoream, neque se illius periculo probabili expo-  
 nere argumento. c. Ipsa pietas. 23. q. 4. Ergo multo minus periculo peccandi  
 probabili, sicut & multo minus morti peccati argu. c. Itane. 32. q. 5. & c. Sa-  
 cris. de his, quae vi. Confirmatur quod uxor non tenetur marito furioso debi- 87  
 tum reddere, si mortem probabiliter timet secundum Richard. in Quarto.  
 32. d. art. 4. q. 2. Imo neque quoties probabile fuerit foetum extinguere, abortum  
 fieri, aut foetum, deformem valde agnasci secundum Scotum ibidem. Si ergo  
 probabile dubium praedictorum periculorum efficit, ut quis non debeat red-  
 dere debitum, nonne maius periculum multo homicidii spiritualis? Quando anima  
 corpori praefert. c. Praecipimus. 12. q. 1. §. fin. Instit. de iure natur. get. & civili.

Contra tamen hoc corollarium faciunt multa: In primis. c. Dominus. de secund. nupt.  
 quod habet eam, quae nupsit secundo marito non habita certitudine de  
 prioris morte, licet de eius morte dubitet, reddere posse debitum, non  
 tamen petere. At eo casu dubium est, an ille actus futurus adulterinus sit, nec  
 ne. Nam si prior maritus uiuit adulterinus est, si non uiuit, uxorius. Et tamen  
 non solum potest, sed etiam debet reddere debitum. Ergo licite parere potest quis  
 faciendo actum, de quo dubitat, an sit mortale peccatum. Secundo facit. c. In-  
 quisitioni. de sentent. excom. quod continet eam, quae non habet scientiam,  
 sed iustam fidem, siue credulitatem de impedimento matrimonii extante  
 illa credulitate ac fide reddere quidem debitum & posse & debere, non autem  
 exigere. Et tamen dubium est eo casu, an ille actus sit peccatum mortale, nec ne.

Tertio facit, quod autoritate publica licet occidere hominem casu, quo du-  
 bium est, an liceat. c. Quid culpatur. 23. q. 1. quod habet rege hostibus  
 bellum indicente subditos, etiam si dubitent, an iusta sit bellandi causa, posse 86  
 iuste belligerare ac hostem occidere. Et tamen dubium est an id liceat. Pari ergo  
 ratione

ratione, si superior aliquid præcipiat, quod subdito dubiū sit, an liceat id agere, nec ne, propter obedientiæ bonum poterit illud efficere.

Quarto facit illud. c. Inquisitioni. aliter inductum. Habet enim illius tertiū respōsum eam, quæ iusta cum causa credit subesse matrimonii impedimētū, ad reddendū debitum teneri iubēte superiore. Ergo a fortiori contra dubium conscientiæ id facere poterit iubente prælato.

Quinto induco eundē textū aliter. Habet enim secundū ipsius respōsū, eam, quæ leui de causa credit subesse impedimentum, explosa conscientia posse debitum & reddere & exigere. Et ita sufficit explosio conscientiæ, qua creditur subesse, impedimētū. Sed illa potest expelli sine conscientia, qua credatur non subesse puta per dubietatem, vt palam est. Ergo cum dubietate animi potest reddi debitum & ita fieri, quod dubium est facienti, an sit mortale, quod est propositum.

89 Sexto facit, q̄ non sunt paria cōtra conscientiam facere & contra dubiū eiusdem, f̄ Nam bonam fidem habere dicitur non solum, qui credit rem esse suam, sed etiam, qui dubitat & non credit esse suam. Facit textus in. l.

Qui scit. §. Bonæ fidei. ff. de vsur. qui videtur probare eum habere bonam fidem, qui malā non habet. aptior. tex. in. c. Si virgo. 34. q. 2. in illis verbis: Tam diu quisq; bonæ fidei possessor dicitur, quā diu se possidere ignorat alienum. Per quem Pan. in. c. fin. n. 4. de prescrip. tenet dubitatem, an res sit sua, dum tamen sciat se possidere recte præscribere & in bona fide esse. nec agere contra conscientiam Quæ cōmunis opinio est, quam etiam tenet. gl. postrema in illo. c. fin. & gl. verbo bonæ fidei. c. Si diligēti. eiusdē tituli & gl. in. l. 3. §. Genera. ff. de acquirē. possess. verb. non bonæ fidei. Quamuis & in contrariū induci possit. Facit. gl. fin. c. Non debet. ff. de dolo. quæ habet bonam fidem per abnegationē malæ dici. Et inuitus dicitur, qui non consentit, licet nō cōtradicat. l. Filius familias. §. Inuitum. ff. de procurat. Ergo dubietas, q̄ non iudicat esse malū, quod agitur: & conscientia, quæ iudicat illud esse malum, longe differunt. Cui consequens est facilius confitēdum esse eū, qui iudicat, quod facit, esse malū, peccare, quā eum, qui dubitat.

Sexto facit. d. c. Domin⁹ de secūd. nupt. aliter inductum. Probat enim eam, quæ contraxit dubia de impedimēto teneri ad debitū reddendū: quæ tamē certa est de impedimēto minime. c. Inquisitioni. .i. responso de sent. excomuni. c. Literas verſ. Quod si nō habet. de restitut. spoliat. Ergo inter dubitantem & credentem & sciētem aliquid esse malū plurimum interest. Et nil aliud videtur interesse, nisi quod dubius redit debitū & non exigit. Sciens vero neq; reddit, neq; exigit. Ergo propositum.

Septimo facit illa cōclusio. In dubiis parendū esse superiori. Quæ probatur in. c. Quid culpatur. 23. q. 1. in illis verbis: Si nō esse contra Dei præceptū certum est, vel vtrum sit, certum non est. Et hoc ibi. gl. fin. aptus

Aptus in hoc textus in. c. Cōtra morem. 100. dist. & in. c. In memoriam. 19. dist. facit. c. Quid ergo. 10. q. 3. Facit, q̄ subditorum est obedire. c. Omnis anima. decenibus. cap. 1. 11. q. 3. vbi probatur sententiæ etiam iniustæ parendum & in illo cap. Contra morem. probatur correctionem etiam iniustam patienter ferendam.

Difficilis profecto est hic articulus propter argumenta superiora multa & nervosa pro vtracq; parte adducta. Neq; vnq̄ antehac ipsius perplexitatem perpenderā. Sed diuino implorato ex animo auxilio & re corā me a quibusdā meis auditoribus eruditis disputata cōclusionē prædictā sustentare nitar & contraria prædicta dissoluere. Quandoquidē corollarii fūdamēta firma mihi vident & solida & in eo contēta Deo gratissima veritas.

Ad horum primū igitur. f. c. Dñs. de secūd. nupt. f̄ respōdet Adrian⁹ in 90 q̄libeto p̄dicto secūdo, illud in foro exteriori seruādū, nō in foro cōscientiæ.

Contra quam solutionem facit primo. c. Inquisitioni. vbi in casu simili idem respondetur in foro conscientiæ. Secundo, q̄ nulla ratio assignari potest, quare in his casibus aliud seruandū sit in interiori foro, quā exteriori, si modo tantum de hoc dubio constet exteriori iudici, quantum interiori. Tertio, q̄ omnes doctores intelligunt illa capitula procedere in vtroq; foro. Facit, q̄ ecclesia nō cogit ad peccandū, vt ait Thomas Quolib. 2. art. 10. Ex quo intert eum, qui post votū castitatis simplex reddit vxori debitū, non peccare. quia hoc præcipit ecclesia. Quarto irrefragabiliter probo capitula illa Inquisitioni & Dominus. etiam in foro animæ habere locum. Nam neq; Adrianus, neq; vllus alius audeat negare illa duo capit. in eodē foro accipienda. Rursus nemo audeat negare in eodem foro debere intelligi. 2. & 3. responsum capituli Inquisitioni, in quo intelligitur primū q̄ vt primū palam fiat, verba illius memoria digna subiicio: Inquisitioni tuæ respondentes credimus distinguendū, vtrum si alter cōiugū pro certo sciat impedimētū coniugii, propter quod sine mortali peccato non valet carnale cōmercium exercere: quamuis illud apud ecclesiam probare non possit, an sciat pro certo, sed credat. In primo casu debet potius excomunicatiōis sententiā humiliter sustinere, quam per carnale cōmercium peccatū operari mortale. In secundo distinguimus, vtrum habeat cōscientiā huiusmodi ex credulitate leui & temeraria, an probabili & discreta. Et quidem ad sui pastoris consilium conscientia leui & temerariæ credulitatis explosa licite potest non solū reddere, sed exigere debitū coniugale. Verum cū conscientia pulsat animū ex credulitate probabili & discreta, quamuis non euidēti & manifesta, debitum quidem reddere potest, sed postulare non debet: ne alterutrū, vel contra legem coniugii, vel contra iudicium conscientiæ cōmittat offensam. Hactenus illius cap. tenor. Nonne tota hæc litera forū cōscientiæ sapit? Nam quid ad forum exterius, q̄ vxor sciat, vel credat impe-

dimentū subesse, si illud non potest probare. Quando de non apparentibus & non existentibus forum exterius eodem modo iudicat. I. Duo sūt Titii ff. de testamēt. tutel. c. Si sacerdos. de off. ordi. Deinde legis eam, quæ scit impedimentum subesse nullatenus exigere, vel reddere debitum debere, etiam non possit illud probare. Nonne hoc respōsum ad solum cōsciētiae forum spectat? Legis item eo casu potius debere humiliter sententiā ex cōmunicationis sustinere, quam permittere a viro se illo cognosci. Præsupponit item posse illam iuste ex cōmunicari, quia non reddit illi debitū: Et tamen ait eam non debere reddere. Ergo quoad potētiam, vel necessitatē reddendi, vel non reddendi, exigendi, vel non exigēdi in foro procedit cōscientiæ. Facit, quod ponit differentiam, an mulier leui de causa credat, an graui: quod ad forum exterius nil attinet.

92 Quod etiam cap. Dominus. de secund. nupt. in eodem foro loquatur, patet. Non enim ibi Lucius tertius aliquem iudicem alloquitur, sed vniuersos CHRISTIANOS in captiuitate Saracenorum positos, vt ex superscriptione apparet, & illos docet non quid & qualiter in iudicio iudicari debeat inter illos: sed quid oporteret eos facere, ne corpore captiuū animas perderent CHRISTI sanguine redemptas. Quod, vt palā fiat illi usmet cap. verba ōnia subiicio: Dominus ac redēptor noster & infra. Sane super matrimoniis, quæ quidam ex vobis nondū habita obeuntis cōiugis certitudine contraxerunt, id vobis respondemus: vt nullus amodo ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet, quod ab hac vita migrauerit coniunx eius. Si vero aliquis, vel aliqua id hactenus nō seruauit: & de morte prioris coniugis adhuc sibi existimat dubitandū, ei quæ sibi nupsit, debitum non deneget postulanti, quod a se tamen nouerit nullatenus exigēdū. Quod si post hoc de prioris coniugis vita constiterit, relictis adulterinis cōplexibus ad priorē coniugē reuertatur. Hactenus illius cap. tenor. Nullū hic verbū legis, quod forum publicū sapiat: Quod vero forum priuatum cōscientiæ multa. Primū superscriptio. secundum: vobis respondemus. & tertium præsumat. quartum non seruauit. quintum existimat dubitandū. sextū nouerit. septimū reuertatur. Deinde nōne cuius erudito cap. hoc in eodem foro loquitur, in quo illud. c. Inquisitioni? Nimirū igitur facilitatis Adriani fuit dicere illa capit. exterioris fori metas nō transire. Facit, quod tam difficile est respondere. c. Quid culpatur. 23. q. 1. quod illis duobus prædictis capitulis. Tamē certū est illud in cōscientiæ foro maxime locū habere.

93 Quare rē altius consideranti visum fuit primo aliter dicere. scilicet cōclusionem nostri corollarii procedere, quando dubiū est, an sit peccatū, quod præcipitur, & certum non esse peccatū illius contrarium. Quem intellectum a contrario sensu significant. Quæ in corollario vndecimo scribebamus. At in casu illius. c. Dñs. vtrūq; est dubium. Nam si reddatur debitum & vere prior

prior maritus viuere, luxuria est: si non reddatur & maritus non viuere, iniustitia. Vtrūq; igitur dato dubio præceptum superioris excusare videtur, vt docet Paludanus in Quarto. d. 36. q. 2. art. 3. Quæ solutio multis cōfirmari posset, quæ includuntur in illo generali: positus in necessitate subueniendū esse. c. Ad limina. 30. q. 1. in illis verbis: Inculpabile iudicandū, quod necessitas intulit. c. 1. 34. q. 1. c. Sicut. de consecrat. d. 1. c. Si quis propter necessitatē. de furt. Clem. 1. de homicid. l. Sciētia. §. Qui cum aliter. ff. ad. l. Aquil. l. Rem legatam. ff. de adit. leg. l. Fidei cōmissa. §. Si rem. ff. de leg. 3. & §. Si rem. Instit. de legatis. At cum oportet quem alterū e duobus facere, etiam si sit dubius, vtrum ex illis ei liceat, merito videri potest in necessitate alterum faciendi positus & ita posse facere id, quod ei præcipitur: secus vero, si cōstat ei alterū licere & de altero, an liceat, est dubius. Quia tunc nulla eum præmit necessitas alterū faciendi.

Hæc solutio primo aspectu arridebat. At rem altius perpendenti non satiffacit. Quia per argumēta superius formata cōfundit. Nam tametsi alterū cogitur agere, nihilominus tamen, quod dubiū est, an ipsi capitale futurū sit agit. & ita se dubio mortis animæ obicit. Deinde qui conscientiam de aliqua re facienda erroneā habet, puta de implendo iuramento non parēdi prælato suo, in necessitate positus est faciēdi alterū e duobus, videlicet, vel contra votum non parere, vel contra conscientiam erroneā agere. Et tamen peccat, etiam si prælato præcipiente alterū illorum faciat. Ergo etiam, qui dubitat, vtrū sibi liceat, quis alterū præcipiente sibi prælato fecerit, peccabit.

Neque dicas hanc, de qua loquimur, conscientiam erroneam ab eo, qui eam habet, exui posse, & ita se a necessitate, qua tenet absolui. Nam replicari poterit posse item eum, qui dubitat, dubietatem illam exuere credendo alteram partē eius, quod dubitat, & ita se a necessitate absoluere.

Neque rursus dicas dubietatē aliquando ex causa probabilis nasci. Quoniā idem contingit de conscientia erronea. Quem admodū enim quis dubitare potest de morte coniugis propter alicuius viri fide digni nunciū, ita credere quis potest peccatū esse non adimplere iuramentū, etiam illicitum ex prædicatione viri eruditi. Et id Herodi viro crudelissimo illius pientissimi Iohannis occisori persuasum fuit. c. Cū iuramento. de homicid. Cōstat itē leui de causa vtrūq; scilicet conscientiam erroneam & animi dubietatem contingere posse.

Neque dicas difficilius animi dubietatem, quam conscientiam erroneam deponi. Quia imo ceteris paribus difficilius deponitur conscientia erronea, quam dubietas. Sicut facilius est virtutē quāpiā quærere illi, qui nondum vitium cōtrarium induit, quam illi, quem vitium iam quæsitū oportet ex animo prius abradere, vt illi virtutē contrariam inserere incipiat. Sicut etiam difficilius est docere quempiā recta, qui iam falsa est doctus, quā rudē,

rudē, qui nondū verū, vel falsum agnouit. Aptissimus in hoc text. c. Reperiuntur. de poenit. d. 3. in illis verbis: Facilius iuueni, qui recte seruauerit innocentia, quam, qui congrue egerit poenitentiam. Vbi. gl. postrema ratione huius dicti subiungēs ait: Nam poenitentem oportet mutare vitam, quod summe difficile est authentico. De monachis. §. Hinc autē. collat. i. Cum ergo illum, qui habet conscientiam erroneam duos oportet subire labores tollendi. s. illam & formandi contrariā: eum vero, qui dubius est, nil deponere oporteat, sed alterum de propositis credere: consequens est difficilius esse deponere conscientiam erroneam eo modo, quo deponēda est, nempe induendo iudicium contrarium, vt postea dicam, quam deponere dubietatem. Facit, q̄ cum, qui habet conscientia erroneam de altero extremo, ad alterum transire oportet: qui vero dubitat solum de medio ad vnum extremum. Quorum duorum posterius difficilius esse & ad sensum constat & probatur in illo. c. Reperiuntur.

99 Tertio igitur respondeo concedēdo illud. c. Dominus. de secund. nupt. continere eam, quæ dubitat de prioris mariti morte, præcipiente id superiore, imo & sola lege id iubente, ad marito posteriori debitum reddendū teneri. Negādo tamen, q̄ id facere possit dubietate illa in ipsius animo durante, sed prius deposita & prius de morte prioris mariti concepta credulitate. Hanc quoq̄ solutionē probat Adrianus. Pro illa facit primo, q̄ conscientia erronea, quæ dicitur aliquid mali faciendum, non excusat hominem a peccato, si secundum illam operetur Thomas prima Secundæ. q. 19. art. 6. ab omnibus receptus. Nam, qui occidebant Apostolos, benefacere se putabāt testate illud Domino Iohannis. 6. Venit hora vt omnis, qui interfecerit vos, obsequiū se arbitretur præstare Deo. Et tamen grauissime peccabant. Quāq̄ autem conscientia erronea non excuset, tamē eadem conscientia efficit, vt, si contra illam fiat, peccetur secundum Thomam in loco præcitato art. 6. quod receptū est. Remedium ergo fuerit deponere prius illā conscientiam erroneā, deinde operari cōtra id, quod illa dubitat. Ita & in proposito videtur, q̄ dubietas quidē animi non excusat quem a faciendo illo, quod præcipitur. At tamen si quis cōtra illam fecerit dubietatem, peccat. Quare remedium fuerit illam dubietatē prius deponere, deinde id, quod ante dubitabat, operari.

101 Contra tamen hanc solutionem facit primo, q̄ qui ex causa probabilis & vrgenti dubitat, neq̄ debet, neq̄ potest illam dubietatem exuere. imo, si exueret, male faceret. Sicut & qui alicui adhæret opinioni, nō potest illā quomodolibet deponere, sed re diligēter p̄ negocii qualitate a se discussa & contrario sibi bona fide persuaso, si eruditus est: vel consilio ab aliis petito, si non est eruditus secundū ea, quæ diximus in illatione nona n. c. Da igitur aliquam, quæ ex probabilis causa de prioris viri morte dubitet, vt in calu

casu illius. c. Dominus. tunc argumētabor sic: Eiusmodi mulier nō potest, neq̄ debet hanc animi dubietatem deponere, & tamen tenetur debitu reddere. Ergo hæc solutio non satisfacit.

Secundo hanc solutionē ita confundo. c. illud Dominus. differentiā facit inter reddere & exigere debitum. Inter quæ tamen secundū hanc solutionem nulla esset differentia. Nam secundū illam quæ mulier animi dubietatem de prioris mariti morte conceptā non exiit & nouā de ipsius morte credulitatē non concepit, reddere debitū nō potest. At, quæfecit illa, nō solum reddere, sed etiā exigere valet. Ergo nulla erit inter illa differentia.

Tertio cōtra solutionē hanc facit. c. illud Inquisitioni, qd̄ ponit differentiā inter credulitatē leui de causa cōceptā & inter cōceptā ex grani & pbabili. Nā priore casu ait deponēda eiusmodi cōscientia & ea deposita reddi debitū & exigere posse: posteriore vero nō deposita illa reddendū, sed exigere non debere. Pari ergo ratioe, qui ex causa leui dubitat, dubietate illa explosa & reddere poterit & etiā exigere. Quæ vero ex causa pbabili dubitat, ea dubietate nō explosa poterit qd̄ reddere, nō autē exigere. Illatio vero, q̄ facio de conscientia erronea ad hanc dubietatē probat. Quā secundū hanc cōsiderationē idem est in hoc de cōscientia & dubietate conscientia iudicandum.

Quarto igitur noue ac, ni fallor, vere respondeo, præmissa tñ vna cōclutione, q̄ noue quidē ipse diuulgo & emitto: illa tamen pridē implicite saltē & obuoluate tradita est. s. posse quē credere aliquid ad vnū effectū nō credēdo idem, quoad aliū. Quod variis exemplis demōstro. Firmiter & sine vlla conditione credo, q̄ hostiam sacrificis in altari subleuat, adorādā esse consecratā & ibi realiter adesse verū CHRISTI corpus: & ita absolute & sine vlla cōditione adoro. Quod faciendū esse Tho. Quolib. c. art. 12. sentit & expressi⁹ tradit in Tertio Sent. d. 9. q. 1. art. 2. & q. 6. Ad scdum. At nō credo ibi esse corpus CHRISTI ad effectū sup hoc martyriū subeundi p̄ illius veritate testanda. Quā hęc cōclusio: Corpus est sub hac panis specie. nō est de fide catholica: tamen si de illa sit corpus CHRISTI subesse illi panis speciei, sup quo verus sacrificis verba cōsecratiua cū intētiōe debita ptulit. c. Firmiter. §. si. de sūma Trinit. & fide cathol. Vnde cōclutionē hanc posteriorē credo esse verā, & ita credo, vt pro asserēda illa mortē oppetere sim paratus. Illā vero priorē. s. corpus CHRISTI est sub huius panis specie credo, sed nō ita credo, vt pro asserēda illa mortē oppetere veli. Quia neq̄ ad id teneor. Qd̄ Parisienses tradiderūt in Tertio Sent. d. 23. q. 10. col. 4. Scdō facit, q̄ si iudex p̄ præsupcionē de crimine cōuictū credit fecisse illud ad eū aliqua pœna extraordinaria cōdemnādū, nō autē ad condēnādū pœna mortis autore Innocētiō recepto ab oibus in. c. Quia verisimile. de præsupcio. Facit. c. Afferte. de præsupct. inducēdo eo modo, q̄ in illo. c. Q2 verisimile inducebat ipse Innocētius. Nā per illā præsupcionē, de qua in illo. c. Afferte.



credidit. Solomon puerum illum filium non esse illius mulieris, quæ peccabat eum diuidi: esse autem illius, quæ rogabat eum non diuidi. Credidit hoc ad effectum alteri ex illis adiudicandi filium, non autem ad damnationem mortis illam, quæ suffurata fuit matri filium. Tertio, quod iudex per summam informationem credit alicuius interesse, quo talis sententia non ita daretur ad effectum admittendi eum ad appellandū. c. Super eo. de off. de leg. c. Super. de re iudic. non autem ad effectum ad iudicandi ei, quod petit. Quarto per summam informationem credit iudex sententiā super matrimonio lata iniqua fuisse ad effectum admittendi partē ad agendū: non autem ad effectum pro illo pronuntiandi. c. Lator. & quod ibi ait Innocentius. de re iudic. Quinto omnes homines in dubio credo veridicos esse ac bonos. cap. 1. de scrutini. c. fin. de præsupr. ad effectum, ne male de illis opiner: sed ad effectum, quo eis, committā pecuniā meā, negocia mea, secreta mea & vitam meā, quo itē illos eligā ad aliquā dignitatē, non omnes, imo vero raros esse puto veros & legales. c. Post. c. Innotuit. c. Nihil. de electione. Denique legimus apud Apostolum. ad Corinthios. 13. Charitas oīa credit. Et tamen non credit omni spiritui. Ioh. 4. Sic innocēs omnes credit esse veraces. c. Innocēs. 2. q. 4. Non tamen quoad omnem effectum. c. Si quid vero. 83. d. Confirmantur hæc omnia per illa, quæ dicā in corollario sequenti in responsione ad secundū. Vbi dicetur scientiā non subiaccere nostræ voluntati, et quare: credulitatē autem sic, & quare.

Hoc prenotato & eo ad propositum ut edo dico mulierē aliquā credere vel dubitare posse aliquē suū esse maritū, quoad unū effectū, & credere non esse, quoad aliū. Et ita quoad effectū reddendi debitū, quādo de prioris viri morte dubitat, credere potest eum esse suū maritum: quoad verbū exigendū dubitare iuxta. c. illud Dominus. de secund. nupt. Quæ conclusio tametsi a nemine, ut dixi, est ita clare & explicitē asserta, non tamen te deterreat. Quoniam & ultra prædicta Iohānes Gerson vir omnium consensu pientissimus in 2. parte suorum operū fol. 183. in. c. Quidā scholaris. in pulchra questione de illo, qui unam literā in bulis Apostolicis emēdauit, respondit eū, de quo quærebat, non debere se excōicatū putare, neque irregularē ad effectū cessandi a missarū celebratione. Ea tamen mente debere esse, ut data oportunitate abundantē cautelā non spernat. Facit, quod iura ipsa eū, qui post appellationē est excōicatus, in omnibus extraiudicialibus admittunt in iudicialibus aut aliis ab his, in quibus agit de illa excōicatione, non admittunt. c. Solet. de sent. exc. lib. 6. Facit, quod iusti fere omnes, quoad effectum suscipiendi & administrandi sacramēta, credunt se Deo acceptos. quoad effectum tamen dolendi de peccatis suis præteritis, peccatores se existimant. Vnde Tho. a Vio in c. 1. de bell. 1. 7. respō. orū contra miserū Lutherū concludit posse quē verē a peccatis absolui, quod tamen, an absoluat, subdubitet. Quod (inquit,) licet non dubitet ex parte sacramenti vllū subesse defectū: potest tamen pie dubitare, an sit ex parte sua vllū. & ita præsupponit

ponit posse poenitentem credere se idonee dispositum ad suscipiendū poenitentiae sacramentū, quoad tamen certo credendum sibi peccata esse dimissa, minime. Quod etiam in. c. fin. infra eodem. n. 21. repetemus. Facit per his: quoniam & in naturalibus aliquid subiicitur alicui, quoad unū effectū, non tamen quoad alium. Lignū humidū paruo igni subiicitur, quoad hoc ut calfiat: non tamen quoad hoc, ut vrac Tho. secunda Secunda. q. 104. art. 1.

Ex his sequitur primo conciliari posse quod Innocentius & Thomas dicunt eū eo, quod Paludanus & alii contradicunt super eo, quod in argumēto secundo pro nostra conclusione supra formato est dictū, videlicet virū dubiū de seruitute coniugis, quod cum contraxit, putabat esse liberā, posse quidē reddere debitū secundū Paludanū & suos, si crediderit quantū ad hoc eam esse suā. non tamen posse secundum illos, si vel quantū ad hoc id credere nolit.

Sequitur secundo posse quem credere esse aliquam suam coniugem, quoad reddendū ei debitum, & non quoad exigendū. non tamen e contrario credere, quoad exigendū & non, quoad reddendū. Cuius ratio palam est. Quia in non exigendo nullū est periculū, nulli fit iniuria. In non reddendo vero alteri fieret iniuria, si vere coniunx esset. Et ideo facilius credere potest ea, quibus sibi, quam quibus alii præiudicat. Quia re sua cuilibet pro suo libito licet uti. l. In re mandata. C. Mandati. Modo ea non abutatur. §. Hoc tēpore. Institut. de his, qui sūt sui, vel alie. iur. & gl. in. c. Sicut hi. verb. aliena. 47. dist. Imo & abuti potest. l. Sed & si. §. Consuluit. ff. de petit. hæredit. Quod intellige verū, quoad forum exterius, non quoad interius.

Tertio sequitur id, quod dicitur in his quæ dubia sunt, an sint bona, an mala, superiori parendū, intelligendū esse parendū quidē, sed iuste pareri non posse, nisi prius inferior credat id, quod sibi præcipitur, bonū esse, vel absolute, quoad omnes effectus, vel saltem, quoad illum effectum, quoad quem sibi præcipitur. Hactenus de solutione primi argumenti, cuius me prolixitatis vix arguat, qui summā illius difficultatem perpenderit.

Nūc ad secundū respondeo illius solutionem ex dicendis in corollario sequenti pendere.

Ad tertium eo modo, quo ad primū respondendū est, videlicet subditū parere quidē debere regi bellum indicenti, quando non est certus de iniustitia, licet de iustitia certus non sit. Non posse tamen iuste, nisi adueniente regis præcepto credat bellū iustum esse, saltem quoad illū effectū parendi regi.

Ad quartū eo modo respondendū, sicut ad secundum.

Ad quintū respondeo multipliciter conscientiam explodi posse. Primo per aduentū iudicii contrarii. Secundo per solam illius depositionē contrario iudicio non concepto. Et concedo conscientiae depositionē sufficere in secundo respō. illius. c. Inquisitioni. si fiat priori modo, non aliter. Quod autem illud respō. intelligi debeat de depositione priori modo facta patet ex eo,

quod ait explosa conscientia posse illam, de qua loquitur ille textus, & reddere & exigere debitum, Quod tamen haud posset, si solum conscientia illa explosa mens remansisset dubia per illud. c. Dominus. de secundis nupt.

117 Ad sextum concedo longe differre scientē a dubitate in casibus illorum duorum capitulorum Dominus. de secundis nupt. & Inquisitioni. de sent. excom. Non tamen in hoc, quod sciens durante scientia neque reddere debitum valeat, neque exigere. Dubius autem valeat reddere durante illa dubietate.

118 Sed in hoc est differentia, quod sciens non potest deponere iudicium, quod euidenter nouit: credens vero, quia non nouit euidenter, accedente legis, vel superioris precepto dubietatem suam deponere potest, saltem ad effectum illum, ad quem iubetur id facere.

Ad septimum eodem est respondendum modo, quo ad tertium.

119 Vigesimo secundo infertur ex hac illatione vigesima secunda nemine posse agere licite etiam superiore precipiente, quod ipse credit esse malum & peccatum durante illa credulitate, etiam si peccatum sit ipsi non facere, quod ut faciat, precipitur. Infertur autem argumento a fortiori. Si enim quod dubium est mihi, non licet durante dubietate etiam superiore precipiente & precepto suo me obligante, ut supra est dictum, quod est minus: a fortiori non licebit, quod credo esse malum durante illa credulitate. Facit, quia uniuersaliter & sine vlla exceptione dixit Apostolus ad Romanos. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est. Ergo uniuersaliter est intelligendum. c. Si Romanorum. 19. dist. c. Solita. de maiori. Facit, quod omnes doctores sine vlla exceptione ita interpretati sunt. Facit casus (ut aiunt) rotundus in. c. Per tuas. de Simo. quod prohibet eum, qui putat aliquem episcopum ita Simoniacum, ut nemini liceat ordine ab eo insigniri, etiam si per nimium scrupulum & errorem id credat, non posse ab illo assumere, nisi prius eum deponat errorem.

Dicat tamen aliquis illum textum in illo casu loqui, in quo non peccabat ordinem ab illo episcopo non suscipiendo. Nam poterat licite ordines ab illo episcopo non sumere, ut quia non tenebatur ad superiores ascendere, vel quia poterat eos ab alio accipere, & ita solum probare non posse quem, quod credit esse malum facere, quando non faciendo illud non peccaret.

Sed haec solutio non tollit argumentum. Nam qui sic responderit, consideret primo illud textum de monacho agere, qui ut plurimum iustus ordine solet insigniri. Consideret secundo fuisse forte illi preceptum, ut ab illo episcopo ordines acciperet. Quod si nolit hoc concedere, fingat fuisse illi hoc preceptum: certe tunc casus est contra sic respondentem. Neque audebit confiteri eo casu licere illi accipere ordines ab eo, quem credit ita Simoniacum esse, ut nemini liceat ordine ab eo insigniri. Quarto facit quod conscientia etiam nea semper ligat, vel ad sui dispositionem, vel certe ad faciendum, quod illa dicitur Thomas prima Secunda. q. 19. art. 5. ab omnibus receptis praesertim a

Iohane

Iohane Gersone. 2. parte in illo titulo. de natur. & qualitat. conscientiae. Quinto facit, quia, qui scit impedimentum matrimonii, etiam si ob hoc excommunicetur, neque reddere potest debitum, neque exigere. c. Inquisitioni. primo responsio de sent. excom. Et tamen, qui solum credit, etiam si hoc ex causa probabili faciat, reddere potest, licet non exigere. Et hoc non alia ratione, nisi quia sciens, quod scit non potest nescire. Credens vero potest, quod credit non credere. Ergo contra credulitatem illam durante non licet agere.

Contra hanc illationem vigesimam secundam facit primo casus in illo. c. Inquisitioni. 3. responsio quod habet eam, quae ex probabili causa credit impedimentum aliquod esse inter se & suum maritum, teneri quidem reddere debitum, exigere vero non posse. Et oportet illud intelligere, quando non deponitur credulitas. Nam ea deposita posset etiam exigere secundum omnes. Secundo facit illud. c. Inquisitioni. quo probatur distare multum inter se an coniunx sciat, an credat matrimonii impedimentum. Quia priore casu non potest reddere, vel exigere debitum, posteriore vero potest. Et hoc non contingit alia ratione, nisi quia cum scientia impedimenti reddere non potest, cum credulitate autem sic. Ergo. Tertio facit illud ipsum cap. aliter inductum. Nam palam ponit differentiam inter credulitatem leuiter conceptam, de qua secundum responsum agit, & inter credulitatem probabiliter inductam, de qua tertium responsum tractat. Quia scilicet priore casu deponere potest, non autem posteriore. Igitur praesupponit posteriore casu contra credulitatem non depositam licere agere. Quarto facit illud ipsum capi. aliter inductum. Habet enim credulitatem, quae leuiter concepta est, deposita posse petere & exigere debitum. Quando autem probabiliter est concepta, solum posse reddere & non exigere. Ergo tertium responsum agit, quando credulitas non deponitur. Nam, si deponeretur, posset utique sicut reddere, ita exigere. Quinto facit. c. Laudabilem ut lit. pend. quod habet alterutro coniugum matrimonium accusante non debere alterum accusatum ante probatam accusationem iure, quod habet in accusante priuari. Ex quo text. infert. Pan. qd ait singulare. l. lit. pend. nemini inter dicendum possessionis usum, etiam in coniugiis. Ibi ergo habemus casum, in quo accusans matrimonium & ita credens illud non valere reddit debitum coniugale, & ita contra conscientiam facit, quod credit malum. Sexto facit, quod licite iudex contra conscientiam iudicat secundum. gl. postremam. c. Pastoralis. §. Quia vero. de off. deleg. cui alias 27. similes ibi allego. Et tradit Thomas, ut plurimum receptus secunda Secunda. q. 67. art. 2. & 64. art. 9. vbi hoc ipse dicit de ministro licere ei contra conscientiam suam iudicis exequi sententiam. Pro quo est casus iuris optimus in illo. §. Quia vero. vbi etiam hoc ipse Hostiensis, Cardi. Panor. & multi alii tam ibi, quam alibi saepe tenent, ut ibi latius dico in repetitione illius puncti super eo. §. breui stilo conscripta.

A iii Ad ho

Ad horum primū respondeo concedendo eum, qui probabiliter credit impedimentū matrimonii, quod probare non potest, ad reddendū debitū teneri, non tamen durante illa credulitate: sed prius ea deposita & concepta credulitate contraria, saltem, quoad illum effectū reddendi iuxta ea, quae dicta sunt in quarta solutione primi contrarii. n. 102.

122 Ad secundū concedo differre multū scire impedimentū matrimonii, vel credere illud. Non tamen in hoc, quod sciens durante illa scietia non potest reddere, vel exigere debitū conjugale: credens vero ex tate & durante credulitate hæc facere possit. Sed in hoc, quod sciens non potest nescire ea sola causa, quod velit nescire. Quia ex euidēti manat notitia, quae cogit intellectum assentiri etiā nolēte volūtate, ut dictū est in primo dicto superioris corollarii. Dixi autē ex ea sola causa, quo velit nescire, Quia per obliuionē, furorē, vel alias id gen<sup>9</sup> causas amitti potest. Nos autē hic de amissione, quae sola fit volūtate, loquimur. Credens autem potest non credere sola volūtate. Nam per quas causas res nascitur, per eandem dissoluitur. c. 1. de regul. iur. l. Ab emptione. ff. de pactis. At credulitas ex motiūo probabili & voluntate nostra producit, ut docetur in prologo Sentent, vbi cōmuniter id tenetur. Et post alios per Parisienses clare determinatur, Et in Tertio. d. 3. q. 1. concluditur f. fidem, vel credulitatem, neque a sola voluntate, neque a solo motiūo: sed a voluntate & motiūo, non naturaliter, ut scientia, sed libere produci. Facit, quod tenemur credere ad Hebræos. 1. 1. Accedentem ad Deum credere oportet. Et Marci vlti. Qui non crediderit condēnabitur. Et. 1. Iohā. 4. Nolite credere omni spiritui. Ex quibus apparet credere, vel non credere in nostra esse facultate ac voluntate positum. Quandoquidem non precipimur facere, nisi quae a nostra volūtate pendent, neque peccamus in aliis, quam in iisdem. 1. 5. q. 1. sub finem princip. Et ideo eruditissimus Innocentius erudite aliud de sciente, aliud statuit de credente. Hic enim sola voluntate potest nescire.

251 Ad tertiū respondeo concedēdo in cap. illo Inquisitioni. probari credulitatem, quae ex leui causa manat, & quae ex graui, differre. Non tamen in eo, quod contra natam ex graui liceat agere: contra natam vero ex leui minime. Nam hoc penitus contra rationem esset. Quia ex hoc inferitur efficaciorē esse credulitatem ex leui causa datam, quam genitam ex graui. Est autem in hoc differentia, quod genita ex leui facile ac penitus omitti potest & debet: nata vero ex graui difficilius tollitur. Et aliquando non expedit, nec deponi debet in totum, sed solū quo ad illum effectum, quoad quē vel iusta lex, vel iustum superioris præceptum id requirit.

126 Ad quartum respondeo concedendo secundum responsum illius. c. Inquisitioni. habere conscientia leui de impedimento explosa exigi posse ac reddi debitum. Tertium vero habere reddi tantū posse, quādo conscientia ex graui

ex graui causa vrget. Sed nego illum textum per hoc statuere, ut quis non deposita illa credulitate, saltem quoad illum effectum, possit reddere debitū: sed quod eo casu non debet quidem ex illa credulitate illa, quoad effectum exigendi, sed quoad effectum reddendi, ut supra est dictum.

Ad quintū f. c. Laudabilem. ut lit. pend. eodē modo respondeo eum, qui acculat matrimonium, si solum credit impedimentum & nescit, posse quidem reddere debitū deposita, quoad id conscientia: non autē exigere. Quia, quantū ad id matrimoniū, quod acculat, haud valere credit.

Ad textum respōdeo f. quod adeo iudici non licet contra conscientia iudicare, ut cuidā non contēndæ autoritatis viro hæresis videatur id dicere. Neque Thomas, vel aliquis alius id vnquam dixit in sensu, in quo in argumento accipis. Dixerunt quidem multi licere iudicare aliter propter scientiam, quā habet, ut iudex, quam iudicasset secundū scientia, quam habet, ut priuatus: & nemo vnquam dixit, quod sua cuiuspiam contrariū dictante conscientia esset ipsi licitum hunc, vel illum damnare. Qui enim iudex scit, ut priuatus tibi soluta decem, quæ Petro mutuaras, illo non probante solutionem, potest quidem pro te secundū Thomā & frequentius receptam opinionem pronunciare. Et ita non contra conscientia, imo secundum illam iudicat. Quia non facit contra id, quod ei conscientia dicitur faciendū: Imo quod ipsi dicitur esse faciendū. Quæ tamen altius, licet breuiter in illo. §. Quia vero, tractaui.

Vigesimo quarto infero peccare iudices omnes illos, qui opinionū varietati confisi pronunciant pro amico volentes ei in dubio gratificari. Constat enim eos contra dubietatē animi agere & exponere se periculo tollendi ius suum alteri parti ac consequenter mortaliter peccandi per prædicta. Facit. c. Graue. 1. 1. q. 1. Quod in hoc casu intelligi potest, dum ait in re dubia certa non detur sententia. Facit. c. Pastoralis. de fide instru. quod habet iudicem non debere iudicare secundū Decretalem de qua merito dubitet, num ea sit iuri consona.

Contra tamē hanc illationem facit regula. Cū sint iura partiū obscura, reo potius faciendum est, quam actori. de regul. iur. lib. 6. Facit text. in l. In ambiguis pro dote respōdere melius est. ff. de regul. iur. Cui similis est in l. In ambiguis. ff. de iure dotiū. facit. l. 1. ff. solut. matrim. In cuius initio Bart. ait Instrumentū faciens pro dote præsumi prius factum, quod instrumentū faciēs contra illā, licet vtrūque eodem die constat esse confectū. Facit, quod in omnibus causis fauorabilibus in dubio pro illis est pronūciandū. c. fin. de re iudic. Facit, quod tradit Roman. de causa pia in repetitio. authent. Similiter. C. ad. l. Falci. in. 13. speciali. Et quod tradit Bal. de fisco in. l. 1. C. de hæredi, vel Falci. col. fin. vers. Item in dubio. Facit etiam contra, id quod vulgo dicitur, in dubio pro amico consuli posse, ac iudicari.

132 Ad hæc omnia respōdeo, quod & Adrianus fecit in Quolibeto. 2. <sup>176</sup> intelligenda esse illa, dummodo illa dubietas ab animo ante sententiā expel-  
latur. Et qui iudicaturus est, prius, quam iudicet, credat ius esse ecclesiæ,  
doti, cauix fauorabili, vel amico suo: vel si hoc non credit, saltem certo cre-  
dat eo casu pro illis esse iudicandū. Non enim nunc arbitror oportere iudi-  
cem semper credere ius esse illi, pro quo iudicat: sed satis est credere p̄ illo  
esse iudicandum. Quoniam, qui scit aliquid, vt priuatus, quia videt, & con-  
trarium probatur in actis, non credit ius verum esse, quod probatur. & ita  
esse ius illi, qui fallum illud probat. Credit tamen pro illo esse iudicandū  
secundum ea, quæ superius in resolutione sexti argumēti dicta fuere illa-  
134 tione proxima. Quamquam, vt pro amico iudicetur, non arbitror id suffi-  
cere. Quia iura nō iubent in dubia re iudicari pro amico, quod iubent fieri  
pro dote & pro alia causa fauorabili. Et ideo, qui in dubio pro amico iudi-  
care voluerit prius me iudice certo credere debet illi esse ius, vel saltē secu-  
dum causā acta sic esse credendū ab eo, qui nesciret contrarium, si peccatū  
vitare voluerit. Quod, si credere id nequit, neq; p̄fecto iudicare iuste po-  
terit contra iura nostrā illationem confirmari. Quod multos parū ani-  
maduertere, & ideo male de Deo mereri doiendum est: cum facile, quod  
faciunt, agere possent de eo bene merentes.

135 Vigesimo quinto infertur illa conclusio Adriani in Quarto de confes-  
sione. q. 4. col. 4. quæ habet non solum illam circumstātiā esse necessario cō-  
fitendā, qua ideo peccatū est grauius, quia factū est contra conscientiā: sed  
etiam, quando peccatū est contra dubietatē animi exponendo se dubio pec-  
candi. Pro qua conclusione facit, quod omnis circumstātia, quæ specialē ha-  
bet repugnantia cum ratione, siue, quæ lege prohibetur speciali, siue, q̄ sola  
facit actum esse malū capitaliter, etiam si aliunde non esset malus, est neces-  
sario cōfitenda iuxta tradita in illo. c. Cōsideret annot. 1. Sed per superiora  
patet, q̄ quemadmodū, quod agitur contra conscientiā, ob id solū peccatū  
est, quia contra conscientiā agitur: et ita contra legē illam specialē, qua ve-  
tamur contra conscientiā quidquam facere. quæ habetur ad Romanos. 14.  
& in c. fin. de præscript. in c. Omnes. §. Illud. 28. q. 1. Ita & facere contra du-  
bietatem animi specialē repugnantia habet contra rationem, & est cōtra le-  
gem illā specialē, qua, ne quod est dubiū, an sit peccatū, faciam⁹, vetamur.  
Quæ habetur Ecclesiastici. 3. cap. & in c. Ad audiētia. & in c. Significasti. 2.  
de homicidii. Per quam legem ita id est peccatū, vt si aliunde non esset, ex  
hac tamen radice sola peccatum esset mortale.

136 Et quanq̄ hæc opinio speciem veritatis habet tamen contrarium in  
vtrōq; videlicet circumstātiā cōscietix offensæ vel dubietatis aīæ exequutæ  
nō esse confitendā, saltē expressim magnis viribus tutati fuimus in c. Cōsi-  
deret. annotat. 6. supra dist. 5. non sine piarū animarū consolatione grandī.

Vigesimo

Vigesimo sexto inferre posset quispiā ex prædictis eū, qui mercādi se  
arti addicit, peccare mortaliter. Eum item, qui se militiæ ascribit armata.  
Quoniam illæ artes adeo sunt omnium consensu periculosa, vt nemo, aut  
certe rarus sit, qui eas sine peccato exerceat mortali. c. Qualitas. c. Contra-  
rium. c. Negocium. cum ibi annotatis supra dist. 5. Ergo, qui se ad artibus  
illis vtendū ornat, periculo probabili & dubio peccādi mortaliter exponit.  
Hanc autem conclusionem non probo primo, q̄ si eam ob rationē præ-  
137 dictam affirmas, oportebit te cōsequēter affirmare nos omnes mortaliter  
peccare, qui qualescūq; munus & qualemcūq; artem primū aggredimur,  
imo & qui iam aggressi non relinquimus. Quādo dubium p̄fecto pro-  
babile ac verisimile fuerit in quocūq; nos munere mortaliter peccaturos  
arg. c. Septies. supra. d. 3. & i. Iohānis. i. c. & eius, quod dixit Innocent. in c.  
Omnis. post princip. de pœnit. Secundo moueor, q̄ ars mercandi & mili-  
tandi licitæ sunt. qd̄ mōstrauimus in c. Qualitas & c. Contrariū. supra. d. 5.

Non obstat fundamētū contrariæ partis: Quoniā videtur id tolli posse  
per ea, quæ supra in illatione. 1. 4. scripsimus, nempe tunc dubietatē animi,  
vel conscientia erroneam inducere mortale peccatū, cum illa dubietas, vel  
conscientia in specie & operis applicatione occurrit: secus, quando in gene-  
re, vt ibi latius dictum est. & in illo. c. Qualitas. declarauimus.

Gratias tandē ago domino meo IESU Opti. Maxi. qui me hūc certi-  
atq; incerti specum longe, quam putabā, incertiorē & tenebrosiorem locū  
penitus, quam propoluerā, ingressum errantēq; late suæ lucis radiis adiu-  
uit, in lumenq; reuocauit non omnino (ni fallor) spernendum.

### Terminus. c. Id circo Cyprianus.

**I**d circo fratres charissimi poenitentia non agen-  
tes, nec in dolore delictorum suorum toto corde  
manifestā lamentationis suę professionem testan-  
tes prohibendos omnino censuimus a spe cōmu-  
nionis & pacis, si in infirmitate atq; periculo cocperūt depre-  
cari. Quia rogare illos nō delicti poenitentia, sed mortis vr-  
gentis admonitio cōpellit. Nec dignus est in morte accipere  
solatium, qui se non cogitauit moriturum.

### SUMMARIA.

- 1 Cōmunio & sepultura impœniteni negatur, etiam si cōtritionis aliqua  
signa ostendat, modo per alia eius verba, vel signa eum non omnino,  
vel non amore Dei poenitere appareat.
- 2 Intellectus Cardinalis. c. Id circo, olim probatus, nunc omissus.
- 4 Mortis cogitationem vtilem esse plurimis probatur testimoniis.

Cardi



Arđinalis hic ait hoc capit. si bene illud perpendatur, parum seruire proposito. Pro cuius sententia facit, qđ conclusio a Gratiano proposita habet pœnitentiam, etiam in vitæ fine habitâ prodesse. Cypriani autem hæc autoritas habet non pœnitentibus nō esse cōmunionem concedendam. Quæ conclusio neq; repugnat priori, neq; illi consentit. Sed est separata. Quandoquidem aliud est non pœnitere aliud in fine vitæ pœnitere. Ei enim, quem credimus non pœnitere, nec in fine vitæ, nec ante cōmunionē concedimus corporis Dñi neq; etiam sepulturā. c. Placuit. 23. q. 5. Gloss. c. Ex parte. 2. de sepulturis cū aliis in. c. 2. supra eadem latius citatis. Quod autem hoc de pœnitente loquatur patet ex illo verbo: pœnitentiam non agentes. & ex illo: nec in dolore delictorum suorum toto corde. &c.

Histamen non obstatibus contrarium videtur verius. s. hoc. cap. de seruire proposito. Quoniam ex eo desumitur forte argumētum contra conclusionem superius positā. Legō enim in illo post verba prædicta eos, qui pœnitentiam, dum sani erant, non egissent, non esse audiendos, si in infirmitate & periculo cœperint deprecari. Et rursus legis, qđ eiusmodi homines nō delicti pœnitentia, sed mortis vrgētis admonitio rogare compellit.

Ex quibus verbis colligitur eum, qui ægrotus sibi dari cōmunionem pacis rogat, nō esse audiendum, si sanus pœnitentiam non egit. Colligitur itē eum, qui antequā ægrotaret, non egit pœnitentiam, in ægritudine positum non præsumi ex animo & Dei amore pœnitere, sed fide ac timore tantum & horrore pœnæ. Et tamen supra diximus etiā eum, qui nil verbis, rogat sed tātum pœnitentis signa demōstrat, ad cōmunionē & sepulturam esse admittendum. & ita extēdendū. c. 1. supra ead. Et certe quidquid Cardinali visum fuerit, quod etiam ante hac ipse probauit: nūc tamen rem ipsam penitus cōsideranti vix vllum aliud argumētum neruosius contra conclusionem a Gratiano in principio huius distinctionis propositam & a nobis in. c. 1. varie confirmatam occurrit, quam hæc Cypriani autoritas, quam, nulla ex parte violata litera, difficile fuerit diluere. Quod tamen in præsentia vero propius occurrit, dicendum est Cyprianum agere de his, quos constat neq; dum sani erant, fecisse pœnitentiam, neq; in ægritudine cōstitutos ex animo cōtrito cōmunionem petere. Quos item per ea verba, quæ proferunt, constat non toto corde ad Deum conuerti, vt, quia delictorum aliquorum pœnitentiam quidem ostēdunt: non tamen omnium. & se ab aliis quibus secessuros promittūt: nō tamen ab omnibus, vel etiam suis verbis & nutibus significant pœnarum tantum timore, non etiam Dei amore ita eos pœnitere. Et in summa Cyprianus de illis loquitur, quos constat non vere ac ex animo pœnitere: Leo vero Papa & autor aliorum capitulorum huius distinct. & Gratiani cōclusio ac nostra de his, quos videmus quidem

in vi

in vitæ fine pœnitere contritionis signa ostēdere & scimus id ab eis ex toto animo & Dei amore agi, vel certe ignoramus eorum animum & neq; scimus esse satis pœnitentia dignum, neq; indignum. Idcirco, & si non penitus credimus eos saluari, opinamur tamē & in dubio eorum pœnitentiam in meliorem partem interpretamur, saltem ad effectum eis sacramenta & sepulturam tradendi iuxta ea, quæ latius in. c. 2. n. 15. dicta fuerunt exponēdo verbum illud: non præsumimus. ibi positum.

**¶ Nec dignus est in morte suscipere solatium, cui se non cogitauit moriturum.**

EX hoc fine colligitur periculosum esse non cogitare se moriturum & mortis cogitationē vtilem. Pro quo est illud. in omnibus operibus tuis memorare nouissima & in æternum non peccabis. Illud item Euāgelicum Vigilate, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. A udis ipsum. n. 1. Seruatorem nostræ salutis viam mortis cogitationē esse significare. Sed & Hieronymus inter alia, qđ in hoc citat in epitaphio Marcellæ, nō tacet illud Satyrici: Viue memor leti, fugit hora, qđ loquor inde ē. Et ad Heliodorū ait: Sententia Platonis oēm sapientū vitā meditationē esse mortis. Ideoq; debere nos animo præmeditari, quid aliquñ futuri simus (& qđ veim⁹ nolimus lōgius abesse nō possumus. Audiam⁹ et nostrū patrē Augustinū Timor (inquit) de morte futura mentē necessario concutit, & quali clau⁹, carnis omnes motus superbix ligno crucis affigit. Sed & Seneca Lucillū admonēbat incertum esse, quo loco mors ipsum expectaret Itaq; eum illā omni loco expectare debere. Et eum, qui didicit mortē, seruire dedidisse. Possidonius item testatus est Augustinum, quē vtinam aliquando miserum vel in hoc incipiam⁹ imitari, his maxime, dum viueret fuisse amicum, qui mori ex animo cupiebant. Nam Seneca de se testabatur ante senectutem curasse, vt bene viueret, in senectute, vt bene moreretur. Bene autē mori esse libēter mori. Quod postremum consideranti videri potest veluti elōgino et per tenebras vidisse illud Paulinum. Cupio dissolui & esse cum CHRISTO. Hinc illa saluberrima ecclesiæ, quæ mater est pia, monitio: Memeto homo, quia cinis es & incinerem reuerteris. Ante quod institutū Ecclesiasticus liber habebat. Memento, qđ terra es & in terrā reuerteris. Et alibi: Terram teris, terram geris & in terram cōuerteris, qui de terra sumeris. Meminerimus ergo mortē CHRISTIANI, qui cū Hieronymo credimus & confitemur istendos nos ante tribunal CHRISTI vbi apparebit, quæ quis mēte vixerit, versemusq; animo elōgiū hoc Cypriani. Nō est dignus in morte suscipere solatium, qui se non cogitauit moriturum. Quo tandē mortē hanc temporariā cum gloria cōmutem⁹ æternā. A mē.

Lert.

Ecclesiastici  
vi.

Matthei.  
xxiii.

Epla Sæpe  
2 multū.

Epla Brā  
des mare  
rias

Lib. ij. de  
doctrina

Christiana  
Epla. xxv.

Possid. in  
vita Aug.

Epla. xliij.

que etiā Ar  
chid. hic me  
munt.

In capite  
qđragelū.

Ecclesiastici  
iij. in. c. In

ecclesiastico.  
xiii. q. ij.

Ecclesiastici  
xviii. 2. i. illo

c. In Eccle  
siastico.

**Tertus. Cap. vltimi.**



**A**llus expectet, quando iam peccare non possit. Arbitriū enim quærat libertatem, vt delere possit commissa: non necessitatem. Qui prius itaq; in peccatis relinquitur, quam ipse relinquat ea, nō libere, sed quasi necessitate condēnat. Licet enim

latro veniam meruisset in fine de omni crimine: non tamen dedit baptizatis peccandi & perseuerandi autoritatem. Tūc enim baptizatus est, qui tunc primum in cruce **CHRISTUS** confessus est. Poenitentia enim, si in extremo vitæ habitu aduenerit, sanat & liberat in ablutione baptismi ita: q̄ nec purgatorium sentiunt, qui in fine baptizantur. Sed ipsi ditati bonis sanctæ matris ecclesiæ recepturi sūt multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem, qui cum potuerunt nunquam conuerti voluerunt, contentes, cum iam peccare nequeunt, non sic facile acquirunt, quod volunt. Oportet enim, vt poenitentia fructif. et in bonis operibus: vt vitam mortuo impetret. Scriptum est enim, sine charitate neminē saluum esse. Nō itaq; in solo timore viuit homo. Quem ergo sero poenitet, oportet non solum timere deum iudicem, sed & in tum diligere. Non tantum poenam timeat, sed anxietur pro gloria. Debet enim dolere de crimine & de omni prædicta varietate eius.

**SVMMARIA:**

- 1 Libero arbitrio caret quis in mortis articulo, etiam penitus quandoq; n. 3. Sicut semper impeditur valde. n. 4.
- 2 Libero arbitrio carens nec bene, nec male de Deo meretur. Et adeo debile potest esse, vt mortifere peccare nequeat. n. 3.
- 3 Intellectus huius capit. vno verbo enucleatus.
- 4 Peccata neq; relinquere, neq; relinqui possunt, nisi per poenitentia saltem virtuale & generale. n. 7.
- 5 Intellectus illius dicti: peccata te derelinquunt, non tu illa.
- 6 Baptizatus in vitæ fine saluari creditur: non ita in vitæ fine poenitens. Quia non est æque verisimile. n. 10.
- 7 Intellectus contextui germanus ac verus.

11 Charitas, quam ad salutem necessaria, ea in beatitudinem via. n. 12. sine illa saltem habituali, neq; infantes baptizatos saluari. 14. nec sine illius infusione peccata remitti. n. 13. quam tamē etiam paruulis baptismi infundit ecclesia declarauit catholica. 15. charitatē autē & gratiam eadē esse, vel neutram sine altera vnq; haberi. n. 16.

17 Peccatorum displicentiā, nisi ex amore Dei natam, nō esse contritionē.

18 Peccatorem duabus molis molendum timoris. s. & spei, quæ chato charitatis sunt voluendæ. n. 19.

20 Absoluitur quis a peccatis suis, etiā si certo se absolui non credat, modo se ad sacramētum illud percipiendū credat idoneum. n. 21.



Tiā capit. hoc apud Magistrum in Quarto dist. 26. reperias.

**Tertus: Quando peccare non potest.**

Colligo primo ex hoc principio & verbis illis paulo prius positis: peccare nequeat. hominem in vitæ fine peccare nō posse. Quod in. c. 2. supra eadē. n. 22. vbi similis textus, extensum fuit & declaratum.

**Tertus. Arbitrii quærat libertatē nō necessitatem.**

**S**ecundo ex his verbis colligitur eum, qui ad mortē ægrotat, carere arbitrio libero. Facit, q̄ mors est maximum terribilium secundū Aristotelem. lib. 3. Ethic. & multa morte minora tollunt liberū arbitriū; puta ira, quando tanta est, vt mentis alienationem inducat, cuius meminerunt Joh. And. & cōmuniter alii in. c. Dudum. de cōuers. conjugat. Facit. i. Hac consultissima. C. qui testamenta ibi: Cum humana fragilitas mortis præcipue cogitatione perturbatur, minus memoria possit. Faciūt etiam, q̄ dicentur in. 9. Quod quamuis. infra eadem.

Contra tamen hanc conclusionē facit, q̄ nemo potest de Deo bene, vel male mereri, nisi liberum arbitrium habuerit & rationis vsū. c. Firmissime. c. Aliquos. c. Inebriauerunt. 15. q. 1. At in. c. 1. supra ead. conclusum fuit hominem vsquequo exhalet effletq; animā bene ac male de Deo mereri posse. Igitur ad mortē vsq; libertatem habet arbitrii.

Propter hæc & huiusmodi alia noster textus dupliciter potest intelligi: primo, q̄ ægrotus libertatem arbitrii penitus perdit. f. quod est quandoq; verum. Secundo, quod non habet expeditam, sed impeditā, quod semper est verū. Nam, vt in Bonauentura in Quarto. dist. Quando materia iursum capitur & impedit discretionem, delirant homines & extraneum ponunt. Impeditur, quando violentia morbi auertit & retrahit. Et hoc semper fit in infirmis. Hæc enim est natura potentiarum anime, q̄ quando viā est in Deo vehementi actu, altera distrahitur ab actione iuxta illud: Pluribus



12 **N**ec obstat si dicatur paruuli baptizati, qui antequam ad iustam perueniunt aetatem, moriuntur, saluari. c. Maiores. de baptismo. & per locum a contrario. c. Firmissime. de consecratio. d. 4. Non inquam hoc obstat, quoniam  
 14 **F** & si non actualement, habent tamen habitualement charitatem illi. Nam in  
 15 baptismo tam paruulis, quam adultis conferri gratiam informantem & vir-  
 16 tutes declaratum est in. Cle. 1. §. fin. de Summa Trinit. Et constat vel charitatem & gratiam eandem rem esse, quod Scotus & multi alii tradunt: vel certe neutram sine altera consistere, ut Thomas & eius asseclae asserunt. Quam opinionum diuersitatem narrabat. gl. in illo. §. fin. verb. informans & nos latius in explanatione diffinitionis sacramenti tradidimus in repetitio. c. Sacrificium. de consecrat. d. 2.

**Tertus: Homo in solo timore uiuit homo. Et rursus. non solum oportet timere Dominum iudicem, sed et iustum diligere.**

17 **Q**uinto memoria commendanda est haec, quae iuris optima videtur, autoritas ad probandum dolorem & displicentiam peccatorum, ut vera dicatur contritio, ob amorem Dei esse debere conceptam & non ob solum timorem. Facit supra. d. 1. c. Nemo potest bene agere poenitentiam, nisi sperauerit in indulgentia. Facit. gl. mibi singularis in. c. Serpens. supra dist. 1. quod habet  
 18 **F** peccatorem molendum esse inter duas molas, timoris nempe & spei. unde dictum est: Noli pignorar superiorē molā, neque inferiorē. Quoniam tamen aliud  
 19 est spes, aliud charitas per hunc text. illi glossae addi forte posset. Molas ite illas duas, quibus peccator molitur, circūducendas esse charitatis cantho, ut fiat farina bona, quae Deo placeat. Et, quanquam charitas & spes, ac consequenter  
 20 fides in iustificatione peccatoris necessaria sunt. Non tamen est necesse, ut peccator firmo credat sibi esse remissa peccata, quando a sacerdote absoluit. Quoniam licet credere debeat ex parte sacramenti nullum esse defectum: pie tamen dubitare potest, an ex parte sua obex aliquis fuerit, quo sacramenti efficacia impediat. Quod contra Lutherum pulchre iuxta ac breuiter Thomas de Vio aperit in. c. 1. septemdecim responsionum. quod facit etiam ad ea, quae supra  
 21 c. 2. n. 114. diximus: Et per ea, quae ibi dicta fuerunt, addendum videtur hoc Thomae a Vio dictum verum esse, modo is, qui se absolui permittit, credat se ad poenitentiae sacramentum suscipiendum accedere idoneum. Alioquin enim cum dubietate animi aggredieretur opus, quod sibi posset esse capitale. Et ita peccaret mortaliter iuxta illud Ecclesiastici. Qui amat periculum. &c. Et ea, quae late ante & post illum numerum. 110. in illo. c. 2. tradidimus.

**Tertus varietate praedicta.**

**S**exto addendum huic verbo praedicta. in. c. Consideret. supra. d. 2. Quoniam enim haec quinque capitula desumpta sunt ex illo libro, qui describitur

bitur de vera & falsa poenitentia, qui vulgo Augustino tribuitur, eius etiam pars est cap. illud Consideret. non est mirum, quod in hoc capitulo tam separato ab illo dicatur varietas praedicta eo, quod ibi fuerit de illa differunt. Quandoquidem omnia sunt ab eodem autore in eodem libro composita. Quem tamen libellum, non esse Augustini dictum fuit in summa dist. 9. & mox in §. sequenti dicemus.

**Tertus. §. Quod quamuis.**



**Q**uod quamuis de eius salute Augustinus potuit dubitare, credo quidem illi, qui dicit: Quacumque hora ingemuerit peccator et conuersus fuerit, vita uiuet et non morietur. Dixit conuersum, non tantum uersum, uita uiuere. Uersum quidem uiuere puto, qui dolet de crimine: conuersum, qui dolet de omni eius, quam exsoluimus uarietate. Vertitur a peccato, qui iam uult dimittere peccatum conuertitur, qui iam totus et omnino uertitur. Qui tam non tantum poenas non timet, sed ad bonum domini festinat tendere. Quae conuersio, si contigerit alieni, etiam in fine desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam uix, uel raro est tam iusta conuersio: timendum est de poenitente sero. Quae enim morbus urget et poena terret, ad ueram uix ueniet satisfactionem. Maxime, cum filii, quos illicite dilexit, sint praesentes, uxor et mundus ad se uocent. Adultos enim solet serotina poenitentia decipere. Sed quoniam Deus semper potens est, semper etiam in morte iuuare ualet, quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis, sed Dei fructifer poenitentia, inspirare eam potest quandoque uult sua misericordia, et remunerare ex misericordia, quos potest danare ex iustitia. Sed quoniam multa sunt, quae impediunt et languentem retrahunt, periculosissimum est et interitui uicinum ad mortem protrahere poenitentiae remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat.

**SUMMARIA.**

1. Intellectus huius §. olim probatus omittitur & etiam committitur non uult darus amittitur.
  2. Augustini non sunt uerba huius §. nec libellus, qui ei tribuitur de poenitentia.
- B §. Poeni



DE POENITENTIA DIST. 7.

- 1. Conuersum a verso differt, sicut totum a parte, quod non est uisum.
- 2. Quaeq; verum in 4.
- 3. Poenitentem quem non sanum, raro poenitebit agrotum.
- 4. Poenitentia, imo neq; yllius virtutis actus est, si libertate caret.
- 5. Tristitia magis, quam laeta mouent & testamentum, quod factum non valet, blanditiis attractum valeret.
- 6. Gaudium cum nimio factum non valere.
- 7. Circumstantias omnes bonas, praesertim finis adesse oportet, quae ad fit bonus, seu virtutis opus.
- 8. Mercium in mare propter vim tempestatis iactus ignominiosus aqua & voluntas coacta non est simpliciter voluntas.
- 9. Habitus malus non solum in malum iacit, habentis, sed etiam a bono contrario retrahit.
- 10. Suspenditur qui & iugulatur non facile saluari, si actum usq; tempus male agere consueuerat.
- 11. Extremo ab vno in alterum difficultis transitus.
- 12. Confessorum, qui auctoritate publica danatis assident, quod munus proprium.
- 13. Morituris absentia eorum, quos valde secundum carnem diligunt, vtilis.



Nnotandum primo verba haec usq; ad vers. Dixit conuersum. Gratiani esse, reliqua vero usq; ad finem Augustini secundum vnum intellectum. qui nobis olim placuit & quae hic Hug. & Archid. referunt. Pro quo facit, quod in versicul. Qd quamuis allegatur Augustinus. Magis tamen predictis placere videtur omnia verba in finem usq; distinctionis esse Augustini & nulla Gratiani. Et predicto fundamento respondent Augustinum hic de se in tertia persona loqui, sicut in c. Quando. 2. q. 4. A ptior textus in c. fin. 17. q. 4. in illis verbis: Quaeat alterum, qui suscipiat, non Augustinum. & in c. Quaequa. 2. q. 7. ibi Augustinus tamen Hieronymo minor est. & utrobique loquitur ipse semet Augustinus.

Sed haec solutio friuola est penitus & tantis viris indigna. Quoniam in hoc. §. ita citatur Augustinus, ut autor illius ab eo discordet & contrarium eius, quod ille, sentiat. Et veritas quidem est omnia verba huius cap. esse illius auctoris, qui libellum illum de poenitentia Augustino tributum composuit, ut patet ex c. 17. illius, vnde hoc fragmentum delumpit Gratianus. Libellum autem illum non esse Augustini graues auctores sequuntur in principio d.

Tertus. conuertitur, qui totus et omnino vertitur.

Annotanda est secundo ex his verbis differentia inter versum & conuertitum: vertitur, qui parte peccatorum relinquit, conuertitur, qui omnia. Facit illa, quae fere ab omnibus traditur differentia inter attritum & contritum in Quarto d. 14. & etiam 17. Facit, quod ea praepositio con in compositione coadunatione & multorum coniunctione significat & idem, quod simul iuxta illud Ouid. Metamorph. 9. Coesedere duces. &c. & illud Apostoli ad Roma. 8. si copati mur, ut & conglorificemur. Facit cap. Maiores. §. Quasi uisti. de celeb. miss. dum de comitione vini cum aqua in sanguinem illum CHRISTI agit. aliquando idem, quod valde, ut corepo, quae utraq; significatio pro conclusione nostra est. Et quamuis differentia haec pulchra sit & arrideat negotio proposito, arbitror tamen & omne conuersum dici posse versum & e contrario. Nam Genesios. 10. Ioseph suis fratribus ait: Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. Nonne potuit ibi dici conuertit? Et Genesios. 18. de vxore Loth habes: Versa est in statuam salis. Vbi recte poni potuisset, conueria. Et 1. Reg. 10. Versum est in proverbium. &c. Psalmus item 65. habet: Qui conuertit mare in aridam. & Exodi 14. cap. habet: Mare vertit in siccum. Et 1. Reg. 22. habes illam Saulis diram vocem: Conuertimini & interficite sacerdotes. Et rursum conuertere & irruere in sacerdotes. Et 3. Regum 22. Verte manum tuam & eice. &c. Iosue 8. Fugiemus & terga vertemus. In his certe locis, ubi ponitur vertere, potuit poni conuertere ac e contrario.

Tertus: Vir vel raro est tam iusta conuersio.

Tertio colligitur ex his verbis quem suorum erratorum non poenituit, dum sanus esset, raro in vitae fine bene poenitere. Facit, quod paulo inferius scribitur: quem morbus vrget & poena terret, ad veram vitam veniet satisfactione. Et quod subditur: multos lolet sera poenitentia decipere. Et paulo post: Periculosissimum est ad mortem protrahere poenitentiam. Et mox: Magnum est, cui Deus tunc illam inspirat. Quod tribus rationibus satis neruosis confirmatur. Prima est: quoniam antequam aliqua detestatio, siue peccatorum displicentia sit vera, requiritur, quod libere eliciatur. Imo hoc ad omnem actum virtutis id requiritur. c. Merito. 1. c. 1. Sed in extremis illa libertas aut non habetur, aut certe impeditur, ut in principio huius cap. est dictum & ibi probatur. Facit quoque quod passiones, quae a terrentibus, siue molestantibus & contristantibus manant, secundum Augustinum plus mouent, quam passiones, quae a delectantibus & blandientibus. Bonus text. in l. fin. c. si quis alium testari prohib. & l. Non enim. ff. de in off. testa. & l. fin. ff. si quis aliquem testa. Quibus probat testamentum a provocato per blanditias factum etiam in fauorem blandientis valere.

cum tamen a prouocato per terrorem non valeret. l. 1. & 2. C. & ff. si quis aliquid test. prohib. Tradunt Castellani de donatio. fol. 51. col. 1. & fol. 99. col. 2. Aretinus in l. 2. ff. de testa. & l. Qui a latronibus. eod. titul. vbi etiam Bartolus Nam & immanissime bestiae retrahuntur timore, vel tristitia ita, vt cessent a prosecutione delectabilium propter timorem terribilium & tristabilium.

9 Sed passiones delectabilium frequenter absorbent vsum rationis. textus cum gl. 2. c. Vnusquisque. 22. q. 4. & gl. 2. in verbo balneum conuictio textu in §. Serui. Instit. de liberti. Per quae aiebat gl. pro cemi. reg. C. cel. gratias a Romano Pontifice electionis suae die intra conclaue factas non valere. Quia nimio gaudio iudicium ipsius absorptum quodammodo videri potest. Facit quod tradit Panor. in c. Sicut. 2. de iure iur. & Feli. in c. 1. col. 4. de probat. Ergo a fortiori plus absorbent passiones prouenientes a contristantibus. At in mortis articulo constituto complura occurrunt maxime tristitia, nepe ipsa mors res omnium terribilissima, morbus & ex eo dolor proueniens. Nonnunquam etiam filiorum uxoris & mundi, quae illicite dilexit, praesentium desertio, vt paulo inferius habetur in textu. Ergo cum difficultate potest haberi vera detestatio in extremis, quasi actus liber. Secunda ratio, quare rarus sub vite fine recte poenitens inueniatur est, quia vt peccatorum detestatio sit sufficiens ad veram poenitentiam, necesse est concurrere in ea omnes bonas circumstantias. Quia id in omnibus virtutum actibus requiritur, quod docet Thomas prima Secunda. q. 7. art. 2. Facit. c. Decet. de imunit. eccles. lib. 6. c. Negociatorum. 28. dist. Textus iuris optimus in c. Non satis. cum gl. 4. & quatuor cap. sequentibus. 86. dist. praecipue circumstantia finis. c. illo Non satis. & c. Cum minister. 2. q. 5. c. Cum voluntate. de sentent. excom. Tradit Thomas prima Secunda. q. 18. art. 6. Sed in extrema necessitate vix habentur illae, praecipue circumstantia finis. Nam tunc maximus est damnationis metus, qui male vixerunt & grauiter tristantur, sed ex timore. Illa vero poenitentia, quae ex timore manat, non est debito fine circumdata. Oporteret enim poenitere ob amorem Dei super omnia dilecti. vt supra dictum est in princip. huius capit. numero. 17. Ergo illam poenitentiam, vt plurimum, non circumstant ea omnia, quae oporteret. Adde, quod illa poenitentia propter periculum, mortis aestimata fit. At quod efficere non potes, libertatem tollere videtur. Nam, qui proicit merces propter tempestatem, quae non est in potestate eius, non videtur libere agere secundum Aristotelem. Facit totus titulus ad l. R. hodiernam, de iactu. Facit illa noua conclusio Decii in l. Eius. ff. de regul. iur. §. si voluntate coactam non esse simpliciter voluntatem, sed cum adiunctione coactam, quam pridem in c. Cum locum. de spual. tenuimus cum certa declaratione desumpta ex c. Merito. 15. q. 1. Ergo a simili quem in extremis poenitet, propter periculum, quod non est sibi liberum tollere, non videtur satis libere poenitere, quo illi peccatum condonet.

Imo nec

Imo nec moraliter bona videtur illa poenitentia. Tertia ratio, qua idem probatur est, quonia, qui continue vixit in peccatis vsque ad mortem, habet habitum quo inclinatur ad peccata. c. Reperiuntur supra. d. 3. in authent. De monachis. §. 1. Paucorum. Instit. de rer. diuis. & etiam regula. Semel malus. Et non solum inclinatur ad peccandum, sed etiam retrahit a bono. Quia omnis habitus inclinans ad malum etiam retrahit ab opposito: illius mali, ad quod inclinatur, & resistit, ne eliciatur actus oppositus. Quonia quod opera sunt propositum in proposito, operatur oppositum in opposito. c. Sciendum. 8. q. 1. Et contra tabulas. ff. de vulgari. At talis, qui male vixit vsque ad mortem prope illa habet habitum intellectum valde ad peccatum. Ergo habet habitum valde intentum retrahentem a detestatione siue abominatioe peccati. Ergo & difficile habere potest detestationem talem satis circumstantiarum habentem.

Ex quibus infero minus facile aliquos, quibus ante hac consentiebam, pronuntiare omnes fere illos, qui autoritate publica, vel suspenduntur, vel regulantur, vel alio mortis genere occiduntur, saluari: quauis poenitentiam praeraxerint in illam vsque horam, qua eis sententia damnationis contra eos lata pronuntietur. Quamquam enim fateor eis grade poenitudinis suorum peccatorum occasionem offerri ex eo, quod se tam vicinos morti vident. Quia tamen eorum habitus hinc mortis corporalis rerum omnium terribilissima timore contumetur, illinc gehennae perpetuae metu cruciatur: aliunde amore vitae huius quam summe dilexit, tenetur, & ad eam amandam & mundum & amicos mundanos valde ab habitibus in eo diutina consuetudine radicatis abstrahitur. Difficile profecto fuerit satis libera mente oculos interiores in Dei bonitate attolere ac figere & tantum in eum amoris concipere, quo propter eum summe dilectum suorum, quae summe ac diu amauit, peccatorum tanquam summe odibilium poeniteat. Nonne ab extremo in extremum difficilis est transitus secundum Aristotelem? Nonne difficilis vitae mutatio? Auth. De monachis. §. 1. collat. 15. Charitas. §. fin. de poenit. d. 2. cum sequent. & sequent. Quis ergo non dicat mutationem solius dexterae excelsi, qua in temporis momento, dum a lictoribus in cruce trahit latro hic, vel homicida, qui diu & summe dilexit summos Dei hostes, nunc repetere summe Deum diligat & ob illius amoris summe illos oderit?

Inferitur secundo eorum, qui talibus assistunt, confessorum muneri esse praecipuum primo sedare illorum animos & persuadere tranquillitatem: deinde bonitatem & misericordiam, quae inmensa est, diuinam proponere, ac paratim in eorum mentem amorem illius summe summum introducere. Neque ob eum summe dilectam suam vitam malos mores inuenerunt eam quam summos hostes odierunt. Postremo ad singula errata & odio habenda descendere.

Ad hoc merito prudenter agere illos, qui a conspectu iam iam morituro reuerentes faciunt uxores & filios, quorum desertione tristatur moriturus.

Prudentius autem, qui concubinam & filios ex ea natos, quorum presentia non solum tristitiam producit, sed etiam ad amandum, quod male amavit, non parum inclinatur.



### Tertus. §. Si quis.



Si quis enim, qui per veram poenitentiam expectat Dei clementiam maiorem sentit Dei bonitatem sua requirit. Sed, si etiam sic conuersus fuerit, vita victa et non moritur. Non promittimus tamen, quod euadit omnem poenam. Nam prius purgandus est igne purificationis, qui in aliud saeculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis, et si eternus non sit, miro tamen modo gravis est. Excelit enim omnem poenam, quam unquam aliquis passus est in hac vita: licet mirabilia martyres passi sunt tormenta: et multi nequiter quanta sustinuerunt supplicia. Studeat ergo quisque sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat tale poenam tolerare. Quaedam enim peccata sunt mortalia, quae in poena sunt vitalia: non tamen statim sanantur. Saepe enim est qui moreretur, nisi medicaretur: non tamen statim sanatur. Languet victurus, qui prius erat moriturus. Qui autem impoenitens moritur omnino moritur et eternaliter cruciatur. Qui impoenitens finitur si sepe viueret, semper peccaret. At Dei est misericordia, quod operatur finem peccandi, ob hoc etiam sine fine torquebitur. Quia nunquam virtute ditabitur semper plenus iniquitate, semper sine charitate torquebitur sine fine.

### SVMMARIA.

- 1 Poenitens etiam vere non omnis recta in caelum volat.
- 2 Peccato cum primū per contritionem condonatur, poena aeterna pro temporali commutatur. Quamuis contritio postea, quam cepit esse contritio continuata, vel intensa, totam nonnunquam deleat. n. 3.
- 4 Baptizari cupiens, si moriatur sine baptismo ob materiae, vel ministri defectum, recta in caelum volat: Et ita baptismus flammis nonnunquam totam delet poenam. n. 5.
- 6 Purgatorium peccatorum locum post hanc vitam esse probatur ratione n. 7. sacris literis. n. 8. & 10. & aliis autoritatibus. n. 9. unde qui hoc negat, vel non credit, haereticus est. n. 11.

- 12 Bona nulla, quamlibet magna, damnato poenae aeternae differre: mala vero quamlibet parua gloriam.
- 13 Purgatorius locus duplex: alter specialis, alter generalis: ille indeterminatus, hic prope terrae centrum. n. 14. superior loco damnatorum, inferior vero puerorum. n. 15.
- 16 Purgatorii poenam maiorem ea, quam CHRISTVS suscepit, quia illa laedit ipsam animam, haec laedebat corpus. n. 18.
- 17 Dolor non est laesio, sed illius sensus.
- 19 Idem ignis purgat & cruciat damnatos, frigore quoque purgari verisimile. n. 20.
- 21 CHRISTUS non omne genus passionis est passus in specie, sed in genere sic. 22.
- 23 CHRISTI dolor duplex fuit, & uterque maximus omnium huius vitae non futurae. n. 24.
- 24 Purgandarum animarum poena quodammodo voluntaria.

### Tertus: expurgandus est igne purificationis, qui in aliud saeculum distulit fructum conuersionis.



In his verbis colligo primo non omnem, qui vere poenitens moritur, recta in caelum volare. Quod confirmat primo, quia conclusio est catholica peccato mortali per contritionem a Deo condonato condonari quidem semper illam aeternam poenam, quae illi mortali peccato ante culpa condonationem debebatur, non autem omnem poenam. Non enim illam temporalem, in quam illa aeterna commutatur. Quam conclusionem Thomas & Richardus tenent in Quarto d. 13. vbi terse tractat Paludan. q. 7. Tubingenses item & Parisienses. q. 1. & Cardin. in Cle. 1. q. 13. de privilegio. Secundo facit pulcher textus in c. Nullus potest. supra. d. 1. vbi post Card. nos quoque ab hinc biennium latius extraordinaria prelectione diximus. Habet enim ille textus haec verba: Nullus debita grauioris poenae accipit veniam, nisi qualemcumque, & si longe minorem, quam debeat, poenam soluerit: quasi diceret, nullam poenam illius aeternae, quae grauior est, veniam accipiet, nisi cum obligatione aliam, vel in hoc, vel in alio saeculo longe illa minorem sustinendi. Tertio facit ratio in illo. c. scripta Augustino, cui textus ille tribuitur, digna. s. Quia ita impartitur a Deo largitas misericordiae, ut non relinquatur iustitia disciplinae. At quando duo inaequaliter peccauerunt ita, ut alter viginti annis in grauissimis peccatis sit obuersatus, alter vero solo vno peccato maculatus, si utriusque habita aequali contritione tota poena remitteretur & nulla temporalis subeunda restaret: ita fieret locus misericordiae, ut relinqueretur iustitia disciplinae. Igitur id non est dicendum.

Contra tamen hanc conclusionem facit, quod tanta potest esse poenitentis contritio, ut tota poenitentis poena deleatur. gl. in c. Mensuram. supra. d. 1. & dixi cum. gl. c. 2. supra ead. dist.

392

Sed respondeo cōcedendo illam conclusionē. Et ex illa non sequitur, eodem momento, quo aliqua peccati displicētia incipit esse contritio, totā penitus pœnā esse sublātā. Sed q̄ illa displicētia, postea q̄ facta fuit contritio continuata vel intensā, totam deleuerit temporalem pœnam, in quā æterna fuit cōmutata; cum primum illa displicētia cœpit esse contritio. Quæ consideratio vti catholica, ita non est omnino crassa.

Ex quo infertur inter verū baptisma & veram pœnitētiā differentia illa, quæ supra in princip. annotatione, est annotata.

Contra tamen hæc facit. c. Debitum. de baptis. quod habet eū, qui sese in necessitate baptizauit, quamuis vere baptizatus nō esset, tamē recta in cœlum volaturū fuisse, si tunc mortem obiisset. Secundo facit, quia tanta potest esse in vitæ sine pœnitentis contritio, vt omnis pœna etiam temporalis condonetur. gl. c. Mensuram. supra dist. 1.

Ad horū prius respōdeo per illud cap. mihi singulariter probari, quod a nemine inuenio ponderatum. scilicet eū, qui baptizari percipit, & vel ob penuriam materiæ, vel ministri, vel alicuius alius rei nō baptizatur & sine baptismo moritur, gratiā suscipere baptismalem, qua omnis ei pœna ipsius peccatis debita aboleatur: non quidem propter propositū baptizandi tantum, sed propter propositum cum quo, impotentia baptizandi & mors concurrunt. Similis mihi textus videtur in. c. Baptismi vicem. de cōsecrat. dist. 4. vbi æquatur baptismus sanguinis & fluminis, quando, vt Augustinus ibi ait, ad celebrandū mysterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest.

Scio Paludanum in Quarto. dist. 4. q. 3. dicere fluminis baptismū a fluminis differre. Quia ille nō figit characterem, vt fluminis, neq̄ omnem pœnam peccato actuali mortali debitam remittit, quemadmodū hic fluminis. Et Paludanum sequitur Diuus Antoninus. 3. parte. titul. 14. c. 13. in princip. Syluester item & Iohannes Tabienf. Scio (inquā) hos patres hoc tenuisse, quos etiam ipse olim fui sequutus, cum Salmantica prælegerem illud. c. Baptismi vicem. At arbitror neq̄ illos, neq̄ alium, quem viderim eruditum hos duos textus in hoc pōderasse, quibus certe ipse respondere in præsentia nequiret: nisi plane, qd̄ dixi cōcludēdo et Palud. & prædictorū sentētiā moderando, vt vera sit in eo, qui baptizatus est, quidē baptismo fluminis per peccatorū suorū contritionē & baptismi fluminis suscipiēdi propositum. Et ita catechumenus mortuus est sine baptismo ob mortem forte subitā, vel aliam ob causam, quæ ipsum a susceptione quidē baptismi reali excusaret. Non tamē in eo, qui baptizari percipiens, quæ res petensq̄ illud ob defectum ministri, vel materiæ ante susceptū moritur. Quā conclusionem, veluti nouam, sed illis textibus maxime consonam ecclesiæ, quæ vna est Romanæ, dolabræ subiicimus.

Adpo

Ad posterius autem respondeo textū nostrū de illo agere, qui contritionem quidē habet, quæ peccatorū culpæ delendæ sufficiat: non tamen adeo magnam, quæ totam illorum pœnā abolere omnino valeat.

Secundo ex iisdē verbis colligitur esse post hanc vitā locum purgationis peccatorū, siue purgatorium, in quo anima, quæ pro peccatis nō latissime cerit, pœnam luit, quo tandē in cœlum visura Deū eoq̄ fruitura volet. Pro qua conclusione textus est hic omnīū vtriusq̄ iuris optimus. Ratio vero & argumentū optimū tactum est in confirmatione conclusionis præcedentis. Cuius hæc poterat esse corollarium. Sacræ vero scripturæ autoritas optima est illa Machab. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt peccatis soluantur. Non enim illud intelligi potest de beatis. quia tales nil indigēt: nec de dānatis. quia illis nil prodest. Intelligit ergo de his, qui sunt in illo purgatorio peccatorum loco. Facit quia per contritionem deleta culpa non ex toto semp̄ reatus pœnæ aboletur, vt in conclusione præcedenti dictum est. Nec etiam semper venialia dimissis mortalibus tolluntur. Facit, q̄ iustitia Dei hoc exigit, vt per pœnā debitam ordinetur culpa. cap. Nullus. supra. d. 1. Facit quod Ecclesia vniuersalis pro defunctis vbiq̄ Christianorum orat. c. Non estimemus. c. Pro obeuntibus. c. Anime sanctorū. & multis aliis. 13. q. 2. c. Cum Marthæ. §. Tertio loco. de celebrat. missa. Postremo facit illud Math. 12. Peccatum in spiritum sanctum, neq̄ in hoc sæculo, neq̄ in futuro remittendum. Quibus verbis veritas ipsa innuebat aliquod esse peccatum, quod posthanc remittitur vitam. & ita verba illa inducit Gregorius in. c. Qualis. 25. dist. vbi etiam ait credendū purgationis ignem esse pro quibusdam peccatis ante iudicium.

Ex quibus infertur primo eum, qui negat purgatorium locū, vel non credit, cum ecclesiæ vniuersali, q̄ hoc credit, resistat, hæreticū esse secundum Thomā in Quarto. d. 21. Quo solo nomine Lutherus cum suis hæreticus habendus erat.

Secundo infertur nullum, quālibet magnū in hac vita factum efficere, quo ei, qui peccato mortali maculatus moritur, miseria illa inferorū sempiterna differatur: mala vero, quamlibet minima efficere, quo gloria illa æterna in Domino morienti debita non ilico tribuatur. Neq̄ immerito. Quoniam bona omnia eius, qui moritur Deo exosus, aut mortuafuerūt semper, aut mortificata iuxta ea q̄ notant in gl. postrema. c. Quærat. supra d. 3. vbi de his latius dixim⁹. Mala vero eius, qui in Domino moritur viuificari quidē non potuerunt & ideo illa oportet abradi ac igne absumi: quo pura & nitens eongrediatur, vbi nil coinquinatum admittitur.

VBI LOCVS PURGATORIVS.

Locu

**L**ocus autem ille purgatorius duplex dicitur esse: alter secundum specialem dispositionem & hic determinatū locum nō habet, sed est, vel ubi peccauerunt, vel alibi, ubi apparent in assumptis corporibus secundum quod expedit, vel viuis ad ædificationē, vel ipsis mortuis ad suffragiorum petitionē, vt Gregorius refert de multis in. 4. dialogorum. Alius locus est secundū legem cōmunē & hic creditur esse in inferno circa centrum terræ, superior tamen inferno dānatorum & inferior puerorum limbo: cum peccato actuali proprio, qua purgandi laborant, maior debeat pena, quam peccato originali, quo pueri limbi laborant. Facit, q̄ in p̄nam originalis peccati sancti patres omnino purgati quadā inferni parte detinebantur. Multo ergo magis purgandi sunt in inferno detinēdi. De hoc purgatorii loco Baptista. 2. Parthenices Marianæ canebat.

Alter. s. locus, habet sanctorū animas, quibus igneus ardor.

Eximit infectum scelus & telluris odorem.

Hic nisi soletur pax expectata quiesq̄:

Vix tormenta ferunt. tanto locus æstuat igne.

**Tertius: ignis, & si eternus non est, miro tamen modo est grauis. Excedit enim omnē poenam, quam vnquam aliquis passus est.**

Hæc eadem verba referuntur etiam in. c. Qui in aliud. 2. c. d. Ex quibus colligitur maiorem esse poenam eorū, qui in purgatorio illo igne cruciatur, quam dolor, quem Seruator noster, cum pro nobis miseris pateretur sentiebat. Facit pro hoc, quod sequitur in eodem. §. nempe, nūquā in carne tantam inuentam esse poenam, licet mirabilia martyres passi fuerint tormenta. Facit secundo illa ratio Aquinatis in Quarto. d. 21. dicentis: q̄ dolor non est læsio, sed sensus læsiois. Et ideo t̄to magis quis dolet de aliqua læsione, quanto magis est sensituius, cum læsiones, quæ fiunt in locis maxime sensibilibus, maximū dolorem incutiant. Et quia totus sensus corporis est ab anima, ideo, si in ipsam animam aliquid læsiuum agat necesse fuerit maxime affligere. Facit, quod ignis ille, quo secundum cōmunem legem animæ purgantur, idem est in specie cum eo, quo damnati cruciantur iuxta illud Gregorii: Sicut in eodē igne aurū rutilat, palea fumat: ita sub eodem igne peccator cruciatur & electus purgatur. Sed an præter poenā ignis ibi patiantur aliam, sicut dānati, de quibus Iob. 24. dicitur: Ab aquis niuiū transiunt ad calorem: niviū. incertum est, tamen si dicatur in Psalmis: Transiimus per ignē & aquā & eduxisti nos in refrigerium. Et quāuis quædam in hoc mundo lege speciali nō semper igne, sed vel glacie, vel aliter, vt Deo placet purgantur: omnis tamen poena eorum ignis vocatur. Quia est afflictiva & cū hoc purgatiua secundū cōmunē. Facit tertio pro

conclu

conclusionē, quod CHRISTVS nō oēs passiōes, siue oē patiēdi generis sustinuit secundū illud Iohan. 19. Milites quidem primi fregerunt crura & alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad IESVM autē, cum venisset nō fregerūt eius crura. Per qd̄ testimoniū hoc ait Thomas. 3. parte. q. 46. art. 5. Contra tamen hanc conclusionē facit illud Threnorū. 1. Attendite & videte, si est dolor similis sicut dolor meus. Secundo, q̄ & si CHRISTVS non fuit in specie passiōis omne genus passus, vt in cōfirmatione conclusionis allegabatur: in genere tamen omnē perpassus est. Quoniam ab omni hominum genere & in omnibus bonis, honoris videlicet, corporis & famæ & secundū omnē sensū. Quod pulchre demonstrat senior Thomas in illo art. 5. & dilatandi latius materiā præbet iunior ibidē. Tertio facit, quia, vt Thomas ait in eadem. q. 46. art. 6. In CHRISTO patiente fuit verus dolor & sensibilis, qui manat ex corporali nociuo: & dolor interior, qui nascitur ex apprehensione alicuius nociuēti, quæ tristitia dicitur. Vtrunq̄ autem fuisse maximum dolorem vir ille doctus pie ac neruose probat. Quarto facit q̄ licet eorum, qui purgātur, p̄na sit inuolūtaria secundū sensū, quia nullum malū secundū se & propter se est (vt ita dicam) volitum, sed nolitum. At propter aliud ipsa est volūtaria. Nam primo, sciunt eam a Deo inflictam & illi placere volunt. Vnde nō murmurāt, sicut nec boni filii contra flagella patris. Secundo, quia sciunt flagella esse iusta. Vnde quia charitas cōgaudet veritati. 1. ad Corinthi. 13. Et ipsi habent charitatē, volunt etiam sic iuste pati. Tertio, quia sciunt se aliter non posse saluari: & amore boni sperati volunt sic propter illud affligi. At voluntarium multū de p̄næ grauitate minuit iuxta illud. Amanti nihil difficile. quod Bernardus ait in sermone Mariæ Magdalenæ & illud Baptiste. Impatiens amor est maiorq̄ viribus audet.

Ad horum primum respondetur illud Threnorū: Attendite & intelligendum esse de omni alio huius vitæ dolore. Dolor enim animæ separatae parictis, vt ait Thomas in illo art. 6. pertinet ad statum futuræ damnationis. Quia excedit omne malum huius vitæ, sicut sanctorum gloria excedit omne bonū præsentis sæculi. Vnde, & cum dicimus. CHRISTI dolorem esse maximum, non comparamus ipsum dolori animæ separatae. Per hoc soluantur secundū & tertium argumenta, quibus soluitur concluditur CHRISTI dolorem inter omnes huius vitæ dolores fuisse maximum. Quod ore pleno confitemur.

Ad quartum responderi potest primo eorum, qui purgantur, poenam non esse voluntariam simpliciter, sed secundū quid iuxta ea, quæ diximus in §. Quod quāuis. n. 12. & iuxta ea, quæ in ipso tanguntur argumento. Secundo respondeo etiam eam, quam CHRISTVS patiebatur, poenam voluntariam fuisse & spontaneam. Et tanto magis spontaneam, quanto

quanto

quanto, tanq̄ mortis & vitæ, pœnæ ac præmii largitor facilius potuit illam a se propellere, quam anima purganda, quæ nullatenus valet se liberare. Vnde illud argumētum solum probat grauiorem multo esse damnatorū, quam purgātorum pœnam. Quod etiam fatemur.

Finis ergo huius super hac septima distinctione commenti fuerit: vt, quando pœna illa perpetuo damnatorum indicibilis est, quippe, qui altis fornacibus ardent spe vidui nullanq; audēt sperare salutem. Quorum, vt ille ait, sæui sunt vincla dracones, Tartarus est carcer, sunt verbera frigus & ignis.

Quando item certum est eum, qui vel vnam, quæ mortifera sit, culpam admiserit, in ignem iturum æternum flamma æterna cruciandum. Omnis eiusmodi culpa pro basilisco nobis sit. Fugiamus illam veluti colubrum, quam si, quæ miseria nostra est, admittere contigerit, palleamus pœnitentiæ, vt nudis pressit, qui calcibus auguē, & vt Lugdunenēsem rhetor dictus ad aram. Præterea, quando pœna illa in purgatorio loco subeūda adeo cruciat, vt non solum omnē, quem Laurentius, quem Catharina, quos alii martyres passi fuere, superat dolorem: sed etiam illum omnī vitæ huius maximū, quem pro nobis ab hac pœna liberandis ipse illius Dominus passus fuit. Quando item ob quodcunq; peccatum quālibet leue, etiāsi verbi ociosi metas non excesserit, illi reddamur obnoxii: studeamus vigili cura ora nostra & corda custodire, ne vel leuibus, quæ tanto igne, tanto cruciatu abradenda sunt, erratis maculati moriamur. Studeamus etiam & quisq; pro virili satagamus, quo pro grauioribus, q̄ tot aliqui (pro dolor) passim admittimus, Deo, dum viuimus, satisfaciamus, nunc planctu & fletu, nūc abstinentia & ieiunio, nūc precatione assidua & elemosyna dulciter elargita, nūc aliis, qui diuinam placent iustitiam, laboribus assumptis. Quiq; sumus sacrifici, frequenter missemus, aliiq; missare faciant. Omnes autē condonationes illas iusta de causa e thesauro ecclesiæ pp̄o CHRISTI a no elargitas pro facultate nostra quæramus: non tamen eas tam facile, vt vulgus indoctum & credit & docet, quæri nobis putemus. Ne, dū credim⁹ nos a purgatorio liberos mori, maxime illi obnoxii moriamur. AMEN.

FINIS.

GLORIA ET HONOR DEO.

# CONTENTORVM IN HIS COMMENTARIIS INDEX.



Aboluote in nomine Patris & Filii & Spiritus Sæcti. Hæc verba etiam censuras cōprehendere. d. 5. c. 1. §. Cautus. n. 33

Abfoluit Deus, vt autor, confessarius, vt minister. d. 6.

c. 1. in principio. n. 15.

Abfoluens publice pœnitentiā iniungere nequit. n. 11. nisi iurisdictionē in foro habeat exteriori. d. 6. c. 1. in principio n. 12. eam tamē iniungendo vix venialiter peccat. n. 13. nisi

sacramentaliter abfoluere intenderet. n. 14.

Abfoluens plus aliquid habet i abfoluōe q̄ baptizās in baptismo. n. 17. ibidē

Abfoluens ex cōicatu quatuor seruet ibidē. n. 64. quorū tamen omisio abfoluōne non vitiat. n. 66. & frequenter seruanda non sunt. n. 66. & nullum eorum est de forma substantiali. n. 69. ibidem.

Abfoluens quem non potest, certificet illum erroris. n. 60. ibidem.

Abfoluitur ante satisfactionem nōnūquā ex cōmunicatus pro manifesta offēsa. ibidem. n. 68. etiam causa non est manifestata. n. 70. ibidem.

Abfoluitur quis a peccatis suis, etiam si certo se abfolui nō credat. c. fin. 7. dist. n. 20. modo se ad sacramentū illud percipiendū credat idoneū. n. 21.

Abfoluere non potest Laicus ab ex cōmunicatione, etiam in mortis articulo. ibidem. n. 84. & ita neq; sic abfolutus in loco sacro sepeliri potest. n. 45. ibidem.

Abfoluendo ab ex cōmunicatione incerta quandoq; petēda de consilio saltē, cautio exigenda vero nunquā. n. 67. ibidem.

Abfoluendi & ligādi potestas sacrificorum indelebilis est. d. 6. c. 1. princip. n. 1 sicut & character & consecrandi potestas. n. 2. & 3.

ABSOLUTUS sancte a peccatis tenetur quandoq; supiorem pro ex cōmunicationis abfoluōne adire.

ABSOLUTIO vna e duabus cōsatur. d. 5. c. 1. §. Cautus. n. 19. imo aliqñ e tribus & quatuor. n. 22. quo casu postrema gratiā sacramentalē operatur. n. 21.

Abfolutio reseruatorū superioris sacramētalīs cōtra Adrianū. n. 23. ibidem.

Abfolutio nullius ex cōicationis alteri ex cōmunicationi repugnat, sed omni ex cōicationi repugnat omnis abfolutio a peccatis. c. Fratres. l. 5. n. 42.

Abfoluōnes nō esse quas multi tales putant. d. 6. c. 1. in principio. n. 10

Abfolutio ex se ac q̄tenus a sacerdote manat efficax, q̄ quis aliunde quandoq; vana. n. 16. ibidem.

Abfolutio sacramentalis ex illis solis verbis: abfoluote, vel similibus cōstat. n. 18. ibidem neq; debet addi autoritate episcopi vel alterius. n. 19. neq; Papæ. n. 21. in abfoluōne autem voti, vel iuramēti sic. n. 22. Qui tamē id pio animo ad

dunt, non peccant. n. 23. ibidem.

Abfolutio a cēsuris non est substāialis sacramētali. Sed aliqñ præcepta. n. 25. ibidem

ibidem. nōnunq̄ cōsulta. n. 26. interdum in absolutiōe sacramenti  
gitur. n. 27. & ita vna solutiō duas diuersi generis continet. n. 28.

Abolutiōe q̄ præcedit, peccatiō nō est necessaria, sed cōueniēs. n. 30. ibidē

Abolutiōi sacramētali substāiali, aliquid bñ, aliquid addi male. n. 31. ibidē.

Abolutiō etiā ad oblita protēditur. n. 32. sed nō tā efficax ac aliis. n. 33. ibidē.

Abolutiōe sacramētale q̄ tria cōsequunt̄, nō necessaria, sed sc̄ta. n. 34. ibidē

Abolutiōi ab excōicatione nulla verba præscripta. d. 6. c. 1. in principio. 59.  
nā & iniusta valida. 58.

Abolutiō ab omni excōmunicatiōe cōmissa nō cōtinet quam in specie nō  
cōmisisset superior. n. 61. ibidem.

Abolutiō ab excōicatione non fiat sub cōditione. s. propria. n. 62. ibidē. q̄ de  
futuro est. n. 63. sed facta tenet. n. 64. & erit efficax illa impleta. n. 65.

Abolutiō multis de causis pōt nō dari ex aīo pœnitēti. d. 6. c. 1. Sacerdos. n. 64.

Abolutiō & confessiō informis validæ dist. 5. c. 1. §. Cautus. n. 30.

ACHOR trinominis in gl. princip. d. 5. n. 10.

Achor confessiō iudicialis non sacramentalis. n. 11. ibidem.

Act⁹ ab obiecto & et a fine sortitur speciē in gñe morū. d. 5. c. 1. i princip. n. 117

Adrianus Paludanū non satis expendit in gl. principii. d. 5. n. 25.

Adrianus labitur. c. Fratres. d. 5. n. 41.

Adultera olim adulteriū confiteri cogebatur dist. 6. c. 1. Sacerdos. n. 15.

Anima vnus illæsa ipsius fama seruāda est, si fieri potest, corpus item & res  
proximi sine alterius fame læsione saluanda. n. 24. ibidem.

Antoninus laudatur & collector potius Paludani, quā examinador habetur  
dist. 6. c. 1. Placuit. n. 57.

Appellatio vere iniusta, probabiliter tamen habita pro iusta excusat ab excō  
municatiōe & irregularitate. c. Si quis autē dist. 7. n. 2.

Aplicū illud: nō vos defendētes. noue sed vere intellectu. c. Cōtrariū. d. 5. n. 12

Arguere significat reprehendere, ostendere in periculum ducere dist. 5. cap.

Qualitas. n. 15.

ARS, q̄ sine peccato exerceri nequit, illicita. c. Negociū. d. 5. n. 2. Sed venia  
liter tantū, si absq; veniali peccato non potest, mortaliter vero si nō absq; mor  
tali. n. 4. & 5. ibidem.

Ars, quæ sine veniali non exercetur, venialiter mala. n. 6. ibidem.

Ars, cuius operibus homines & bene & male uti possunt licita, licet ut pluri  
mū male vtantur. n. 8. idem. n. 10. & 23. Nam & naturæ legibus maior pars ho  
minū abutitur. n. 9. ibidem.

Ars, chartarum lusoriarum in se non mala, saltem mortaliter, neq; illā exer  
centes mortaliter peccare. n. 22. licet hodie extirpanda. n. 26. ibidem.

Artis malæ operum quandoq; bonus vsus. n. 16. ibidem.

Artē malā alterū e duobus facit. n. 17. est mala venialiter & mala mortaliter.  
n. 13. ibidē.

Arte

Arte omni & officio bona hominum pars abutitur. n. 3. ibidem.

AVGustini exemplum imitatione dignum. c. Qualitas dist. 5. n. 33.

Augustinus & Urbanus secūdu quo tempore floruerūt & noua ex hoc duo  
rum. capit. concordia. §. Quod autem. c. Sacerdos. dist. 6. n. 2

Augustini non sunt verba. §. Quod quis. dist. 7. ibi. n. 2. neq; libell⁹ de pœnit.

B

BAPTISM⁹ Iudæ baptismo Iohāis Baptistæ præfert. c. 1. §. Sacerdos. d. 6.  
Baptizat hæreticus. c. 1. §. Laboret dist. 6. n. 4. consecrat itē. n. 5. (n. 3)

Baptizatus in vitæ fine saluari creditur, non itē in vitæ fine pœnitens. c. fin. d.  
7. n. 9. Quia non est æque verisimile. n. 10.

Baptizari cupiēs, si moriatur sine baptismo ob materiæ, vel ministri defectū  
recta in cœlū volat. c. fin. §. Si quis. 7. dist. n. 4. & ita baptism⁹ flaminis nōnunq̄  
totam delet. n. 5.

Bellandi causæ tres explicantur & aliæ noue allegatur. dist. 5. c. Contrariū. n. 4

Bellum iustum quod. n. 5. ibidem.

Bonam fidem dicitur habere, qui malam non habet. c. Si quis. n. 89. dist. 7

Bonus quilibet multitudis præsumit, nō tamē omnes dist. 5. c. Qualitas. n. 21.

Bona temporalia maiora nemo ut plurimū tenetur mioribus præferre, quā  
possit. c. Si quis autem. 7. dist. n. 31.

Bona nulla quilibet magna dānato pœnā aternā differre. c. fin. §. Si quis. d. 7.  
n. 12. mala vero quālibet parua gloriam.

O

CANONICI Sactæ Crucis Conimbricēsis laudati Marismagni participes  
sunt. c. Placuit. d. 6. n. 126.

Cap. Quæ ipsū. 38. dist. forte nō Augustini. c. Falsas. d. 5. n. 17.

Causæ malæ malus effectus, si est imediatus. dist. 5. c. Qualitas. n. 3.

CERTVM p̄ incertū non omittēdū. c. Si quis autē. d. 7. n. 3. hoc est clara & idū  
bitata p̄ dubiis & obscuris. n. 22. Quod est verū in bonis & malis. n. 24. verū etiā,  
qñ certū cū min⁹ certo cōcurrit. n. 25. modo sint cætera paria. 27. regulariter autē  
hoc cōsultitur, nō præcipit. n. 30. etiā que ad casū specialem huius cap. si ius tamē  
diuinum attēdas. n. 12. quamuis iure humano attento sic. n. 33.

Certū nobis qd̄ credim⁹ & scim⁹, incertū qd̄ dubitam⁹, v̄l opinamur. n. 28. ibi

Certū quid significet in hoc cap. & quid incertum. n. 22. ibidem.

Certum & incertum nomina generalia variis de rebus dicuntur. n. 23. ibidem.

CHARITAS habita frequenter amittitur in præfatione dist. 5. n. 3.

Charitas q̄ ad salutē necessaria ea ad btitudinē via. c. Null⁹. d. 7. n. 11. & 12. sine  
illa saltē habituali, neq; ifates baptizatos saluari. n. 14. nec sine illi⁹ infusiōe pctā  
remitti. n. 13. quā tamen paruulis infundi ecclīa declarauit catholica. n. 15. chari  
tatem autē & gratiam eandem esse, vel neutrum sine altera vnq̄ haberi. n. 16.

CHRISTVS non omne gen⁹ passiois passus est in specie. n. 21. c. fin. §. Si

C ii quis. 7. d.

quis. 7. dist. sed in genere sic. n. 22.

CHRISTI dolor duplex fuit & vterq; maximus omniū huius vitæ. n. 23. ibidem non futuræ. 24.

CIRCVMSTANTIA quid. d. c. 1. in principio. n. 1.

Circūstātia qñq; substātiāle actū esse, in quantum ille peccatum est. n. 3. ibidē

Circūstātiæ septem & quare tot. n. 4. ibidem.

Circūstātiā non esse numerum peccatorum. n. 5. ibidem.

Circūstātiā quæ grauat & nō mutat speciē peccati nō necessario confitēdā, neq; grauare infinitum. n. 7. & quæ dicitur grauare infinitum. n. 9. & q̄ mutat speciem. n. 14. & 12. ibidem.

Circūstātiarum anxietas nimia confessioni forte nocuit. n. 10. ibidem

Circūstātiās quocunq; modo grauātes confitēdas doctū quidem facile, sed factū difficile ibidem. n. 11.

Circūstācia loci sola sāguis & semis effusione malā frequēter efficit. n. 15. ibidē.

Circūstātiā loci sacri confitendam. n. 19. quando lege speciali prohibetur malum, qđ i eo fit. n. 20. & ideo raro. n. 21.

Circūstātia numeri potius peccati multiplicatio est, quam circūstātia. n. 4 & ideo confitenda & quomodo. n. 42. ibidem.

Circūstātia numeri a metrice & ab eo, qui iam pridem non recitat preces horarias quomodo confitenda. n. 45. ibidem.

Circūstātiā temporis confiteri vtile, sed non necessarium, nisi duobus casibus. n. 33. & 39. & 40. ibidem.

Circūstātia personæ auget peccatum. n. 49. sed non est confitenda necessario, nisi qñdo cum voto, vel statu peccantis directo pugnat. n. 50. ibidem.

Circūstātia conscientie necessario confitenda secundum Adrianum. n. 51. sed temperatur. n. 64. ibidem.

Circūstātia dubietatis animi cōfiteāda secūdu Adrianū. n. 54. sed tēpat. n. 64. ibi

Circūstātiæ manifestatio implicita sufficit. n. 58. ibidem.

Circūstātia nota confessario nō cōfiteāda. n. 60. quāuis peccatum licet etiā notorium. n. 61. ibidem.

Circūstātiā conscientie cōtrariā fere semp implicite cum peccato aperi ri. n. 64. nisi erronea sit cōsciētia. n. 65. & idē de circūstātia dubietat animi. 76. ibi

Circūstātia specialissima non semper exprimienda. n. 67. ibidem.

Circūstātia conscientie vel dubietatis disiunctim expressa sufficit. n. 68. ibi

Circūstātiā minuētē tacere nō esse mēdaciū, sicuti neq; tacereq; expressa iu uissent, gratiæ officijunt. n. 69. ibidem.

Circūstātia scientie grauat, ignoratiæ vero minuit, sed neutra speciē mutat, q̄ uis altera frequēter excuset. n. 72. & ideo vnus speciei peccata esse, quæ sciētes & ignorantes peccant. n. 73. ibidem.

Circūstā

Circūstātiā concubitus vxorii tangentia duo singularia. n. 83. ibidem.

Circūstātia tentationis nō confitenda. n. 91. nisi, quæ de fine malo manat. n. 94. talis autē frequenter. n. 92. licet frequētissime omittatur vulgo. n. 93. ibidē.

Circūstātia per quam reuelatur tertia persona secundum omnes qñdo cō fitenda. n. 96. & qñdo nō secundum veriore opinionem cōtra cōmunē. n. 164.

Circūstātiā per quam apertam fieret periculum non cōfiteāda. n. 100. neq; illa, per quam reuelatur tertia persona illi, cui non creditur profuturum. n. 101. & 104. ibidem.

Circūstātiā per obliuionem omisā sine peccato, quod antea iam con fessus es, fateri licet. n. 104. ibidem.

Circūstātiarum per obliuionem emissarum facile & necessarium confi tendi remedium. n. 111. ibidem.

Circūstātiæ sacrilegii omnes in specie specialissima non vidētur necessa rio confitenda, præsertim. n. 112. quando ut plurimum non sunt notæ, & parum refert, an huius, an illius sint generis. n. 113. ibidem.

Circūstātiā scandali omisā cōfiteādi remedium. n. 115. ibidem.

Circūstātia scandali saltem formalis confitēda expresso peccato, in quod a lium inducere intēdebat. n. 116. ibidem.

Circūstātia deformitatis mulieris nō necessario confitēda, licet culpam augeat. n. 118. ibidem.

Circūstātia bonitatis peccantis non confitenda. c. 1. §. Ingratus. dist. 5. n. 5.

Circūstātiis septem significat, quod ab eis absolutum nō significaret. c. Sa cerdos. dist. 6. n. 137.

Circūstātiās omnes bonas præsertim; finis adesse oportet, quo actus sit bo nus, seu virtutis opus. c. fin. §. Quod quis. dist. 7. n. 10.

CLAVIS quid. c. Placuit. d. 6. n. 47. & idem. n. 50. ibidem.

COLONIE concilium nuperrimum laudatur in gl. principii. dist. 5. n. 17.

COMMUNIO & sepultura impenitenti negatur, etiamsi cōtritionis aliqua signa ostēdat, modo per alia eius verba, vel signa eū nō omnino, vel nō amore Dei penitere appareat. dist. 7. c. Idcirco. n. 1.

CONCIONANS in mortali peccat. dist. 6. c. 1. §. Sacerdos. n. 2.

CONCIONATORES legum peritos facile deprimentes mōnentur. c. 1. §. Caueat dist. 6. n. 11.

CONCESSO vno cōceduntur non solum ea, sine quibus id fieri nō potest, sed etiā sine quib⁹ nō potest cōmode, etiā in materia stricta in gl. principii di. 5. n. 28.

CONFESSARIUS facultatem nō habet, qui sine periculo confiteri nequit dist. 5. c. 1. in principio. n. 102. & ideo confessione nō facta cōmunicat. n. 103.

Confessario cur non parendum necessario, iudici autem exteriori sic. cap. 1. §. Ponat. dist. 5. n. 11.

Cōfessarii ut plurimū tria præmittūt absolutioni. dist. 6. c. 1. in principio. n. 24



## CONTENTORVM IN HIS

Confessarius pœnitentē audita confessione quæ doceat. n. 50. ad quæhortabitur. n. 51. aliquando nil dicto absoluet. n. 52. ibidem.

Confessarius quis ligare scit & soluere. n. 71. ibidem.

Confessarius etiam laicus confessionem celet. n. 77. ibidem.

Confessarii plures CHRISTIANO cuilibet. n. 98. ibidem.

Cōfessari⁹ esse nequit ab ecclia diuisus. d. 6. c. 1. §. Laboret. n. 1. et in articulo mortis. n. 2. si est hæreticus. n. 7. aut vere schismaticus. n. 8. vel nō seruās canōes quasi nō ligent. n. 9. aut fornicarius denunciatus. n. 10. vel excōicatus, vel interdictus, vel suspēsus notorius ita, vt nulla tergiversatiōe celari possit. n. 2. & 22. & 25. nec refert, an generatim, an vero speciatim sit quis censura notatus. n. 23.

Confessarius sine crimine esto, confessio tamen ei facta vt plurimū valet cap. 1. §. Sacerdos. dist. 6. n. 1.

Confessarius doctus esto cap. 1. §. Caueat. dist. 6. n. 1. imo & vt absolutus sit Theologiam moralē iura Pontificia & Cæsarea cum particularibus prouinciarū suarū statutis calleto. n. 9.

Confessario non sufficit ea eruditio, quæ presbytero. n. 19. ibidem.

Confessarius omnia scito quæ mortalia sunt peccata, & quæ venialia. n. 20. ibidem: saltem quæ vt plurimū sciuntur & suo genere sunt talia. n. 21. Scito circumstantias necessario confitendas. n. 2. nec refert, in qua illa didicerit lingua. n. 23. Excōicationes a iure latas cū aliis quinque. n. 24. irregularitates quoque. n. 25. periculū vnum confessoriorū. n. 29. scienda hæc non in prōptu habenda. n. 30.

Confessario etiam scientia medicatiua necessaria. n. 32. ibidem, neque per remissionem ad alium satisfacit. n. 33.

Confessarius interrogato. §. Diligēs. ibidem. n. 1. sed non de minus pertinentibus. n. 2. non de inconsuetis peccatis. n. 3. non de Venereorū circumstantiis non necessariis. n. 4. alioqui cōtaminator cōfessionis erit. n. 5. imo confitentē a talibus prohibeat. n. 6. nec ante interroget, quā pœnitēs quæ meminit, efferat. n. 8. interroget, an ipsi subsit. n. 10. non tamen quis sit. n. 11. potest, nō tamen tenetur præinterrogare an sit in malo statu. n. 12. & n. 13. præinterroget & de peccatorū præmeditatione. n. 14. interrogationes qui scripserint. n. 15.

Confessarius mortaliter peccat, quoties putat confitentē tacitum ire quid necessarium, nisi interrogetur & non interroget. n. 7. ibidem.

Cōfessarii octo cōditiōes ibidē. §. Quibus. n. 1. earū aliquot necessaria. n. 2.

Confessarius onus pœnitentis de consilio tantū portat. n. 3. ibidem.

Cōfessarius peccata celato. c. Sacerdos. d. 6. n. 1. huius ratio prima. n. 2. ratio secunda. n. 3. tertia. n. 3.

Confessarius publicos peccatores quomodo ab Eucharistia repellat sine cōfessionis detectione. n. 65. ibidem.

Confessarius raro sine peccato de his, quæ per solam confessionē nouit loquitur ibidem. n. 77. rarissime si leuis est opinionis. n. 81.

Cōfessari

## COMMENTARIIS INDEX.

Confessarius Eucharistiam occulta tantum confessio & non absoluto negare publice non potest. n. 24. ibidem.

Confessarius multos simul pueros audiens errat. n. 109. ibidem.

Confessarius in testem product⁹ se nil scire dicere potest. 14. ibidē. nō quia nescit, vt homo. 14. 2. sed quia nescit ita, vt reuelare possit. n. 143. etiam si superior præcipiat sub censuris, vt oēs ea de re aliquid scientes id manifestēt. 168.

Confessarius matrimonio cōiungere pōt, quos nouit ad contrahendū illud impeditos. n. 144. ibidem. & ei quē nouit excōicatum cōicere, et iure antiquo. n. 145.

Confessarius non tenetur se ad pœnitentē perinde habere omnino, ac si eū non audisset. n. 146. ibidē, imo quoad ea, quæ ad totū Deū & confessariū & cōfitentē ptinet, perinde se hñe debet, ac si aliud sciret: imo & quoad alia iuuat. 150.

Confessarius testari potest de his, quæ per confessionē nouit, si ea illi alia patuerunt via. n. 151. ibidem.

Cōfessario necessaria iuridictio actualis. c. Placuit. n. 6. d. 6. sine qua nulla ē absolutio. n. 7. et extra Quadragesimā. n. 8. neque sufficit illa, quæ accipit a cōfite te

Confessarium eligendi conuetudo inualida. n. 13. ibidem. (n. 20. & 26.)

Confessariū eligunt episcopi & prælati exempti. 29. ibidē. & idē. n. 38.

Confessarium cui licet eligere, is eum qui nō exercet curam, eligere potest n. 49. ibidem, quod sine licentia parochi facere valet. n. 58.

Confessariū eligere pōt peregrinari permissus, nō tñ ab eo poterit a reuerentis epō absolui ibidē. n. 52. etiā ab epō fuerit peregrinari permissus. n. 63.

Confessarii tres cuilibet CHRISTIANO. n. 124. præterquā in episcopatu Romano speciali. 125. & intellige episcopū, vt quasi episcopū. n. 126. Excipite itē Papā. n. 127. sunt & alii multi. n. 128. ibidem.

Confessarius ordinarius cui libet presbyter est, sed non proprius. i. ordinarius actu iurisdictionem habens. 137. ibidem.

Cōfessarii eligēdi licentia electione prima finitur. n. 166. nō. n. 168. ibidem.

Cōfessarius cōtrarius pœnitenti in opinione absoluet ne ipsum. c. Si quis. d. 7. n. 66. Absoluet. n. 67.

Confessarius optimus de consilio, non præcepto eligendus. c. Sacerdos. §. Quod autem. dist. 6. n. 4.

Confessoriorū, qui autoritate publica dānatis assident, quod minus præcipuum. n. 16. cap. fin. §. Quod quamuis. dist. 7.

CONFESSIO, qua utimur sacramentalis non fuit in Paradiso instituta in gl. principii. dist. 5. n. 1.

Confessio sacramentalis nō est iuris naturæ, nec fuit ante CHRISTVM passum, sed neque iuris naturæ repugnat. n. 2. ibidem.

Confessio non est pars illius pœnitentiæ quæ virtus, vel actus virtutis est: sed illius, quæ sacramentū. n. 6. ibidem.

Confessio non est inuentum Iacobi. n. 12. ibidem.

- Confessio A chor iudicialis non sacramentalis. n. 11. ibidem.
- Cōfessionē audiēdi potestas data necessitatē induxit illā faciēdi. n. 30. ibidē.
- Confessio nunq̄ laico necessario faciēda & interdū perniciose illud fieri in gl. princip. d. 5. 3. parte. n. 5
- Confessio solis duobus sacramentis necessario prēmittēda. n. 41. ibidem.
- Cōfessio integra sit omnium peccatorum. c. 1. §. Cautus. n. 1. d. 5. intellige mor liū. n. 2. alias non detectorū. n. 3.
- Confessio peccatorum sine contritione & sine attritione iusta detectorū nō iteranda. n. 4. ibidem.
- Confessionis integritatis ratio necessario concludens nulla reddi potest. n. 5. ibidem. Sed lege id iusta est cautum. n. 7. nempe a CHRISTO lata. n. 8.
- Confessio legitima per accidens aliquando non integra. n. 13. ibidem.
- Confessio & absolutio informes validæ. n. 30. ibidem.
- Cōfessiois legitimæ sedecim conditiones. c. Frates. dist. 5. n. 2. quatuor, qua p te virtutis opus. n. 3. tres, qua parte actus pœnitentiæ. n. 4. quatuor inquātum est confessio. n. 5. tres in quantum est pars sacramenti. n. 6. dnæ de bene esse. n. 7.
- Cōfessio peccati alternatiua vel generica, q̄ de veniali æque, ac mortali pōt intelligi, nō satis simplex. n. 9. & ideo tunc interrogandus pœnitēs. n. 20. ibidē.
- Confessionem nō efficere inualidam extraria, nec aliena peccata. n. 13. ibidē.
- Confessionis iteratio ex vno quinq; fontium oritur. n. 31. ibidem. & quādo ex defectu potestatis nascitur, sola illa sunt iteranda, ad quæ illius potestas non se extendebat. n. 32.
- Confessio ex defectu cōtritionis iteranda. n. 33. ibidem. & ratio pulchra huius n. 34. nisi dolor sit de omnibus cum proposito futura vitandi. n. 35. & ita non o nis informis confessio iteratur. n. 36.
- Confessio discreta sit, quoad verba, quoad circūstantias & narrandi modū. n. 33. ibidem. & etiam quo ad idoneū confessarium. n. 52.
- Confessio integratur confessarii percunctationibus. n. 79. ibidem.
- Confessio peccati personalis. n. 94. ibidem (n. 99.)
- Cōfessiois acceleratio cōmissio pctō cōsiliū. n. 98. ibidē nisi necessitas vrgeat.
- Confessio fortis esto adeo, vt pudorem vincat ibidē. n. 101. & pudore victus suam captiuitatem fateatur. n. 102. quod admoneat confessarius. 103.
- Cōfessio quandoq; fit ei, qui nō est presbyter. c. 1. dist. 6. in princip. n. 72. imo & mulieri. n. 74. de consilio. n. 75.
- Confessio raro, aut nunquam iteratur ob ignorātiā cōfessarii. n. 97. ibidē.
- Cōfessionī quāsdam interrogationes esse præambulas, quāsdam subcuta neas. §. Diligens. n. 9. ibidem.
- Confessionis secretum maius, quam aliud quia duplici lege seruandū. c. Sa cerdos. d. 6. n. 34.
- Confessionem sacramētalem, qui nouit, omnis eam celet. n. 42. ibidē etiam qui casu vel

- qui casu, vel astu nouit. n. 43. etiam si, qui dixit, velit eam palā fieri. n. 45. Quia præceptum hoc non semper personam, sed super rem ipsam. s. confessionē ca dit. n. 46
- Cōfessionē reuelat, qui ait: peccatū reseruatū habes. n. 53. ibidē. & qui ait grā uia peccata cōmitti in ciuitate vbi cōfessioēs audiuit male facit. n. 54. & qui ait grā uia mihi cōfessus est ille, reuelat. n. 55. & q̄ cōsultat ita, vt cōiici queat de cuius peccato cōsultitur. n. 57. & qui ait se absoluit. & c. n. 58. & qui iocatur de pec catis in confessione auditis. n. 59. & qui ait: tales non confitent, nisi venialia, ma lefacit: licet non reuelet. n. 60. & qui ait illum nō absolui. n. 61. & 63. & qui publi ca peccata publicū peccatorem dicit sibi confessum. n. 62. & 66. confessionis re uelatoris diffinitio. n. 68. quæ nō cōtinet eū, qui ait: illū a suis peccatis absolui. n. 69. Istamen violaret quādoq; secretū naturæ. n. 71. & 73. Raynaldus nō re uelauit Thomæ cōfessionē. n. 73. non item alius quidam. n. 74. neq; qui ait: tale peccatū didici in confessione. n. 75. & 78. imo quāq; cum fructu fir. n. 80.
- Confessionē alterius audiens astu peccat. n. 113. ibidem eam aliis postea re uelans magis. n. 114.
- Confessio, etiam sine proposito emendandi sacramentalis. 122. ibidem, neq; vt celanda sit, oportet esse sacramentalē. n. 123.
- Confessionis reuelatio ex se mala, vt mendacium. n. 140. ibidem.
- Confessio, an vltio casu reuelari valeat ibidē. n. 116. & cōcluditur, qd nullo. 117 etiam si sit de hæresi cōmittēda. 119. neq; aliud crimen cōmittēdū etiam si nō pœniteat confitentē. n. 110. & n. 121. etiam si de occidendo Papa decretū. n. 125. & in huiusmodi casibus quid agendum. 124. Nam neq; dispensatio prodest. n. 130. neq; mortis euidens periculum. n. 135.
- Confessionem odiosam fieri pessimum. 118. ibidem.
- Confessio de cōfitentis licētia reuelatur. n. 151. ibidē. Nō quia per illā cōfessa rius incipit eam scire, vt homo, cōtra communem, sed alia noua ratione. n. 155. Quia non detrahatur quidquam confessioni. n. 156. licentia tamē sit spontanea n. 157. & ad vtilitatem temporalium, vel spūalium grāuem suā, vel alterius præ tita. 158. non ad iocum. 159.
- Confessionis probandæ necessitati non fit satis per reuelationem peccati ex tra confessionem factam cōtra Cardina. S. Xysti. & multos alios. n. 152. ibidē. Imo est periculosum. n. 153. & falsum noua ratione, 154.
- Confessionis reuelatio facile probatur. 153.
- Confessio & eucharistia sumi possunt ab his, qui loci, vbi se illi reperiūt, in colis conferunt. n. 65. c. Placuit. 6. dist.
- Confessiois in negotio pares sunt scholastici, mercenari, negotiatores, viato res & pegrini. n. 85. si cetera sūt paria, quo ad licētiā & habitationē. n. 87. ibidē
- Confessiones parochianorū, quoties illi volēt, audiat parochus: nisi aliis æ que iustis impediatur, vel videat eis id non prodesse. n. 152. Quia vicarius do minū imitari

minū imitari debet. n. 143. & quia pastor pascere. & c. n. 144. ibidem.

Confessio præsidium singulare conseruandi, præmuniēdi & recuperādi gregis, n. 155. ibidem.

Confessio alieno sacerdoti sine licentia facta nulla. n. 175. ibidem. ergo iteranda. n. 176. qualis est, quæ fit parochio sine vlla superioris autoritate intruso. n. 177. qualis quæ parochio possessionem nondum adeptus. n. 162. qualis quæ parochio notorie a iure, vel ab homine priuato. n. 179. secus si non notorie, quāuis id postea sciatur. n. 180. qualis quæ inclusis, quibus bona fide durante ab iterāda excusentur. n. 181. quæ cessante licet teneantur peccata illis dicta iterum confiteri, nō tamen quæ medio tempore aliis fuere confessi. n. 172.

**CONFESSVS** non absolutus iterum cōfiteatur. c. Placuit. dist. 6. n. 183.

Confessus laico etiam in articulo mortis iterum confiteatur. c. 1. in principio dist. 6. n. 83.

Confessurū peccata in memoriam reducere oportere nullo iure cauetur expresso. c. fin. d. 5. n. 68. ratione tamen conuincitur aliquantam diligentiam in hoc adhibendam. n. 69. ab alio maiore, ab alio minorem. n. 71. nimiam tamen malam. n. 72. Quanta igitur erit? n. 73. & n. 80. quid quādo confitens ait se non satis cogitasse? n. 83. Quid si hoc confessarius suspicetur? n. 84. id ipsum de ignorante qui peccauit, an sint peccata, dicendum. n. 83.

**CONFITĒDI** pudorē minuit pudor grauissimus malefacti. c. fin. n. 93. d. 5.

Confitendi licentiam dari parochiano & eius confessionem audiendi potestatem alii presbytero paria. c. Placuit. 6. dist. n. 12.

Confitendi alteri iusta causa non est erubescencia. n. 149. ibidem, nisi quando timetur periculum tacendi aliquid necessarium. n. 150.

Confitendi alii licentia facile concedenda. n. 151. ibidem.

Confitendum optimo consilio. dist. 6. in principio. n. 1. nō præcepto. n. 3.

Confitenda publice nō sunt peccata publica. c. 1. in princip. dist. 6. n. 89. neq; p̄ illis necessario publica pœnitentia subeūda. n. 90. sed faciendū, vt publice appareat emendatus. n. 91. alioqui Eucharistiam non accipiet. n. 92. & 93.

Confitenda esse peccata interna, etiam si quis nulla habeat externa. n. 12. dist. 5. in gl. principii.

Confitendæ circumstantiæ in gl. principii. dist. 5. tertia parte. n. 4.

Confitendā omnia peccata etiam cordis. dist. 6. c. fin. n. 58. & quare. n. 60. et reseruata. n. 61. modo sunt, vel dubitentur esse mortalia. n. 62. nondum per confessionem detecta. n. 63. quorum habetur memoria & scientia. n. 64. Obliuio enim probabilis & ignorantia excusat, non alia. n. 65.

**CONFITENS** actum suo genere bonum in genere & circumstantiam, quæ malum illum reddidit, in specie satisfacit. dist. 5. c. 1. in principio. n. 107.

Confitentis mendacium, si est de mortali nondum detecto mortale est cap. fin. dist. 5. n. 15. non de veniali, aut de mortali prius detecto, quæ confiteri proposuit.

posuit. n. 16. & 17. propositum mutet, n. 18. quod satisfacere videtur, qui in ipsa confessione illa negat. n. 20.

Confitens quæ nō peccauit, vel de quibus dubitat, an peccarit, noue ac capitaliter peccat. n. 16. ibidem: nisi bona fides excuset. n. 27.

Confitens scit se legitime confessum, nescit tamen se contritum. n. 36. ibidem.

Confitentium in excōmunicatione consolatio. n. 50. ibidem.

Confitens principaliter, vt veniam impetret satis confitetur lubens, quamuis timor infamiæ ad id faciendum eum adigat. n. 55. ibidem.

Confitens vulgi confessiones ob indiscussionem conscientia nō tam frequenter, quam scrupulosi putant iterandas. n. 81. ibidem.

Confitentem a confitendo excusat ignorantia, quæ a peccando nō excusaret. n. 82. ibidem.

Confitentis displicentia quanta debeat esse. n. 96. ibidem.

Confitenti, cui non satis peccata displicent, quid faciendum. n. 97. ibidem.

Confitens sibi peccata imputet, non alii. n. 104. ibidem, quod intellige principaliter. n. 105.

Confitens, quo doctior, doctiorem requirat confessarium. c. 1. dist. 6. §. Caueat. n. 13. Quo item purior, puriorem. n. 15. qđ verum est quantū ad ipsum confessarium. n. 16. Quoniam hi subtiliora & obscuriora fatentur. n. 14. & 15. Quo item parochiani subtiliores sunt & subtiliora tractant, subtilior & doctior debet esse parochus. n. 17.

Confitens nullam, vel minimam tenetur acceptare pœnitentiam. n. 97. c. Saacerdos. dist. 6.

Confitens taceat, quæ dicta confessarium dehonestarent. ibidem. n. 115.

**CONFITERI** tenetur Papa secundum communem, imo etiam semel in anno secundum quosdam nouissimos. n. 32. in gl. principii dist. 5.

Confiteri tenentur Græci contra gl. in gl. principii. dist. 5. tertia parte. n. 1. & confiteri sunt soliti. n. 5.

Confiteri non tenentur qui venialia tantum habet. n. 18. ibidē. & ideo cōfiteri quidē poterant, sed non tenebantur Apostoli post haustu spiritū sanctū. n. 19.

Confiteri homicidium nō expressa occidēdi voluntate satis dist. 5. c. 1. in principio. n. 62.

Confiteri habitu & voce simulatis licet. 97. ibidem. Nam sufficit cōfessario ex relatione pœnitentis scire illum sibi subesse. n. 98.

Confiteri quis vno verbo centum peccata potest, & altero centū altera. n. 108. ibidem. & circumstantias eorum eiusdem speciei alio vnico verbo eidem confessario. n. 109. imo & alteri. n. 110.

Confiteri frequenter laudabile. c. fin. dist. 5. n. 28. ibidem. siue eadem, siue diuersa. n. 29. modo id faciat ex deuotione cum quieta conscientia sine inquietudine scrupulosa. n. 30.

## CONTENTORVM IN HIS

Confiteri sua peccata nemo per interpretem tenetur, quauis aliquando possit n. 95. ibidem. & minus per scripturam, licet possit. n. 76. neq; ad scribenda peccata ob memoriam. n. 87. nisi verisimile illi esset, se illa post non recordaturū & nollet statim confiteri. n. 83. vtile tamen id valde. n. 89.

Confiteri nemo tenetur peccata sua publice etiam publica. 91. ibidem, occulta vero neq; posse, nisi tali casu. n. 92.

Confiteri non licet alieno parrocho. c. Placuit. n. 1. dist. 6. Quod est verum hodie, olim cōtra. n. 2. & 11. & 23. confirmatur multis. n. 5. quoad effectum absoluedi, alioqui sic. n. 33.

Confitetur presbyteri omnes omnibus presbyteris. n. 12. ibidē, venialia. n. 30 & etiam mortalia. Quia fere, quoad illos consuetudo valere potest. n. 31. vel melius, quia tacite illis conceditur facultas. 37.

Confitetur quis parrocho alieno in octo casibus secundum cōmunē. n. 75. ibidem. Quorum secundus ineptus esse ostenditur. n. 76. quartus ad tertium reducit. n. 82. quintus reicitur. n. 83. sextus limitatur. n. 97. octau<sup>9</sup> a viris magnis repulsus saluatur. n. 103. & 104. & 105.

Confiteri quis potest parrocho suo in aliena parochia, siue regione. n. 34. ibidē

Confitentur & decimant mercenarii alibi, vbi seruiūt, alibi, vbi domicilium habent. n. 94. ibidem, sed vbi iure debeant deciditur. n. 95.

Confiteri non tenetur proprio sacerdoti prius, quis vt alieno legitime confiteri possit. 107. ibidem.

Confiteri bis sua peccata nū possit quis lege humana obligari? n. 107. ibidem & prius affirmatiua defenditur & negatiua tenetur. n. 111. nisi ad id consensu te astringas. n. 115.

Confiteri tenentur bis peccata sua fere omnes monachi Cisterciensis ordinis propter statuta sua, quæ defenduntur propter tacitum illum ordinē intratiū consensum. n. 109. ibidem.

Confiteri tenentur singulis mensibus monachi, etiam si nulla mortali teneantur culpa. 110.

Confiteat quis alieno sacerdoti, si prius est ignorans, sine ipsius licentia, quādo potest obtineri a parrocho. n. 138. ibidem, neq; superior adiri sine periculo. n. 141. vel quādo iusta causa cōfiteādi alteri nascitur ex parochi culpa. n. 144. & 145. tunc enim petita, licet non obtenta licētia potest. n. 146. secus quādo ex alia causa, vel nulla. n. 143.

Confiteri non possumus alii sine licētia nostro parrocho mortuo, vel excōmunicato. n. 139. ibidem.

Cōfiteri ante Quadragesimā tenemur ea, quæ ita credim<sup>9</sup> oblituros, vt tunc ea non recordemur. n. 159. ibidem.

Confiteri monachis non licebat olim. n. 184. hodie tamen frequenter id licet. n. 135. quod tamen probandum est. n. 187. ibidem.

CONSCIENTIAM

## COMMENTARIIS INDEX

CONSCIENTIAM etiam erroneam ligare. dist. c. c. i. in principio. n. 67. Conscientiæ contraueniēs legi diuinæ naturali contrauenit. n. 77. ibidem, licet non ita legi superiori repugnans. n. 78.

Conscientiam qui contra suam, vel animi dubietatem agit legem transgreditur naturalem. c. Siquis autem. 7. dist. n. 82. & quomodo id deducatur. n. 83.

Conscientiam contra suam etiam erroneam nemini vllō casu agere licet. n. 80. ibidem, etiam prælatō præcipiente. n. 95.

Conscientiæ forum tangit. c. Inquisitioni, de sentē. excōm. & c. Dominus, de secund. nupt. n. 91. ibidem, contra Adrianum. n. 92.

Conscientiæ forum nemo sortitur ratione delicti. c. Placuit. dist. 6. n. 83. neq; per solam sine domicilio habitatiōē etiam annalem, vt quia ob bella i alio loco habitat. n. 89. Nam neq; quasi domicilium quarit. n. 90. si modo alibi domicilium habet. n. 91. & non longe ab illo habitat. n. 92. resoluuntur omnia. n. 96. qđ nullo iure, sed sola consuetudine probatur. n. 100.

Conscientia dupliciter deponitur. c. Siquis autem. 7. dist. n. 116.

Cōsciētia erronea sēp ligat, vel ad sui depoēm, vel ad sui executionē. n. 120. ib

Conscientiam contra suam iudex nunq̄ iudicat. n. 128. ibidem, licet receptus videatur iudicem aliquando aliter iudicare secundum conscientiam publicam q̄ iudicaret secundum scientiam priuatam. n. 129.

Conscientiæ offēnsæ, vel dubietatis animæ exequutæ circumstantia confitēda secundum Adrianū. n. 113. ibidem, imo non confitēda, saltē expressim. n. 136.

CONSECRANDI potestatem neq; tolli, neq; minui posse ab vlla creatura pura. c. Placuit. dist. 6. n. 14. cuius vna ratio. n. 44. quæ confutatur. n. 45. & 46. altera ratio. n. 48.

CONSVETUDO legi cōsona nil obligatiōis nouæ illi adiicit. di. c. c. i. i pri. n. 79.

CONTRITIO sine confessione actuali delet peccata, non tamen illa sine actuali vel virtuali confitendi proposito contingit in præfat. dist. 5. n. 2.

Contritio peccatorum semel contritorum, vel quia contrita esse probabiliter putantur, non necessaria in gl. principii. dist. 5. parte. n. 10. mo neq; nondū cōtritorum, quoties illa memoriæ occurrunt ea plene ac ad praxim accomodanti. n. 12. Nam neq; contritionem se habere vllus nouit. n. 11.

Contritioni, aut confessioni nullum certum tempus lege diuinā præscriptū. n. 27. ibidem.

Contritio & confessio iam morituro necessaria. n. 29. ibidem, cōmunicaturo item quidquid Thomas a Vio deuiet. n. 30. necessaria item danti & accipienti quodcunq; sacramentum. n. 32. Quare mortaliter peccat, qui in mortali sacramenta suscipit, aut confert. n. 33. Ideo baptizando adulto necessaria contritio vī saltem attritio. n. 34. & confitens sine contritione, vel attritione absolutionē suscipiens noue peccat. n. 35. & q̄ nostra atate confirmat̄ adulti fere omnes mortaliter peccant, dum confirmantur. n. 36. & ideo confirmantes episcopos difficile hodie

hodie a peccato excusari. 37. & matrimoniū contrahentes omnes fere nouē peccare. n. 38. Hoc ipsum & fere omnes qui minores ordines suscipiūt admittere. n. 39

CONuersum a verso differt sicut totum a parte. c. fin. §. Quod quis. dist. 7. n. 3. quod non est vsq; quaq; verum. n. 4.

COPVLAM tam ordinariam quam extraordinariam coniugum. & aliorū longe differre. dist. 5. c. 1. in princip. n. 120. n. 4.

CREDERE quis potest aliquid ad vnum effectum & non ad alium. c. Si quis autem. 7. dist. n. 103. quod septem probatur exemplis vsq; ad. n. 109.

Credere quis potest aliquam suam esse coniugem, quoad reddendum debitum & non quoad exigendum: sed non contra, saltem iuste. n. 112. ibidem.

Credens aliquid esse peccatum non potest illud iuste agere, etiam superiore præcipiente. 119.

CRIMEN qui nouit committendum, quid faciat. dist. 6. c. Sacerdos, n. 23.

CVRAM iustam omni negotio adhibendam. c. fin. dist. 5. n. 70.

Cura, quam innatus affectus promouet, vt plurimum maior. n. 74.

D

DAVIDIS non omnia imitanda. in gl. principii dist. 5. tertia parte. n. 19  
DECIPERE se cōtrahentibus licet. c. Qualitas. dist. 5. n. 26. non tñ viro bono. n. 27. Ergo neq; vlli alii. n. 28. imo neq; velle decipere. n. 30. Ergo si deciperit, restituat. n. 31. nisi iusti precii latitudo non excedat. n. 34. Quomodo ergo iura contraria intelliguntur. n. 21.

DELEGATUS simpliciter absoluit ad cautelā cōtra gl. in principio d. 5. n. 29.

Delegatus inferioris subdelegat, si facultatē habet subdelegandi. c. Placuit. dist. 6. n. 70. quod ampliatur. n. 71.

DETRAHERE non videtur, qui profuturo vt profit, alterius crimen reuelat. c. 1. in princip. dist. 6. n. 80.

DEVS natura clemens bonos vltra condignum remunerat, malos citra cōdignum castigat. c. 1. dist. 7. n. 2.

DEVS omnia nouit notitia simplici, nō itē approbatiua. c. 1. §. Sēper. d. 5. n. 6

DIFFERENTIA inter vtrūq; ius raro admittēda. c. Qualitas. d. 5. n. 43

DOCERE rudem facilius, quam docere vera eum, qui falsa est doctus. c. Si quis autem. 7. dist. n. 98.

DOCTORIS dictum secundum legem, quam allegat, intelligendum. c. Qualitas. dist. 5. n. 39.

Doctore etiam illustri de consuetudine affirmanti non creditur. c. Placuit. dist. 6. n. 188. neq; glossæ. n. 189. neq; maiori parti doctorum. n. 190

DOLOR peccatorū timore poenarum principaliter cōceptus peccata nō delet. c. 1. dist. 7. n. 5.

Dolor nō est latio, sed illius sensus. c. fin. §. Si quis. dist. 7.

DOMICILIUM cumulare & mutare diuersa. c. Placuit. d. 6. n. 77.

DUBIA in re superiori parendā quidē, sed nisi dubietate reiecta, saltē ad illum effectū non pareri iuste. c. Si quis aut. d. 7. n. 114.

Dubietas animi æque, ac conscientia erronea deponi potest. n. 96. imo cæteris paribus facilius. n. 96. & ideo non excusat a superioris præcepto implendo licet illa durante illud impleri non possit. n. 100. ibidem.

Dubietatis ratione nō peccat, qui credit quam sequit opinionē esse verā. n. 48. licet alio respectu frequēter peccet. n. 52. Nā & verā eligens aliquando peccat. n. 51. excusatur autem qui falsam sic & sic eligit. ibidem.

Dubietatis, vel formidinis ratioe tūc demū peccatur, quādo illæ in specie & in ipsa operatione occurrunt. n. 61. non tamen refert, an ex parte appetētia, an ex parte rationis nascantur. n. 63. ibidem.

DUBIO peccandi, qui se exponit peccat. n. 4. & ideo quod dubitat, an sit mortale, an veniale confitendum est. n. 5. ibidem.

Dubio peccandi se obiciēs tale peccat, quali se periculo exponit, si periculū in specie proponitur. c. Qualitas. d. 5. n. 18. sed si in genere. n. 19.

DUBITANTEM nō excusat superioris præceptū, si dubietatē cū credulitate non cōmutet. c. Si quis autē. dist. 7. n. 81.

DVBIVS an licite agit vnū e duobus cōtrariis, de quorū quolibet dubitat an liceat. n. 93. cōcludit nō posse. n. 94. nisi prius deponita dubietate. n. 99. ibidē.

E

EADEM pauca & multa respectu diuersorū. c. 1. §. De fleat. dist. 5. n. 9.  
ECCLESIA vna vnus debet esse sacerdotis. c. 1. in principio. dist. 6. n. 95. & raro penes multos eius cura solida. n. 96.

Ecclesia non ligat quem ad nimis difficile. c. Placuit. dist. 6. n. 113.

Eligere dignū sufficit, quando primus respectus onerū est, nō honorum. n. 5. §. Quod autem. c. Sacerdos. dist. 6.

ELIGENS eum, quē sola confessionē nouit indignū, vt peccat, ita peccati poenas luat. c. Sacerdos. dist. 6. n. 147.

EPISCOPI ac proepiscopis rectius esse castigare in malo statu perseverantes, etiā qui confessi cōmunicarunt, quam scrupulose quærere, cui sunt confessi, qui in bono manēt statu. n. 86. ibidem.

Epistolam cuius tenorē nescias deferre nō nūquam stulticiā vero si acceptas aperire perfidi. n. 22. ibidem.

ERASMVS pro confessione in gl. principii dist. 5. n. 15.

EVCHARISTIAM non decet recipere statim post confessionem in anni fine factam. cap. 1. §. Caueat. d. 5. n. 1.

Eucharistiam hæreticus non ministrat. c. 1. §. Laboret. dist. 6. n. 3.

Eucharistia olim de præcepto ter in anno sumenda. c. Placuit. dist. 6. n. 157. quā quouis die Dominico consilium est fumere. 158.

EXCEPTIO, qua in antiquū ius reditur, amplianda. cap. 1. dist. 6. §. Laboret.

CONTENTOR VM IN HIS

n. 16. Qualis videtur omnis exceptionis vere exceptio. n. 17.

Exceptio regulam firmat. n. 13. non in casu simili. n. 14. & etiam si per dictionē loquatur taxatiuā. n. 15. ibidem.

EXCOMVNICATVS prius ab excōmunicatiōe, quā a peccatis sol uendus. c. 1. §. Cautus. dist. 5. n. 24.

Excōmunicati professio valida. n. 25. matrimoniū item. n. 26. missa item. n. 27 & confirmatio. n. 28. ordo item. n. 29. Ergo & confessio & absolutio. n. 30. ibidē.

Excōicatus se prius absolui a peccatis permittens, quā ab excōicatione solua tur, peccat. c. Fratres. dist. 5. n. 38. nisi ignorātia excuset. n. 45. Si tamen se posse absolui putet, absolutus est. 47. non autē si se putat non posse absolui. n. 48.

Excōmunicato, etiā quoad Deū absolutio ecclesia nō cōmunicat. n. 39. ibidē.

EXCOMmunicatio tollit omnē cōmunionē exteriorē. n. 43. & aliquādo interiorē. n. 43. nisi sit iniusta. n. 44. ibidem.

Excōicati, qui se pbabiliter ignorat excōicatū, ipetratio valida. n. 46. ibidē.

Excōmunicatus mortuus quomodo absoluitur. c. 1. d. 6. in princip. n. 55.

Excomunicatū non vitare regulariter leuius, quam nō vitare interdictū, vel suspensum, in quibus vitandi sunt. c. 1. dist. 6. §. Laboret. n. 13.

Excōmunicationis absolutio non est sacramentalis. c. Sacerdos. d. 6. n. 94. & ideo clericus qui uiseius capax. n. 95.

Excōmunicatum peccatorē vel irregularem putare se & quo ad alia potest & nō quoad alia. c. Si quis autem. dist. 7. n. 110.

EXHortatio ad confessionē celandā. c. Sacerdos. d. 6. n. 83.

EXTeriora non augent, neq; minuunt bonitatem, vel malitiam interiorū, c. Si quis positus. dist. 7. n. 25.

EXTrauagantis. Ad vitanda tenor. c. 1. §. Laboret. dist. 6. n. 11. Cuius tenor varius. n. 12. & extendenda. n. 24.

Extremo ab vno in alterum difficilis transitus. c. fin. §. Qd quis. d. 7. n. 15.

F

FAMA propria magis, quam aliena seruanda. c. Fratres. d. 5. n. 90.

FIDES, siue credulitas ēt sine sciētia certitudinē parit. c. Si qs. 1. d. 7. n. 20. Fides vel credulitas sola volūtate perditur. c. Si quis autem. dist. 7. n. 123. licet non sola voluntate, sed adiuncto illi aliquo motiuo quærat. n. 124.

FORNICA tionem simplicem nō esse mortalē dicere hæreticū. Nam cōtra ius naturæ. dist. 5. cap. 1. in princip. n. 119.

Fornicationem ob continuatā etiam hodie deponi clericū. n. 121. ibidem.

FORVM exterius duplex, penitus exterius & mixtū. c. Si quis autē. d. 7. n. 37.

FRANCISCVS a Victoria cum aliis duobus sui ordinis laudatur. dist. 5. cap. 1. in princip. n. 32.

FREQuenter fit, quod bis fit. n. 43. ibidem

G

GABRIEL

COMMENTARIIS INDEX.

GABRIEL in intelligendo Augustino lapsus. c. Fratres. d. 5. n. 67.

Gaudio cum nimio facta non valere. c. fin. §. Quod quamuis. n. 9.

Genesis Sepulveda laudatus omittitur. c. Sacerdos. dist. 6. n. 26.

GLADIUM quis dicitur accipere. c. Contrariū. dist. 5. n. 10.

GLORIA de æterna secura tria hominum genera moriuntur. c. Si quis. 1. dist. 7. n. 16. & c. Si quis autē. dist. 7. n. 1. non securitate, quam scientia parit, sed q̄ fides & credulitas. n. 2.

Gloria non datur nisi gratiam habenti. c. Si quis. 1. dist. 7. n. 17. quā nemo no uit se habere humanitus. n. 118.

Glossa secunda emendatur. c. Placuit. dist. 6. n. 123.

Glossa prima emendatur. c. Placuit. d. 6. n. 106.

Glossa emendatur. dist. 7. in principio. n. 1.

GRATIA in qua monachus genere nobilis se monachū & nobilē exprimit ob hoc non inualida. dist. 5. c. 1. in princip. n. 63.

Gratia reformatoria valet tacitis, q̄ oportuit exprimi, si ea in reformatā ex pressa fuerunt. n. 105. etiam si coram alio Romano Pontif. reformatio facta fuerit. n. 107. ibidem.

Gratia, qua condonatur delictum non facta mētionē similis cōdonati, nulla cap. 1. §. Tanto. dist. 5. n. 2.

GRATIA nus egregia modestia in præfat. dist. 5. n. 1.

Gratianus male intelligitur in principio Decreti in gl. principii. dist. 5. n. 9.

Gratiani opinio omiſsa. 6. dist. §. Quod autem. sub. c. Placuit. n. 1.

H

HABITUS malus non solum in malū incitat habentē, sed etiā a bono cōtrario retrahit. c. fin. §. Quod quamuis. n. 13. dist. 7.

HÆRETICUS non est quis ob dubitationē subitā, siue subrepticiam saltem hæreticus mortaliter. c. Si quis autē. 7. dist. n. 19.

HILARIO nis iamiam morituri verba. c. Si quis. 1. n. 19. dist. 7.

HOMICIDIŪ pridē factū non esse morte dignū. d. 5. c. 1. in princip. n. 125.

HVMilitas siue modestia exterior nō videt substāialis cōfessiōi. n. 11. c. Fr̄s (d. 5.

I

IDEM ignis purgat & cruciat damnatos. c. fin. §. Si quis. d. 7. n. 1). frigore quoq; purgari verisimile. n. 20.

IDEO vox illatiua. c. Falsas. d. 5. n. 22.

IGNORantia probabilis excusat, non probabilis minuit, auget affectata. dist. 5. cap. 1. in princip. n. 87.

In notoriis neq; citatio, neq; sententia necessaria. c. 1. §. Laboret. dist. 6. n. 19.

INIUSTITIA omnis peccatū mortale, nisi imperfectio, vel paruitas excuset. c. 1. §. Caueat. dist. 6. n. 10.

Indulgentias his tantū prodesse, qui Deo in hoc saculo satisfacere vere proponunt opinio non contēnda. n. 32. c. Si quis. 1. dist. 7.

D INSTRV

CONTENTORVM IN HIS

INSTRVmentū pro dote præsūmī altero prius. n. 131. d. 7. c. Si quis autē.  
**INTELLECTVS**. I. Si diutino. ff. de pœnis. d. 5. c. 1. in princip. n. 124.  
 Intellectus. c. 1. de pœnitent. c. 1. §. Ponat se. dist. 5. n. 16.  
 Intellectus. c. Qualitas. d. 5. n. 4. in. eod. c.  
 Intellectus. l. In. causā. 2. §. Item Pōponius. ff. de minoribus & l. Item si precio  
 §. fin. ff. locati discutitur. n. 42. ac verus & nouus datur. n. 45. ibidem.  
 Intellectus seu ratio quare sic statutū in .c. Cum dilecti. de ēptio ibidē. n. 46.  
 Intellectus nouus. c. Sacerdos. d. 6. & c. Omnis. de pœnitē. & remiss. ibi. n. 50.  
 & alius nouus contra Panor. n. 79. ibi.  
 Intellectus. c. 1. de pœnitēt. quæritur. n. 87. primus est, q̄ ad exterius tantum  
 forū pertinet. n. 88. secundus q̄ ad utrūq; .n. 100. primus defēditur & fortificat  
 n. 93. & .94. & .95. volenti tamen ob publica peccata publica imponitur. n. 98. sed  
 noua ratiōe. n. 108. Tertius intellectus verus sed nō literē germanus. n. 100. ibi.  
 Intellectus. c. Significasti. de adulter. quoad vnū propositū. n. 127. & iterum  
 quoad aliud. n. 167. ibidem.  
 Intellectus. c. Nemo. de Simonia & reconciliationes omnes non esse confes  
 nes. neq; per eas fieri. n. 128. ibidem  
 Intellectus pulcher & clarus. §. Quod autē. c. Sacerdos. dist. 6. n. 3.  
 Intellectus. c. Placuit. d. 6. q. 2. n. 170. ibidem.  
 Intellectus. c. 2. de pœnitent. & remiss. lib. 6. discutitur. c. Placuit. d. 6. n. 31.  
 melius. n. 36. datur primus. n. 39. secundus. n. 40. tertius. n. 43. ibidem.  
 Intellectus. c. finalis. §. Caterū. de off. delegat. n. 73. ididem.  
 Intellectus. c. Questi. 16. q. 1. n. 91. ibidem.  
 Intellectus. cap. 1. de celeb. miss. quoad propositum huius cap. n. 93. ibidem.  
 Intellectus verus gl. Cle. 1. de priuileg. n. 87. ibidem.  
 Intellectus. l. 2. C. vbi de crimine agi. opor. n. 89. ibidem.  
 Intellectus gl. 6. c. Omnis. de pœnit. a multis perperā excussā. n. 117. ibidem.  
 Intellectus germanus cuiusdā determinationis Parisiæ. n. 121. ibidem.  
 Intellectus pulcher. Cle. Ne in agro. §. Sane. 2. de statu monach. n. 122. & alter  
 tangitur. n. 110. ibidem  
 Intellectus. cap. fin. de pœnit. & remiss. n. 129. ibidem.  
 Intellectus. c. Omnis. de pœnitē. quoad vnū propositū & quoad aliud. n. 132.  
 alius secundū quē illud posterius limitatur per prius. n. 147. ibidem.  
 Intellectus concilii Florentini & decreti Eugenii. §. Quartum est. n. 138.  
 Intellectus cois. c. 2. de pœnit. d. 7. efficaciter confutatur. ibi. n. 4. & etiā intelle  
 ctus. gl. n. 6. datur; nou<sup>9</sup>, sed germanus. n. 10. verbū præsūmimus pro certo cre  
 dimus poni. quartus accōmodatur. n. 15  
 Intellectus illius Euangelici: Nolite iudicare & nō iudicabimini. n. 12. Quo  
 fit vt suspicio vel præsumptio de aliqua mala, q̄uis illegitime concepta non sit  
 mortale. n. 13. & sicut a male concipiendo cauere sanctū ita omnē talē malū con  
 ceptum credere mortale pestilens est. n. 14. ibidem.

Intelle

COMMENTARIIS INDEX.

Intellectus nouus vnus particula prædicti cap. ibidem. n. 27.  
 Intellectus verus illius versiculi: Ad præsens oua cras. & c. & similiū. n. 29.  
 c. Si quis autē. 7. dist.  
 Intellectus dicti Innocēt. in. c. Ad audiētiā. de homicid. parū a Panor. & aliis  
 posterioribus intellecti. n. 38. ibidem.  
 Intellectus cap. 1. de hæretic. n. 49. ibidem.  
 Intellectus cōmunis. c. Quia circa. de consang. & affi. cōfutatur efficaciter. n.  
 69. & verus & germanus accomodatur. n. 73. ibidem.  
 Intellectus nouus illius A postoli: Omne quod non est ex fide. & c. & c. fin. de  
 præscript. n. 25. ibidem.  
 Intellectus. c. Dominus. de secund. nupt. ab Adriano accōmodatus confuta  
 tur. n. 90. alius item coloratus confutatur. n. 91. & tertius item coloratus ponitur  
 n. 92. sed confunditur. n. 101. Quartus nouus & verus. n. 102. ibidem.  
 Intellectus. c. Inquisitioni. que ad vnū propositū. n. 116. & quoad aliud. n. 117  
 & aliud. n. 122. & ad aliud. n. 125. & ad aliud. n. 126. ibidem.  
 Intellectus vno verbo enucleatus. c. fin. d. 7. ibi. n. 5.  
 Intellectus illius dicti: peccata te derelinquant, non tu illa. n. 3. ibidem.  
 Intellectus contextui germanus ac verus. n. 10. ibidem.  
 Intellectus. §. Quod quāuis. c. fin. olim probat<sup>9</sup> emittitur & etiam cōmunis,  
 ac nouus & clarus anectitur. n. 1. ibidem.  
 Intellectus Card. c. Idcirco. d. 7. olim probatus nunc emittitur ibi. n. 2.  
 Intellectus. c. Laudabilem. vt lite pendēt. c. Si quis autē. d. 7. n. 127. ibidem.  
**IOCARI** nō licet habitu monachali. c. Sacerdos. d. 6. n. 110. nec verbis sacris  
 neq; concionādo. n. 111. & ideo Pasquillus Romanus & alii multi errant. n. 112.  
**IOHANNES** Gerson laudatur. c. Placuit. dist. 7. n. 112.  
**IRREGV**laritate non sublata peccatum tollitur. c. 1. §. Caucat. d. 6. n. 26.  
 Irregularitas omni iure positiuo. c. 1. §. Quibus. d. 7. n. 10.  
 Irregularitatis contrahendæ casus. n. 39. c. Si quis autē. dist. 7.  
**IVDICES** chartularii qui. c. Placuit. d. 6. n. 54.  
 Iudicum, quibus iurisdictio insolidum est, quilibet pōt qd̄ vnus. n. 60. ibidē.  
 Iudicē nō semp̄ portet credere ius esse parti pro qua pronūciat: sed satis est,  
 q̄ credat pro eo esse pronūciandū. n. 133. c. Si quis autē. d. 7. quāquā vt amico  
 gratificetur vtrūq; est necessariū. n. 134.  
 Iudicaturus præ cognoscito. c. 1. §. Caucat. d. 6. n. 2.  
 Iudicandi cui potestas ei quoq; & cognoscendi esto, nō cōtra. n. 3. ibidem.  
**IVRISDI**ctionis potestas dupliciter habetur. c. Placuit. d. 6. n. 16.  
 Iurisdictio nulla sumitur a partibus contra Tho. a Vio n. 27. ibidem.  
**IVS** diuinū nō omne est naturale. n. 7. super gl. principii. dist. 5.  
**IVS** naturale quid noue finitum in gl. princip. d. 5. n. 3.  
**IVS** Titæ diffinitiois vera & clara interpretatio vbi. n. 63. in. c. Si quis autē. d. 7.  
 LEO

L

**L**eo vir elegans. c. Qualitas. dist. 5. n. 16.  
**L**EX de baptizando diuina: sed nō naturalis in gl. princip. d. 5. n. 3.  
 Lex de baptismo nō obligat ad semper in. 3. parte. gl. prædictæ. n. 8. Vnde nō simul ac cōuersi, fuerunt & baptizati Martinus, Ambrosius & Cōstātinus. n. 28  
 Lex generalis non addit malitiā peccato speciali lege prohibito. dist. 5. c. 1. in princip. n. 74. Et ideo nec lex de conscientiæ non contraveniendo. n. 75.  
 Lex minor maiori concurrenti secum cedit. n. 95. ibidem.  
 Lex de continentia sacerdotum honestissima. n. 10. c. Negocium. dist. 5.  
 Lex minor etiā nature maiori cedit. & ideo lex de vita proximi seruāda legi de fama ipsius non lædenda. c. Sacerdos. d. 6. n. 2. idem. n. 30.  
 Lex ad aliū casum cum sua pœna extenditur. n. 49. ibidem.  
 Lex diuina positua quando p̄ præstat diuina naturali. n. 139. ibidem.  
 Lex ratione sola distinguitur. n. 162. ibidē.  
 Lege quæ sita non tam adhærent, sicut quæ facta nostro quætruntur. n. 134. ibi.  
 Lege humana non potest quis obligari ad omnia, ad quæ voto potest teneri. c. Placuit. dist. 5. n. 115.  
 Lex posterior limitatur nōnunq̄ per priorē. n. 146. ibidem.  
 Leges aliquot nature diuinitus Hebræis mollitæ. n. 29. c. Sacerdos. d. 6.  
**LIBELLVM** famosum cōponere, aut repertum palā facere graue peccatum. n. c. Sacerdos. dist. 6. n. 5. & grauius famā læsam nō restituere. n. 6. non tamē quia violat secretum, sed quia repertū publicat. n. 7.  
**LIBER** de pœnitentia nōnullis videt̄ non esse Augustini. in Gratiani principio. dist. 5. n. 2. Vt cunq; tamen sit, viri est pii & eruditi. n. 3.  
 Libero arbitrio caret quis in articulo mortis. c. fin. dist. 7. n. 1. etiam penitus quandoq; n. 3. sicut semper impeditur valde. n. 4.  
 Libero arbitrio carens nec bene, nec male de Deo meretur. n. 2. ibidem. & adeo debile potest esse, vt mortaliter peccare nequeat. n. 3.  
**LICENTIA** reuelandi confessionē non datur, nisi iusta de causa & utili ac honorifica confitenti. c. Sacerdos. dist. 6. n. 125.  
 Licentia & gratia mortuo concedente non moritur. c. Placuit. d. 6. n. 35. & 36.  
 Licētia cōfitendi, an morte concedentis moriatur. n. 161. cōcludit̄ nō mori. 162  
 Licētia cōfessionū audiēdarū studēdi & ordines accipiēdi & celebrādi i loco nō sacro & indulgētia nō expirat̄ morte cōcedentis, neq; vlla gratia facta. n. 163.  
**LITERAS** alienas aperiens peccatū iniustitiæ admittit. c. Sacerdos. d. 6. n. 11. & violat legatos mutos. n. 12. & capitaliter peccat, si vt noceat grauius id faciat. n. 13. vel si noceat. n. 14. non tamen si de consensu mittētis id faciat. n. 16. saltē tacito. n. 17. nec si publica id autoritate fiat. n. 18. Exempla alia. n. 19. venialiter peccat curiosus. n. 20. Capitaliter autem, qui malo animo aperit. n. 21.  
**LOCATIONEM** ad decem annos ad longū dici tēp̄. n. 5. c. 1. §. De flet. dist. 5.

dist. 5. imo & ad locatiōē ad cuiusuis hominis vitā. n. 6.  
 Locorum distantia non pauca operatur. c. Placuit. dist. 6. n. 98.  
**L V X V R** Iæ plures, quam sex species vulgatæ & illarū specialiores inueniuntur species dist. 5. cap. 1. in princip. n. 114.  
**M**  
**M**Aior qui melior dist. 5. cap. 1. §. Ingratus. n. 2.  
**M**aius est, quo stamus, quam quo lapsi erigimur. §. Tanto. n. 6. ibidem.  
 Mala multa esse ob solā loci circumstantiā. c. Qualitas. dist. 5. n. 23. ob solā itē personæ. n. 24. ibidem.  
 Malo non resistendum, altera maxilla parāda quando. c. Contrariū. d. 5. n. 11.  
**MANVS** impositio super absoluendi caput neq; substantialis, neq; præcepta, interdum mala. n. 29. c. 1. in principio. dist. 6.  
**MATRIMONIŪ** cōtrahēdū testimonio vnus ipedit. n. 27. c. Sacerdos. d. 6.  
 Matrimoniū nullū nō ratificatur sola dispensatione legitima superueniente. c. Si quis autē. dist. 7. n. 70.  
 Medendæ anime cura parua corporis vero magna. d. c. 1. in princip. n. 94.  
 Medicus qui non potest consulere quiddā ægroto, potest ei dicere sine peccato se aliorū opinioni adherere posse. c. Si quis autē. d. 7. n. 75.  
**MENDACIŪ** omne peccatū, mortale vero, qn̄ notabiliter proximo nocet. n. 29. c. Qualitas. dist. 5.  
 Mendacium omne in iudicio dictū mortale. c. Fratres. dist. 5. n. 20. in pertinentibus ad iudicium, non in aliis. n. 14. siue iudex sit, siue pars quæ mictitur. n. 21. & 22. & tria quotidiana corollaria. n. 23. 24. & 25.  
 Mendaciū quid & nullā ob causam mentiendū. c. Si quis. 2. d. 7. n. 7.  
**MERCANDI** ars vitiiis carens utilis. c. Qualitas. d. 5. n. 4. & 5. nulla lege vetita. n. 6. digna mercede. n. 7. sine honestari potest honesto. n. 9.  
 Mercandi duo genera. n. 8. ibidem.  
**MERCIVM** in mare propter vim tēpestatis iactus inuolūtarius. c. fin. §.  
 Quod quis. d. 7. n. 11. Quia & voluntas coacta non est simpliciter volūtas. n. 12  
**MILES** quis & negociator licite fit. c. Si quis autē. 7. dist. n. 137.  
**MILITES** a quibus abstinebunt. c. Contrariū. dist. 5. n. 3.  
 Milites mala intētiōe iusta bella bellātes peccāt, sed restituere nō tenent. n. 6. (ibidē.)  
**MILITARE** an liceat. n. 9. ibidem.  
**MONERE** nemo tenetur eū, qui peccat ob ignorantia iuris saltē humani q̄ ipsū a peccato excusat, si tertii præiudiciū nō vertit. c. Si quis autē. d. 7. n. 71. imo aliquñ monere malū esset. n. 72. Idem de ignorantia facti probabili. n. 73.  
 Monitiōē consiliū non præceptū iuris peritise esse in gl. princip. d. 5. 3. pte. n. 42.  
**MONACHI** ordinis Cisterciensis bis peccata sua cōfiteri tenentur ppter statuta sua, q̄ defendūt ob tacitū illū ordinē intratiū cōfessū. n. 109. c. Placuit. d. 6.  
 Monachis nō licebat olim cōfiteri. ibi. n. 184. hodie tñ id licet. n. 185. qd̄ tñ pbā dū est. n. 187.  
 D iii Mona



## CONTENTORVM IN HIS

Monachis, ne delicatissima opera, quibus ut plurimum ad vanitates homines vtuntur, faciant, est consulendum. c. Negocium. n. 26. dist. 5.

MORBI corporis & vitii animi medela longe diuersa. c. 1. d. 5. §. Caut<sup>9</sup>. n. 6.

MORE diuino diuina & more humano humana legē tolli. n. 8. c. 1. d. 5. §. Tāto. n. 8.

MORI semper licet possimus, non tamen ideo semper in mortis articulo sumus in gl. princip. dist. 5. 3. parte. n. 16.

Morituris absentia eorum, quos valde secundū carnē diligunt, utilis. c. fin. §. Quod quantumvis. dist. 7. n. 17.

MORTIS in articulo constitutus quilibet a quolibet presbytero a quibusuis absoluitur. cap. 1. in princip. d. 6. n. 73. & ratio huius. 86. nisi alia ratione sit prohibitus. n. 37.

Morte instante cacodæmones infestare. n. 26. c. Si quis. 1. dist. 7.

Mortis in articulo constituto intimanda est pœnitentia, non imponenda, imo imponenda. n. 33. ibidem.

Mortem proximi verisimile, tam spirituale, quā corporalem impedire tenemur. c. Placuit. d. 5. n. 166.

Mortuo non tenemur ilico exhibere quo vitæ restituatur etiam si præstare id possimus in gl. princip. dist. 5. parte. 3. n. 15.

Mortis cogitationem utile esse plurimis probat testimoniis. c. Idcirco. d. 7. n. 4

N

NATVRA pro inclinatione & impulsu naturæ. n. 44. c. Qualitas. d. 5.

NAVARRORVM rex Gallis præfectus. c. Contrariū. n. 16. dist. 5.

NEGATiuæ naturæ & significatio illius vocis aliquis. c. Placuit. d. 6. n. 32.

NEGLigentia grauis, non leuis est mortalis. c. Contrariū. d. 5. n. 19.

Negligentia cuiuspiā nō perit ius collegæ, vel superioris. c. Placuit. d. 6. n. 140.

NEGOCIatio res indifferēs mali habet speciē. c. Qualitas. d. 5. n. 10. fine qui lucrū est, de honestatur. n. 11. alio sine bono decoratur & meliori magis. n. 12.

NEGOCIator peccat, qui mercaturā illis vitiis, quibus ut plurimum fædat miscet. n. 1. & 25. ibidem. At honestus sua mercede dignus. n. 3. sed diues effect<sup>9</sup> quiescat. n. 14.

NEMO tenetur præcepto Dominū diligere, quantum potest. d. 6. in princip.

O

OBLIGatus simpliciter statim soluere debet in gl. princip. d. 5. part. 3. n. 17.

Obligatus ex delicto interesse statim restituat, pœnā non itē. n. 22. ibidē.

Nam pœnā etiam ipso iure debita ēt in conscientia foro nō debet. n. 23. ibidē.

Obligatio ex contractu secundū mentē contrahentiū ligat, obligatio vero legis secundū legislatoris. n. 20. ibidē & contrahentiū quidem mens indubio ad tempus præsens refertur. n. 22.

Occultū nullatenus probabile castigatur contra Thomā. n. 27. ibidē.

OCCVltā ob intentionem tantū malū non punit ecclesia in. d. gl. n. 26. 1. pte.

Occulta

## COMMENTARIIS INDEX.

Occulta suapte natura, nempe cordis acta ecclesiæ potestati non subiaccere. n. 59. in. c. Fratres. de pœnit. d. 5.

OFFERRE Deo quid. c. 1. §. Semper. dist. 5. n. 1.

OFFICIIS ab illis, quæ vix aut nullatenus sine peccato exercentur, abstinendū. n. 1. c. Negocium. dist. 5.

OMNINO hæc vox qd significet. c. 1. §. Ponat. d. 5. n. 2. & c. Contrariū. ibi. n. 7.

ONERE cum suo restranlit. c. Sacerdos. n. 44. dist. 6.

OPINIO Maioris laudati omittitur. n. 29. ibidem.

Opinio Thomæ a Vio relinquitur. n. 63. ibidē; ratio itē ipsius. n. 66.

Opinio Pan. relinquit<sup>r</sup>, ut plurimū tamē seruanda est alio respectu. r. 76. ibi.

Opinio Thomæ Aquinatis indubiū vocatur. n. 104. ibidē. sed declar. t. n. 10;

Opinio Pan. & cōmunis nostrorum omissa. n. 117. ibidem.

Opinio Adriani Maioris & aliorū relinquitur. n. 106. ibidem.

Opinio Adriani rem parū expendentis. n. 139. ibidem.

Opinio Paludani & Adriani relicta. n. 148. ibidem.

Opinio Thomæ & cōmunis omissa. n. 105. ibidem.

Opinio Thomæ a Vio relinquitur. c. Placuit. dist. 6. n. 17. & alia eius noua. n.

64. Quæ tamen quoq; relinquitur. n. 65. & concluduntur licētia tacita & expressa in hac re esse pares.

Opinio Palud. & Antonini cōsultat. n. 63. & alia eorū, qua aiūt habētē duo domicilia parrocho illi<sup>9</sup> cōfiteri debere, cui<sup>9</sup> inhabitat parochiā, omittit. n. 78. ibi.

Opinio Syluestri laudatur, omittitur & saluatur. n. 74. ibidem. & opinio conciliatiua eius vix intelligibilis dilucida redditur. 105. ibidem.

Opinio Pan. omissa. n. 90. ibidem.

Opinio, siue error Iohānis Poliaci tria dicta hæretica continēs. n. 114. ibidē.

Opinio Maioris noua sed frigida super defensione cuiusdam determinatio nisi facultatis Parisiensis. n. 120. ibidem.

Opinio Richardi & Syluestri omissa in re quotidiana. n. 160. ibidem.

Opinio huius & Pan. relicta in re quotidiana. n. 162. ibidem.

Opinio Decii contra cōmunem omissa. n. 170. ibidem.

Opinio noua, sed vera de iniungēda pœnitentia in mortis articulo constituto. c. Si quis autem. d. 7. n. 33.

Opinio doctoris excusat. n. 7. ibidem.

Opinio Scoti laudati declaratur. n. 22. ibidem.

Opinio Pan. parum exacta. n. 30. ibidem. quæ tamen saluatur. n. 40.

Opinio Cancellarii Parisiensis omissa. n. 60. ibidem.

Opinionū grauium doctorū noua concordia. n. 111. ibidem.

OPVS oē seruille manuale & mechanicū. c. 1. d. 5. in princip. n. 2. & ideo mētis nullū op<sup>9</sup> vere seruille. n. 24. neq; peccator vere seruus. n. 25. sed metaphoricos:

sicut omnis, qui se recte regit est rex. n. 27.

D iiii Opus

Opus idem eo melius, vel peius, quo pluribus de fōtibz manat. c. 1. in princip. d. 6. n. 41. & maiore de charitate manās magis satisfacit. n. 42.

Opera debita pro pœnitentia præcipi & assumi posse. n. 40. ibidem.

ORARE licet priuatim, p se iterum licet is extra sacrū sepeliat. c. 1. d. 7. n. 4

ORATIO quod nō præsumit quando misericordia adiicit. n. 10. ibidē.

ORDINES minores verū sacramētū esse tenere tutius in. 3. parte. gl. princip. d.

Oppidi menibus cincti parochus qualis erit. c. 1. §. Caueat. n. 18. (c. n. 40

**P**ALVDANUS non sensit, quod ei cum Antonino cōplures tribuunt c. Contrariū. dist. 5. n. 22.

Paludanus inconstantia insolita, vt etiam Antoninus laborauit. cap. Placuit. dist. 6. n. 55.

PANORM. caute legendum in c. Omnis. de pœnitent. & remiss. col. 5. in gl. principii dist. 5. n. 33.

PAPA ligari ab alio aliquando potest in gl. princip. dist. 5. n. 34. & quare se cōfessario subiicere potest. c. 2. d. 6. in princip. n. 20.

Papa iubere non potest non obstante scandalo. c. Sacerdos dist. 6. n. 131. & licet dispenset super voto & iuramento. n. 132. nō tñ super cōfessionis secreto. n. 133.

Papa confitetur & absoluitur ab inferiore. c. Placuit. dist. 6. n. 9. non quia est in eo specialis Dei vicarius. n. 15. neq; quia iurisdictionē habeat ex parte illius, q iudicatus est. n. 17. Equis ausit dicere ab ecclesia, quæ supra Papā sit, illi iurisdictionē tribui. n. 18. Ratio ergo sit: quia quilibet presbyter est iudex veluti chartularius Dei & ab ipso Deo iurisdictionē accipit. n. 19. Contra quod nolum quiddam oppositū diluitur. n. 20. & 21.

Papa non tollit sacrificis potestatem absoluendi, nec minuit, sed materiā id faciendi subtrahit. n. 43.

PAROCHIAS siue regiones parochorū Dionysius Papā diuisit, & ante illū Calixtus, diœceses saltē episcoporū. n. 4. c. Placuit. d. 6.

Parochiā vt paracho tenēt cōfiteri, ita paroch<sup>9</sup> parochiāos audire. n. 81. ibi.

PATRONVS laicus potest multos semel, vel iterū & (vt aiunt) vna, vel altera vice præsentare cumulando. n. 163. ibidem, sed non tertia, vel vltiori. Et defenditur cōmunis contra Decrū, n. 170.

PAX nō virtus, sed virtutū reginæ opus. d. 5. n. 13. non bello iusto, sed iniusto contraria. n. 14.

PECCAT mortaliter, cui peccatū mortale ēt præteritū placet i gl. principii dist. 5. parte. 3. n. 9.

Peccat, qui mortē interne manantē non vitat. n. 14. ibidem.

Peccat mortaliter qui quod dubitat esse mortale facit. n. 55. c. 1. in principio. d. 5.

Peccat minime faciens tutum, quod credit esse tutū tutiore relicto. n. 38. c. 1. in principio. dist. 5.

Peccat

Peccant bis multi, dum se putant tantū semel peccare. n. 56. ibidem  
Peccat magis ceteris paribus maritus adulterās, quā vxor. n. 89. ibidē. licet ea non acculet virū adulterii criminaliter. n. 90.

Peccat magis, qui melior. c. 1. §. Ingratus ibidē. n. 2. & quare. n. 3.

Peccat quæ mulier leuiter se conspectui obiectat illius, quē credit ob hoc in peccatū ruere. n. 6. §. Animaduertere. ibidē.

Peccat, qui honorē, vel famā sine animo tollendi tollit. n. 7. ibidem.

Peccat mortaliter, qui superiori nō parat. §. Ponat. n. 3. ibidem.

Peccat grauius qui condonatū iterat. §. Tanto. n. 7. ibidem

Peccat magis innocens, quā alter. n. 3. & 4. ibidem.

Peccat clericus, quæ ad se pertinet, ignorans si potest discere & nō discit. cap. 1. dist. 6. §. Caueat. n. 4.

Peccat contra legem naturæ qui vitium secretum in dedecus alterius palā facit. c. Sacerdos. d. 6. n. 3. siue illud naturale sit, siue voluntariū: siue verū, siue falsum. n. 4. Ergo qui schædulā alterius peccata continentē vulgat. n. 8. imo & nō nunq̄, qui eam legit. n. 9. & qui alienā epistolā clausam aperit. n. 10.

Peccat, qui facit, quod magis, vel æque putat esse peccatū, ac cōtrariū eius. c. Si quis aut. dist. 7. n. 57. i. n. o. & qui facit, quod magis putat, siue opinatur non esse peccatū. n. 53. non tamen qui credit aliquid licere, licet scrupulum habeat in contrarium. n. 64.

Peccat alter frequenter propter dubietatem, vbi alter non peccat. n. 79. ibidē & ideo in rebus controuersis neminem facile dānandū. n. 80.

Peccat iudices, qui ob opinionū varietatē dubitantes alteri parti gratificant vel pro fauorabili causa pronunciat. n. 130. ibid. nisi prius illa dubitatio de animo expellatur. n. 132.

PECCARE plura peius, quā peccare pauca. c. Fratres. dist. 5. n. 108. & hæreticū dicere omnia peccata paria. n. 109. nec peccata connectuntur, vt virtutes: 110. quod mortalia omnia in auersione a Deo conueniant. n. 120.

Peccare nō potuerūt CHR. Iustus & Virgo mater, neq; Apostoli mortaliter post haustum Spiritū Sanctū. c. Si quis. 2. dist. 7. n. 21.

Peccare omnis homo dū viuit potest, si purus homo est, si gratia diuina non sit in bono confirmatus. n. 28. ibidē. & 29. potest itē & bene mereri. n. 23.

Peccare pōt homo ex solo arbitrio libero, bene aut mereri minime. n. 24. ibi.

PECCANDI causa minor maius efficit peccatū. c. 1. in princip. dist. 5. n. 8. Et ideo carnis peccata minoris culpæ sunt, licet maioris infamit. n. 86. & mitius, qui cum formosa, quā qui cum deformi. n. 88.

Peccandi volūtas vni<sup>9</sup> horæ, vel diei maior, q̄ horæ v<sup>9</sup> diei dimidiati. n. 122. ibi.

PECCANS ois aut scit, aut præsumitur scire se peccare, dū peccat. ibi. n. 57

Peccans in vno reusest omnium, quadrupliciter exponitur. c. Fratres. dist. 5. n. 106. Primo, q̄ tā diu dabit pœnas, q̄ diu si oia peccasset. n. 111. Secūdo, q̄ ois

D v benefi

bñfici. rñ est ingratus. n. 112. Tertio, q̄ omnium virtutũ diminutionẽ patitur n. 119. Quarto, q̄ tantum a Deo & ipsius amore aueritur, quantũ propter omnia. Quæ vltima expositio fere vnica est cũ prima & vera. n. 119. Additur quintus Paraphrastæ, nec minus aptus. n. 121.

Peccatum se non ampli⁹ credere superbia quardã, velle vero ac esse ea mente, vt nunq̄ mortaliter pecces pietas. c. Qualitas. d. c. n. 20.

PECCATA condonata non ipsa in se redeunt, sed tanq̄ vna quardã circumstantia grauas in præfat. dist. c. n. c.

Peccata multa ob solã circumstantiã. c. 1. dist. c. in princip. n. 2.

Peccata in hac vita nec exacte, nec propter se puniri in foro exteriori. n. 12. ibidem. nec minus. n. 17.

Peccati speciem confitendã, quando vt plurimũ est nota. n. 18. ibidem.

Peccatũ mortale rerum dominia non tollit. n. 35. ibidem.

Peccatorũ numerum augeri voluntate interiori tantũ multiplicata. n. 46. nisi quando exterius opus non interruptitur. n. 43. ibidem.

Peccati numerus augetur a fure furtum pluries contrãctante, quoad forum interius, non quoad forũ exterius. n. 47. ibidem.

Peccatũ, dum continuatur, non idem, quod peccatũ pridem factũ, & hoc leuius, illud grauius. 123.

Peccata antiqua ob antiquitatẽ aliquando impunia. n. 126. ibidẽ. quod nõ pro credit in foro conscientia. n. 127. neq; exteriori spiritali. n. 128.

Peccatũ, quo publici⁹, eo grauius. §. Animaduertere ibidem. n. 1. si cætera sũt paria. n. 3.

Peccata notoria graua, etiam post pœnitentiã missare impediũt. n. 2. ibidẽ.

Peccata venialia difficilia intellectu ac cognitu. n. 9. §. Cautus. ibidẽ.

Peccata quorũ solutio est reseruata superiorĩ, confitẽs q̄ faciet. n. 10. ibidẽ. Oia superiori confiteatur. n. 11. aut reseruata tantũ prius illi, & postea illa cum omnibus aliis inferiori. n. 12. aut prius inferiori reseruata. n. 13. vel a superiori comittatur inferiori reseruati reseratio. Quod tamen nõ est sine omni periculo. n. 14. & 15. est aliũs quidã modus maxime vsurpandus. n. 16.

Peccata reseruata confitens sic interrogetur. n. 17. ibidem.

Peccata reseruata desinunt esse talia, si quis ea oblitus alia confessus a confessorio potente et ab illis absolueret vniuersaliter absoluat ab oĩbus. n. 32. ibidẽ.

Peccatũ cõsuetudine auget & cõsuetudine minuit. Qui hoc. §. Tãto. ibi. n. 7.

Peccatũ veniale sine mortali condonari verius. n. 24. & 28. ibidẽ. licet cõtrariũ credere vtilius. n. 29.

Peccatũ veniale vnũ sine altero sine gratia infusiõẽ, sine peccato originali condonatur. n. 22. ibidem.

Peccatorũ castigatio exterior ad aliorum magis fit exemplũ, quã ad delinquentis correctionẽ. c. Sacerdos. dist. 6. n. 90.

Peccata

Peccata venialia sola qui habet, cui libet sacerdoti cõfiteatur. c. Placuit. d. 6. n. 10. De quo nullus est textus. n. 22. Sed tacita id licẽtia operatur, vel quia nunq̄ ea licentia fuit sublata. n. 23. vnde & ab excoicatione soluet. n. 25.

Peccatũ aliquod quare ad mortẽ appellatur. c. 1. d. 7. n. 7. Non quia durat ad mortẽ vsq; corporalẽ inclusiue. n. 8. ibidem. neq; quia mortẽ infert spiritalẽ n. 9. Sed quia per se mortẽ animæ machinat, idest, ex pposito abiecit vitã. n. 10.

Peccatum euẽtus rei non auget, nisi prãuisus esset, vel prãuideri debuisset. c. Si quis autẽ. dist. 7. n. c9.

Peccati originalis expers fuit virgo mater. n. 74. ibidem.

Peccata neq; relinquere, neq; relinqui possunt. c. fin. d. 7. n. 7. nisi per pœnitentiã saltem virtualẽ & generalem. n. 7.

Peccato, cũ primũ per contritionem condonatur, pœna aeterna pro temporali comutatur. §. Si quis. ibidem. n. 2. quamuis contritio postea, quã cœpit esse cõtritio continuata, vel intensa, totã nõnunquã deleat. n. 3.

Peccato alterius ad bonũ vti licet, imo neq; mortale fuerit eo ad veniale malũ vti. n. 8. §. Sacerdos.

Peccatũ e nõ peccato efficit contẽptus. n. 10. c. 1. §. Ponat. d. c.

PECCATORI præcogitatio quãdoq; omittitur. c. 1. §. Diligẽs. d. 6. n. 16.

Peccator vtens spiritalibus. idest, orans iudicans, corrigẽs, nouene peccatũ cõcluditur non peccare noue. n. 12. nisi qd est peculiare alicuius ordinis exerceat. n. 11. ergo peccator prædicans peccat. n. 14. ergo & subdiaconus cantans epistolã. n. 15. & sacerdos aquã benedicens, vel baptizãs tanquã sacerdos. n. 17. & 18. absoluens itẽ confessum & quoduis aliud sacramentũ ministrãs. n. 19. & 20. nõ autem preces horarias soluẽs. n. 16. quæ de peccatore sciente se talẽ, vel debẽte scire dicuntur. n. 2.

Peccator publicus ante publicã emendationẽ absoluit. c. Sacerdos. d. 6. n. 67.

Peccator publicus secrete pœnitẽs ante publicã vitæ emendationẽ ad secretã admittitur cõmunionẽ. n. 101. nõ ad publicã. n. 102. ibidem.

PEREGRINATIONIS pœna cap. Sacerdos. d. 6. nõ imponẽda. ibi. n. 171.

Peregrinatio clero ignominiosa impedienda. n. 172. ibidem.

PEREgrinis plusquã viatoribus sacramenta concedi. c. Placuit. d. 6. n. 67. si facultate peregrinandi hoc faciunt. n. 68.

PETRVS, nõ Iacobus summ⁹ CHRISTI vicarius. n. 13. super Gratiani princip. dist. 5.

Petrum Lombardũ Theologis & Gratianum iuris peritis eodem honoris gradũ haberi. n. 3. ibidem.

POENA inferni infinita extensione, non intensione. c. 1. d. 5. in princip. n. 8.

Pœna cum varia est, cuius optio. n. 12. §. Ponat. ibidem.

Pœna delicti præsumptione probati extraordinaria. c. Sacerdos. d. 6. n. 164.

Pœna ordinaria. c. Sacerdos. & c. Omnis. de pœnitẽ. & remiss. soli cõfessorio in illo

CONTENTORVM IN HIS

in illo. c. Sacerdos. n. 165.

POENITEA Teum, qui peccauit, lex est naturæ & omni gēti cōmunis in gl. principii. dist. 5. n. 4. & 5.

Pœnitere semper peccati admissi & illud contere oportet. §. Semp̄. c. 1. d. 5. n. 2. non de præcepto, sed de consilio. n. 3. scrupuloso verò nec de cōsilio. n. 4.

Pœnituit quē non sanum, raro pœnitebit ægotū. c. fin. §. Qd̄ quis. d. 7. n. 5.

POENITENS pœnitentiā impositam sibi suscipiat de cōsilio. c. 1. dist. 5. §. Ponat se. n. 1. non de præcepto. n. 6. si discreta sit. n. 7. nisi talis præcipiatur, q̄ etiam non iubente confessario subeunda sit. n. 9. & n. 13.

Pœnitēti consulendū vt a periculosis officiis absteineat. n. 1. §. In his. ibidē.

Pœnitens non ludat. §. Paucat. n. 2. ibidē. nisi quatenus saluti propriæ cōuersationiq; aliorū suauis est necessum. n. 3. Non tamen est capitale id facere. n. 4. imo aliquando nec veniale. n. 5.

Pœnitens vere melior est seipso innocente. §. Tanto ibidem. n. 5.

Pœnitēti ne ad militiam redeat consulitur, non præcipitur. c. Contrariū. dist. 5. n. 1. nisi militiam cum vitiis eam inquinare solitis accipias. n. 8.

Pœnitens non verbo sed opere confessionē ostendit. c. Si quis. dist. 5. n. 1.

Pœnitentis imprudentis est gaudere parua pœnitentia, nec signū veræ amicitie eius impositio. c. Falsas. dist. 5. n. 12.

Pœnitens q̄tū vigilabit in reducēdo ad memoriā peccata. c. Fratres. d. 5. n. 66.

Pœnitentis referre sua opera bona peccatorum satisfactioni destinare. cap. 1. in princip. dist. 6. n. 53.

Pœnitenti dicenti se confessum credendum. n. 85. c. Sacerdos. dist. 6.

Pœnitenti dicenti suum parochū esse ignarum credi. c. Placuit. dist. 6. n. 171. ergo & alii affirmanti. n. 172. & asserenti se habere licentiā cōmunicandi. n. 173. & affirmanti se confessum & absolutū, nisi in duobus casibus. n. 174.

Pœnitens in vltæ sine an damnari præsumatur. c. Si quis. 1. dist. 7. n. 1. cōcluditur non præsumi. n. 2.

Pœnitentis iudicio confessarius nōnunq̄ acquiescit. n. 64. ibidem.

Pœnitentē etiam ante vitæ finem saluari nemo humanitus nouit. n. 5. ibidē.

Pœnitens etiā vere nō omnis recta in cœlum volat. c. fin. §. Si quis. dist. 7. n. 1.

Pœnitens vere an ad pristinā dignitatem restituatur. n. 4. in. cap. 1. §. Quibus de pœnit. d. 6. Concluditur eum restitui filiorum Dei numero honestiori, non autem ad innocentia. n. 7. neq; in ecclesiasticā dignitatē, si nullatenus, vel negligenter eum pœnitet, vel irregularitatē cōtraxerit, nisi dispensatio accedat, alio qui sic. n. 8. & nisi dispensationi scandalū obuiet. n. 11.

POENITENTIA iteratur dist. 5. in præfatione. n. 4.

Pœnitentiæ non necessariū de virtute relicta dolere. c. 1. §. Defleat. n. 3. d. 5.

Pœnitentiam bona mortificata restituere, non autem mortua. §. Animaduertere. ibidem. n. 10.

Pœnitē

COMMENTARIIS INDEX.

Pœnitētia qualis nimiū melancholico non subeunda. n. 4. §. Ponat se. ibidē.

Pœnitentia condigna minor peracta non liberat in totū. n. 5. ibidem.

Pœnitentiæ parum discretæ exempla. n. 8. ibidem.

Pœnitentia ingrediendi religionem non necessario acceptanda. n. 14. ibidē.

Pœnitentia sacramentalis efficacior nō sacramentali. c. Contrariū. d. 5. n. 23.

Pœnitentiæ solēnis vestigia & quæ mireris apud Saxones. c. Si quis. d. 5. n. 2.

Pœnitentia falsa est, quæ non secundū auctoritatē patrū imponitur. c. Falsas. dist. 5. n. 1. sine iusto respectu. n. 10. & 11. & 15.

Pœnitentia septēnis pro quouis mortali secundū cōmunē. n. 2. ibidē. cōtrariū docetur probabile. n. 16.

Pœnitentia duobus modis a patribus taxata generatim & speciatim. n. 6. ibidē.

Pœnitentia maior iusta non vana. ibidem. n. 7.

Pœnitētia patrum decretis taxata nō semper peccato æqua. n. 8. ibidē. tamētū æqua latitudinem habeat aliquantā. n. 9.

Pœnitentiæ minuendæ multæ causæ. n. 9. ibidē & vna nouissima. n. 10.

Pœnitentia q̄ iusta est simpliciter, secundū quid nōnunq̄ falsa. n. 13. ibidem.

Pœnitentia coram Deo æqua aliquando iniqua est, quoad confessariū. n. 19. ibidem. neq; illius iniquitas pœnitentē extra salutis statū ponit. n. 23.

Pœnitentiā æque post absolutionē, ac ante iniūgi posse. n. 35. c. 1. in princip. d. 6.

Pœnitentiā in mortali factam satisfactoriā esse quoad forū militantis ecclesie. n. 45. ibidē. etiam triūphantis. n. 46. Nam & veniale sine mortali condonatur secundū multos. n. 47. fictione præsertim recedente secundū plures. n. 48.

Quia tunc tantū operatur, quantū si fuisset in charitate facta. n. 49.

Pœnitentia grauis statim post confessionē adimplenda imponi non debet, si ea nescientibus aliis impleri nequeat. c. Sacerdos. dist. 6. n. 103. parua autē sic. n. 105. & etiā magna, vbi talis pro paruis subiri solet. n. 106. q̄ huiusmodi. n. 108.

Pœnitentiæ aptior diuisio, quā cōmunis & vnicuiusq; mēbri diffinitio. n. 169.

Pœnitentiā iniunctā qui peragit, purgatoriū euadit in. c. Qui egerit. dist. 7. n. 1. modo pœnitentia æqua fuisset peccatis delendis. n. 2.

Pœnitentiæ tempus in finē vsq; vitæ durat. c. 1. d. 7. n. 1.

Pœnitentiæ libellum non esse Augustini. n. 4. ibidem.

Pœnitentia, imo neq; vllius virtutis actus est, si libertate caret. c. fin. §. Quāquamuis. dist. 7. n. 6.

Pœnitentiā acceptare voluntatis, acceptā cōplere necessitatis adeo, vt mortale sit non implere per cōtēptū, vel notabile negligentia. c. Cōtrariū. d. 5. n. 18.

Pœnitentiā septēnem non esse pro quouis peccato mortali iure imponendā probabile in. c. Falsas. dist. 5. n. 14.

Pœnitentiā illam septēnem ad forū exterius pertinere. n. 16. in. c. Falsas. d. 5.

POENITENTIALES canones in quo statuti. n. 15. c. 1. §. Ponat. dist. 5. sūt. 47. c. Falsas. dist. 5. n. 3. & eis in foro conscientie non esse locū probabile. n. 16. eorum tamen

tamen scientiam confessariis opportunā. n. 18.

**PRAECIPERE** quis non potest id, cuius transgressionē punire nequit. & ideo sicut nō potest punire, ita neq; praecipere vllus homo purus pura interna in gl. principii. dist. 5. n. 20. Hinc cogitatio mala non punitur in foro exteriori. n. 21. etiam si per confessionem cogitantis de illa constet. n. 24. Nam mentis occulta ecclesiasticā potestati non subiacent. n. 31.

**PRAECEPTŪ** omniū apostolorū abrogatū in gl. principii. d. 5. parte. 3. n. 3. Praecepta negatiua semper & ad semper obligare. n. 6. ibidem. Affirmatiua vero semper, sed non ad semper.

Praeceptum de inimicitia Dei deserenda nullū est speciale. n. 24. ibidem. Nā neq; maremur bene, neq; male statibus, vel habitibus. n. 25.

Praecepti finis non praecipitur, nisi in praecipis sub charitate latis. cap. 1. dist. 5. in princip. n. 27.

Praeceptū de colendo die Dominico laxius CHRISTIANO, q̄ Iudæo de colendo sabato. n. 30. ibidem. & est mystice generale, ad literam speciale: mystice quietem a peccatis, ad literā ab opere seruili iubet. n. 34.

Praecepti festorum fini magis contrariū mortale peccatū, quam aliud opus seruilē, non tamen ipsi pracepto. n. 36. ibidem.

Praeceptū de nō lædēdo alio potētius p̄cepto de cōfītēdo circūstātiā. n. 99. ibi. Praeceptum de confitendo proprio sacerdoti disiunctiuū in. c. Placuit. dist. 6. n. 133. idem. n. 136.

Praeceptum non omne obligat ad mortale in. c. Negociū. dist. 5. n. 7.

**PRAECEPTIUA** verba consiliū & cōsultiua praeceptum inducere ob materiam subiectam, alioqui minime. c. Fratres. dist. 5. n. 1.

**PRAEDICARE** non teneri parochianos, saltem in paschate parochis cōfiteri malum. c. Placuit. d. 6. n. 180.

**PRESUMPTIONEM** aliud esse a scientia & praesumptionis multos esse gradus & multas species. c. Si quis. 1. dist. 7. n. 8.

Praesumptio alia siue coniectura minor est alia. n. 11. ibidem.

**PRECIUM** rei iustum suā habet latitudinem. c. Qualitas. d. 5. n. 34. & ideo triplex esse: moderatum, pium & rigorosum, quo triplici precio inaequali iuste res venditur. n. 36. & carius habita de precio fide, quam pecunia praesenti. n. 37.

Peciū neq; modus, neq; causa vendēdi minuit, sed emptorū raritas. n. 38. ibi. Precium rei litigiosae ob dubiū litis euentum minuitur & magis, quo magis est dubius. c. Si quis autem. dist. 7. n. 28.

**PRIORI** sublato posterius tollitur. n. 25. c. 1. §. Sacerdos. dist. 6.

**PRISTINUM** in ius facilis regressus. c. Placuit. d. 6. n. 37.

**PRIVILEGIUM** itā interpretandum, vt aliquid contra ius operetur. cap. Placuit. dist. 6. n. 59. dato tamen effectu aliquo in aliis stringendū. n. 61.

**PROBARE** qd̄ nequis, dicere non teneris. c. Sacerdos. dist. 6. n. 168.

PRO

**PROPRIUS** vox hæc quomodo in. c. Omnis. de poenit. & remiss. accipit. c. Placuit. d. 6. n. 130. & q̄ cōmunissime, cōmuniter & proprie accipi solet. n. 131. q̄ æquiuoce capitur in illo. c. Omnis secundū cōmunē. n. 134. quod efficaciter confutatur. n. 135.

**PUBLICA** peccata semper publice forum exterius castigare. c. Sacerdos. d. 6. n. 89. etiam si solū sit famosum. n. 98. quod temperatur. n. 99.

**PURGATORĪUM** animarū pœna quodāmodo volūtaria. n. 24. c. fi. §. Si qs. d. 6.

**PURGATORĪUM** peccatorū locum post hanc vitā esse probatur ratiōe ibidē. n. 7. sacris literis. n. 8. & 10. & aliis autoritatibus. n. 9. Vnde qui hoc negat, vel non credit hæreticus est. n. 11.

Purgatorius locus duplex: alter specialis, alter generalis. n. 13. ibidē. ille inde terminatus, hic prope terræ centrū. n. 14. superior loco damnatorum inferior vero puerorum. n. 15.

Purgatorii pœnam, maiorē ea, quam CHRISTVS suscepit. n. 16. ibidem. Quia illa lædit ipsam animā hæc ledebat corpus. n. 18.

**PRIVITAS** quid. c. Fratres, dist. 5. n. 12.

**QUALITAS** q̄ iure cōmuni inest, nō exprimēda. d. 5. c. 1. in princip. n. 59. Qualitas sine subiecto non est. §. Sacerdos. n. 26.

**RATIO** vnica textus. c. Placuit. d. 6. pro expressa est ibi. n. 24. **RAYNOLDUS** non reuelauit Thomæ confessionē. c. Placuit. d. 6. n. 73.

**RESTITVERE** plus debet, qui nocuit rei productæ, quam producendæ lucro quæsitō, quam quærendo. n. 26. c. Si quis autē. dist. 7.

**RE SUA** etiā quis abuti potest, quoad forum exteri⁹, nō interius. n. 117. ibidē

**REVELANS** confessionem quam astu audiuit reuelator est eius. cap. Placuit. dist. 6. n. 14.

**REVELATIONIS** confessionis diffinitio. n. 68.

Reuelatio confessionis solo vno casu permessa. 119. ibidem.

Reuelatio confessionis facile probatur. n. 153.

**SACERDOS** non absoluit sibi non subiectum. c. 1. in princip. dist. 6. n. 4. Non quia potestas, sed quia materia deest. n. 5.

Sacerdos quilibet aliorum hominū confessionē iure cōmuni audire potest. c. Placuit. d. 6. n. 52. & ita quilibet hēt iurisdictionē ēt in actu quodāmodo. n. 53.

**SACERDOTALIBUS** de officiis laico sola expressa, etiam instāte necessitate conueniunt. c. 1. dist. 6. n. 88.

**SACRAMENTVM**, aut illius pars substācialis a Iacobo, vel alio puro homine institui non potuit in gl. princip. dist. 5. n. 14. & n. 31.

Sacramētū vnū a multis psonis & diuerso tpe cōficitur. c. 1. §. Caut⁹. d. 5. n. 20.

Sacra

CONTENTORVM IN HIS

**SACRAMĒTIS** ē maiorē CHRISTIANORŪ partē male vti. c. Negociū. d. 5. n. 24.  
Sacramēta permissa hæretico, etiam relapso: non tamen ante absolutionē ab  
excōmunicacione. c. Fratres. dist. 5. n. 40. & 41.

Sacramenta omnia personalia præter matrimoniū. c. Fratres. n. 95. ibidē.  
Sacramentū a ministro malo ecclesiæ tolerato suscipiens ecclesiæ cōmunicat  
nō malo ministro. c. 1. §. Sacerdos. d. 6. n. 5. Qui tñ ministrādo semp peccat. n. 10

Sacramentū, vt conferat nullus peccator induendus est, præterq̄ in duobus  
casib⁹. n. 7. Ergo qui peccatorē ad missandū imparatū ad id incitat, peccat. n. 9

Sacramentū administraturum ob hoc solum non oportet esse confessum. n.  
22. sed satis est, vel probabiliter credere se contritū. n. 23. ibidē.

Sacramentū a principio inutile nulla ratificatione etiā Papæ fit vtile. c. Pla-  
cuit. dist. 6. n. 103. Quia iure diuino suā materiā habet & formā, sine quibus cō-  
stare nequit. n. 104.

**SATISFACERE** magis bona in pœnitentiā sacramentalē iniuncta. c. 1.  
in princip. dist. 7. n. 36. & pure imposta magis, quam quæ sub conditione. volun-  
taria. n. 39. & per illā clausulam: quidquid boni feceris. &c. sub cōditione volun-  
taria iniungi. n. 37.

Satisfacere possumus per opera alias debita & ea quæ subire cogimur. n. 31.  
cap. Si quis. 1. dist. 7.

**SATISFACTIO**, quæ soli iustitiæ innititur, longe a satisfactione, quæ ami-  
citæ naturā sapit differt. c. 1. in princip. dist. 6. n. 44.

**SCANDALVM** quid. n. 4. c. Consideret. §. A nimaduertere. dist. 5.  
Scandali circūstantia duobus casibus confitenda secundū oēs. n. 5. dist. 5. c. Cō-  
sideret. §. A nimaduertere.

Scandali circūstantiā confitendā quando etiam sine proposito inducendi ad  
peccatum verisimilibus ruendi occasio datur. n. 9.

**SCIRE** melius de se parū, quā nihil. §. Caueat. n. 5. sicut melius est parū lu-  
cis, quā nihil. n. 6. Nam & qui nil scit, vt nil dubitat, ita nil consulit. n. 7. quā-  
uis per accidēs nōnunq̄ melius fuerit parū, quā nihil scire. n. 8.

Scire quid. c. Si quis autē. 7. dist. n. 9. Credere quid. n. 10. opinari quid. n. 11.  
dubitare quid, scrupulus, seu scrupulū habere quid. n. 13.

**SCIENS** impedimentum matrimonii a dubitante super illō differt & nō  
differt. n. 113. ibidem, & idem fere. n. 121. & etiam a credente illud differt & non  
differt. n. 122.

**SCIENTIA** ligandi quæ. c. 1. dist. 6. in princip. n. 7.

Scientia absoluendi quæ. n. 8. ibidē. & q̄ absolutio debet esse indicatiua. n. 9.

Scientia neq̄ emnēs, neq̄ mediocris, sed sufficiens omnibus sufficit. cap. 1.

§. Caueat. dist. 6. n. 11.

Scientia & fides, siue credulitas in quo differunt & in quo conueniūt. n. 14. c.

Si quis autem. dist. 7. in quo item fides & opinio. n. 15. opinio itē & dubitatio in

quo, n. 16

COMMENTARIIS INDEX.

quo. n. 16. Et ideo hæc quatuor contraria esse sibi mutuo, non autem scrupul⁹.  
idem. n. 20.

**SCRVPVLOSVS** quandoq̄ credit se aliquod peccatum confessum  
vel preces horarias dixisse: quæ tamen an fecerit nescit. c. Si quis autē. dist. 7. n. 5  
quod declaratur & ampliatur nouissime & vtiliter. n. 76. & 77.

Scrupulosus contra scrupulos frequenter agere salubre. n. 65. ibidem. modo id  
faciāt animo prius a dubio, licet non a scrupulis liberato. n. 78.

**SEMPER**, indefinenter & aliæ similes voces quomodo intelligēdæ. n. 5. §.  
Semper. cap. 1. dist. 5.

**SENTENTIA** odiosa sine causæ cognitiōe lata morte ferentis moritur,  
non autem confessio fauorabilis. c. Placuit. dist. 6. n. 165.

**SEPEL** tur in loco sacro nemo, qui dānatus præsumitur, neq̄ pro eo ora-  
tur. n. 3. c. Si quis. 1. dist. 7.

**SERMO** simpliciter plat⁹ de actu primo itelligēdus. n. 167. c. Placuit. d. 6

**SIGILLVM** cōfessionis quid, & quare sic dictū. c. Sacerdos. d. 6. n. 35. & 36.

Sigillū secreti naturæ sigillo secreti cōfessionis supius. n. 36. hoc illo mai⁹. n. 37.

Sigilla hæc violans capitaliter peccat, sed magis, qui magis. n. 38. Quæ circū-  
stātia necessario patefacienda. n. 39. Quod tamen cuiq̄ dicitur: hoc tibi in con-  
fessione dico. non est sigilli confessionis. n. 39. at qui hoc dicit, nō peccat. n. 40.

**SIMONIAM** nō cōmittit, qui principaliter propter Deū missat, licet pre-  
ces aut precium ad id allegerint. c. Fratres. dist. 5. n. 56. neq̄ qui ob Deū princi-  
paliter vadit ad matutinum officiū nō iturus, nisi spe lucri allectus. n. 57.

**SIMPLEX** hæc vox quid iuris peritis significat. c. Fratres. dist. 5. n. 8.

**SPECIES** derogat indiuiduum dist. 5. c. 1. in princip. n. 76.

**STATVM** placere nō status, sed actus est in gl. principii. d. 5. parte. 3. n. 26.

**STATUTI** cuiusdā ordīs Cisterciēsis mutatio desiderat in. c. Placuit. d. 6. n. 119

**STATVTO** vno etiā ea, sine quibus id cōmode seruari nequit, instituta  
videri. n. 33. c. Sacerdos. dist. 6.

**SUPERIOR** cōpellat inferiorē facere, quod debet. c. Placuit. dist. 6. n. 142.  
non tamen id facit, nisi sit immediatus. n. 143.

**SUSPENDUNTUR** qui & iugulantur non facile saluari, si ad illud vsq̄ tem-  
pus male agere consueverint. c. fin. §. Quod quamuis dist. 7. n. 14.

**SUSPICIO** minor opinione, opinio minor fide, siue credulitate & credu-  
litas scientia, & in quo, & minima est omniū dubietas. c. Si quis. 1. d. 7. n. 9.

T

**TEMPVS** vitæ huius breue. c. 1. §. De fleat. d. 5. n. 4. & etiam longū. n. 9.

**THEOLOGVS** non despiciat legum peritū, a quo nō parū iuuatur. cap. 1.  
§. Caueat. dist. 6. n. 12.

**THOMAE** Illyrici Franciscani mira persuasio. c. Negocium. dist. 5. n. 20.  
& mirum auditorium. n. 21.

## CONTENTORVM IN HIS

Thomas a Vio bis cum reuerentia relinquitur. c. 1. §. Cauēat. d. 6. n. 27.

Thomas a Vio laudatus omittitur. n. 26. c. Placuit. dist. 6.

Thomas a Vio carpitur. c. Fratres. dist. 5. n. 100.

**TOLERARE** verbo plusq̄ tolerare factō. c. Si quis aut. dist. 7. n. 68.

Torneamenta, quæ item præexercitamenta licēt. c. Cōtrariū. dist. 5. n. 15.

**TRISTIA** magis, quam læta mouēt. c. fin. §. Quod quāuis. d. 7. n. 7. & testāmentū, quod metu factum non valet, blanditiis attractum valeret. n. 8.

**TRISTITIA** oīs simpliciter malū, aliqua secundū quid bonū. c. Fres. d. 5. n. 75.

Tutior pars in rebus agēdis eligitor. consiliū est non præceptum regulariter. n. 34. c. Si quis aut. d. 7. Quod in vtroq; foro tenēdū. n. 35. Quæ cōclusio differt ab illa. in dubiis tutior pars eligitor. n. 36. Quæ semper est in vtroq; foro præceptū in casibus, in quibus id iura declarant. n. 41. & quando vera dubietas est in re morēs, vel fidē tangente catholicā. n. 42. & 59. Ergo non in Grāmaticis & aliis animū non tangentibus. n. 43. nō quoad disputationē. n. 44. Quod postremū in concionibus cauēdū. n. 45. imo & in disputationibus & prælectionibus. n. 46. & assuetudo id faciendi mala. n. 47. Adde quæ habentur. n. 57.

V

**VAGABVND** quis. n. 79. c. Placuit. dist. 6. cui libet sacerdoti cōfiteri pōt. **VENENI** negociationē licitā. n. 25. c. Negociū. dist. 5. (n. 7.)

**VERBA** subiunctiui modi potentiā quandā frequenter denotant. c. 1. in princip. dist. 6. n. 76.

**VICARIORVM** quatuor genera. Quorum quilibet confitendi licentiā præstat. c. Placuit. dist. 6. n. 69. quod declaratur. n. 72. non tamen idem de coadiutoribus dicendū. n. 73.

**VIRTVS** relicta sumus dolor. n. 1. c. 1. §. Deffleat. dist. 5. & felicitas amissa summa infelicitas. n. 2.

Virtus sua nemini nocet sed eius non vsus. §. Ingratus. ibidem. n. 4.

Virtutis operi quatuor conditiones necessariæ. c. Fratres. dist. 5. n. 3.

Virtutes omnes connexæ in prudentia. c. Fratres. d. 5. n. 107. & 115. modus cōpēdiōse eas oēs quærendi. n. 117. & ideo dolendū, q̄ eo non vtamur. n. 118.

Virtutes omnes labefactantur per vnum peccatū. n. 114. ibidē. Quod duob; modis verificatur. n. 115. & n. 116.

**VIX** pro nullatenus. c. Negociū. dist. 5. n. 11. & pro difficile. n. 12. vtroq; modo in hoc textu capi potest. n. 13. sed planius priori. n. 15.

**VNA** de re dicēs de alia negat. s. dissimili, nō de simili, imo neq; de dissimili. c. Sacerdos. d. 5. Si tamē in eo quod dicitur similis sit. n. 47. neq; si de vno ideo dicitur, quia frequentius id contingit. n. 18.

**VOX** eadem ad diuersa relata diuersa significat. n. 14. c. Negociū. d. 5.

**VSVRAM** qui decies voluit sibi solui, decē peccata cōfiteatur, & si semel tantū pecuniā dedit. n. 5. cap. 1. in princip. n. 44.

**VXOR**

## COMMENTARIIS INDEX.

**VXOR** non tenetur marito furioso reddere debitū, si mortē probabiliter timeat corpoream. n. 97. c. Si quis aut. d. 7. neq; quoties timetur magna deformitas fœtus. n. 88.

Vxor de seruitute probabiliter dubitans, etiam præcipiente ecclesia non reddit debitum. n. 84. ibidem.

FINIS.

## AD LECTOREM



**VM** MVLTa IN HOC NOSTRO INDICE desiderari possint amice lector, ne continuo ea, aut negligentia autoris domini mei, aut mea impitiae ascribas submonere pauciste volui illarum neutra, sed negociorum, quibus premimur mole laboratum esse. Ipsi enim, cum hos cōmentarios succiliuis horis concinnasset summasq; raptim collegisset, eas in ordinem alphabeticū redigendi tēpus nullum relictum est: præsertim instantibus huius anni ordinaria extraordinariaq; prælectionibus, illa præbendarum beneficiorūue donaria, hac vero sacratissimas cōsecrationes ostentantibus. In quibus ille prælegendis, discutiendis & dictandis, mihi vero eius amanuēsi scribendis trāscribendisq; nouē hi menses quibus sudoribus transacti sunt, interim calcographica horum cōmentariorum nō intermissa castigatione, meū non est iactare. Taceo autem priuata iuris studia, ob quæ ni omnino nostri inmemores essemus, aliqua dici particula domino meo surripiēda erat. Cū ergo auctor ob vtrāq; prælectionem, cui non facile quis etiam Herculeis viribus sufficeret, non posset hoc opellæ tibi impendere, flagitantibus iam typographis mihi hāc prouinciam delegauit. Qui si tuo palato non satisfecero, quæso vt qualequale hoc est, qd̄ e beniuolo animo tēporisq; angustiis presso manat, boni consulas: in aliis quæ postea exhibunt diligentiorē præmeditationēq; nostram operā experturus.

Vale.

IN NOBILI LVSITANORVM CONIMBRICANA ACADEMIA. IOHANNES

ALVARUS, & IOHANNES BARRERIUS TYPOGRAPHI EXCDEBĀT.

Anno. M. D. XLII. quarto calendas Augustas.

